ARCHIVUM FRANCISCANUM HISTORICUM

Volume 2

1909

ARCHIVUM

FRANCISCANUM HISTORICUM

PERIODICA PUBLICATIO TRIMESTRIS

CURA

PP. COLLEGII D. BONAVENTURAE

ANNUS II. = TOMUS II.

Typographia, Directio et Administratio

AD CLARAS AQUAS prope FLORENTIAM

(QUARACCHI presso FIRENZE)

1909.

Reprinted with the permission of
Archivum Franciscanum Historicum in Collegio S. Bonaventurae

JOHNSON REPRINT CORPORATION
111 Fifth Avenue, New York, N. Y. 10003

JOHNSON REPRINT COMPANY LTD.
Berkeley Square House, London, W. 1

Reprinted from a copy in the collections of
The New York Public Library
Astor, Lenox and Tilden Foundations

First reprinting, 1966, Johnson Reprint Corporation

Printed in the United States of America

DISCUSSIONES

QUO ANNO CAPITULUM GENERALE ORD. FF. MIN.
PATAVII
PRIMUM CELEBRATUM SIT (1276).

Rerum scriptores Ordinis Fratrum Minorum, ubi de Capitulo primo Generali Paduae habito egerunt, in duas praesertim sententias abierunt, quoad annum, quo illa Comitia Generalia Ordinis celebrata essent. Alii, et quidem antiquiores, videlicet auctor Chronicae 24 Generalium (1) ac Glassberger (2), qui hunc librum exscripsit, capitulum assignant anno 1276, alii vero anno sequenti. Inter hos P. Lucas Waddingus (3), P. Pamphilus (4), vv. Cl. P. Fr. Ehrle (5) S. I., Boehmer (6), A. G. Little (7),

(1) *Analecta Franciscana*. III, Ad Claras Aquas, 1897, 357.

(2) L. c. II, 1887, 89.

(3) *Annales Minorum* ad an. 1277, n. VI, Romae 1733, ed. II; V, 16: De Gubernatis, *Orbis Seraphicus*, Romae 1682, I, 135, qui argumentationem Waddingi repetens, Capitulum hoc penitus omisit. *Chronologia historico-legalis Seraphici Ordinis Fratrum Minorum,* I, Neapoli 1650, cfr. p. 30, et *Firmamentum trium ordinum S. P. Francisci,* Parisiis 1512, pars I, fol. 29v. a. Venetiis 1513, pars I, fol. 33v. Petr. Rodolphius Tossinian. O. M. Conv. *Historiarum seraphicae legislationis libri tres*. Venetiis 1586, fol. 239v, Capitulum ad annum 1275 reportat. Cfr. AFH. I, 36. — Quae *Fr. Peregrinus* de Fr. Hieronymo praebet, pauca sunt neque admodum clara: cfr. *Fr. Peregrini de Bononia Chronicon de successione Generalium Ministrorum ord. Min. abbrev*. A. G. Little, in: *Bullettino critico di cose francescane*. I, Firenze 1905, 47.

(4) Panfilo da Magliano, O. F. M. *Storia Compendiosa di S. Francesco e dei Francescani*. II, Roma 1876, 6, licet annum non clare indicet. Erronee Fr. Hieronymum Cardinalem creari facit iam « nel Marzo del 1277 ».

(5) Ap. *Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*. VI, Freiburg 1892, 45, sq., licet de secunda legatione Constantinopolitana Fr. Hieronymi recte rem perspexerit. Allegabitur illud opus siglo ALKG.

(6) *Analekten zur Geschichte des Franciscus von Assisi*. Tübingen und Leipzig. 1904, 139. — Ipsi editores *Analectorum Franc*. II, 89, III, 357 in notis contra auctores ibi editos in favorem anni 1277 sententiam protulere.

(7) A. G. Little, *Decrees of the General Chapters of the Friars Minor*. in *English Historical Review,* XIII, London 1898, 707, 708 (EHR.).

P. Leon. Lemmens (1) aliique, ita ut ultimo loco nominatus illam opinionem communem appellare potuerit. Ad hanc quaestionem, quae etiam in hoc nostro *Archivo* iam quaedam vestigia reliquit (2), dirimendam, novorum documentorum, non quidem ignotorum, sed quadamtenus neglectorum, ope accingimur. Quod vel eo lubentius suscepimus, quia controversia ista, cum quibusdam aliis, nexibus aliquot coniungitur.

Norunt omnes Fr. Hieronymum ab Asculo, cum S. Bonaventura qua Generalis Minister ordinem minoriticum moderaretur, anno 1272, die 24 octobris (3) a Gregorio Papa X ad Michaelem Palaeologum, Graecorum imperatorem, missum fuisse una cum sociis confratribus FF. Raymundo Berengarii, Bonagratia de S. Iohanne in Persiceto atque Bonaventura de Mugello, ut inter alia unionem ecclesiae graecae cum latina pararent. Quali successu felici, pro parte saltem theologica, mandatum suum legati isti pontificii expleverint, Annales narrant ecclesiastici et Concilium demonstrat Lugdunense II oecumenicum (4). Sancto Bonaventurae inter Patres Purpuratos iam adnumerato (5), Lugduni Capitulum Generale congregatum occasione Concilii, Fr. Hieronymum Asculanum in Generalis munere suffecit, quando « nondum a legatione de Graecia fuerat reversus » (6).

Biennio post Concilium Lugdunense secundum, mortuo Gregorio X († 1276, die 10 Januarii) (7), ad summum pontificatum assumptus est Innocentius V (8) anno 1276, die 21 Jan.,

---

(1) *Der Katholik,* Mainz 1908, ann. LXXXVIII, p. 175, nota in diss.: *Die ältesten Zeugnisse für den Portiunkulaablass.* l. c. 169-184, 253-268. In *Extracto* pagg. 31. cfr. p. 11. Ibi *scite* auctor animadvertit testimonia illa publica 1277 de Indulgentia Portiunculae, ea de causa anno 1277 conscripta et collecta esse, quia Fr. Hieronymus min. gen. capitulo Patavino iniunxisset, « quod inquirant de operibus b. Francisci etc. ». ALKG. VI, 47. Cfr. illius dissertationis compendiolum ab ipso auctore datum in *hoc* AFH. I, 251-254, cfr. 252.

(2) Cfr. l. c. et 86.

(3) Sbaralea, *Bullar. Franc.* III, 1765, 186-192, n. X. et seqq., XI-XIV, p. 192-6. De hac legatione cfr. P. Girol. Golubovich, O. F. M., *Biblioteca Bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente Francescano,* I, Quaracchi, 1906, 283-293 (BTS), cui adde W. Norden, *Das Papsttum und Byzanz.* Berlin 1903, 470-562.

(4) Raynaldus, *Annales eccl.,* ad. an. 1274, n. 1-44, ed. Paris 1887, p. 321-37. G. Golubovich BTS. I, 284. Norden, l. c. 520-522. Mansi, *Sacrorum Conciliorum Collectio,* XXIV, 65 seqq. Labbe, *Collect. Concil.,* XI, 7. 957.

(5) Hoc evenerat iam mense Iunio 1273. Cfr. Eubel, *Hierarchia Catholica medii aevi,* I, Monasterii 1898, p. 8. S. Bonaventurae *Opera Omnia,* X, Ad Cl. Aq. 1902, 62.

(6) Sic *Chronica 24 Generalium O. M.,* ap. *Anal. Francisc.* III, 356.

(7) Eubel, *Hier. Cath.,* I, 9. Potthast, *Regesta Pontificum Rom.,* Berolini, 1875, II, 1702 (n. 21098).

(8) Eubel, I, 9. Potthast, *Reg.,* II, p. 1704 (ant. n. 21099).

sed post quinque menses iam supremam diem obiit († 1276, die 21 Junii). Eius successor Adrianus V, ne per unum quidem mensem tiaram gessit; electus enim die 11 Julii 1276, Viterbii obiit die 18 Augusti (1). Die 8 Septembris (1276) in eius locum cardinales suffecerunt Iohannem XXI, qui anno sequenti fatis cessit die 20 Maii (1277).

Quoniam horum Pontificum registra, in quibus notarii Curiae litteras pontificias descripserunt, minime omnia conservata sunt, et quaedam sine affixa die circumferebantur, mirandum non est, si, etiam ob brevitatem temporis, quo Pontifices regnaverunt, inter illa documenta confusio genita sit. Documenta, bullae et epistulae dictorum Pontificum, quae in tabulario Vaticano exstant et quae extra illud alibi conservantur, quoad plura feliciter complentur litteris celebris notarii apostolici, cui nomen Berardus de Neapoli. Hic supradictis Pontificibus regnantibus ac iam tempore praedecessorum, inter scriptores curiae romanae eminebat (2). Berardus tum pro suo, tum pro scribarum sibi subditorum usu ac facilitate *Formularia*, seu uti tunc dicebant *Summam Dictaminum* compilaverat. Non est qui ignoret istiusmodi *dictamina*, in genere, nonnisi stili exercendi gratia a magistris grammaticae seu rhetoricae composita esse, vel etiam ad usum notariorum, quorum erat documenta principum tum saecularium, tum ecclesiasticorum conscribere. *Dictamina* vero Berardi de Neapoli, non secus ac eiusdem *Epistolae notabiles*, plerumque documenta vera, non conficta, continent e curia pontificia emanata. Ideoque maximae et utilitatis et auctoritatis sunt (3).

Et revera ex Bernardi de Neapoli manuscriptis comperimus bullas, quas Sbaralea (4), cum anno, mense, dieque

---

(1) Eubel, l. c. Potthast, II, p. 1709.

(2) Cfr. de ipso ac eius opere Léop. Delisle. *Notice sur cinq Manuscrits de la Bibliothèque Nationale et sur un Manuscrit de la Bibliothèque de Bordeaux contenant des recueils épistolaires de Bérard de Naples:* in *Notices et Extraits des Manuscrits de la Bibliothèque Nationale et autres bibliothèques.* Paris 1879, tom. XXVII. IIe partie, p. 87-167. — *F. Kaltenbrunner: Römische Studien.* III. *Die Briefsammlung des Berardus de Neapoli* in periodico *MIOG.* VII. (1886) 21-118 et 555-635, ubi Kaltenbrunner pluribus MSS. quam cl. L. Delisle stipatus, quaestiones has ampla discussione diremit.

(3) De valore historico Collectionis Berardi de Neapoli, cfr. Kaltenbrunner MIOG, VII, 602 seqq. Delisle, l. c., XXII, II, 120 sqq.

(4) *Bull. Franc.* III, 267, 274, nº XXXI-XXXVI, edit. sunt ibi ex Martène-Durand, *Veterum Scriptorum... amplissima Collectio,* VII, Paris 1729, 244-258. Potthast, *Regesta Pontif.*, Berolini 1875, recte Innocentio V restituerat, II, nº 21136-44. Sic quoque Mothon, *Vie du Bx. Innocent. V,* p. 315 suiv. nº 36 ss. et Stapper B., *Papst Iohannes XXI,* Münster i. W. 1898, 81 sq. (in coll. *Kir-*

confectionis carerent, Iohanni XXI adscripserat, esse Innocentii V (1). Revera res sequenti modo se habuere. Innocentius V (2), ex ordine FF. Praedicatorum, die 22 Maii 1276 (3), quatuor Fratres Minores, videlicet Fr. Hieronymum Asculanum, Generalem Ministrum ordinis, Fr. Guidonem Provinciae Romanae (4) et Angelum Provinciae S. Francisci Ministros ac Fr. Gentilem de Bettonio Constantinopolim legatos apostolicos destinavit (5). Litteris apostolicis rite conscriptis traditis, legati viam revera arripuerunt (6), uti demonstrat nota marginalis Berardi de Neapoli, litteris praefatis ab ipso apposita, quam cl. L. Delisle anno 1879 ediderat e manuscripto Burdigalensi et post eum cl. F. Kaltenbrunner anno 1886 e codice vaticano vulgavit (7):

Istae aliae confectae (litterae) de isto negocio sub nomine domini Innocencii (V) non processerunt (8). ***Quamquam enim minister gene-***

---

chengeschichtliche Studien, IV Bd. IV Heft) et Norden, *Papsttum* etc. 566-7, cfr. quoque, Hefele, *Conciliengeschichte*, Freiburg 1867, 139. — Cl. H. Golubovich, BTS. I, (1906) 292-6, quem recentiores illi labores effugerant, denuo rem erudite, aliis viis et rationibus, discutiens, verum assecutus est pro parte principali quaestionis. Cl. P. C. Eubel, *Epitome et Supplementum Bullarii Franciscani*, Ad Cl. Aquas 1908, p. 141, n. 1394 et nota 9, summarie bullas discussas consignans, Iohanni XXI eas, Sbaraleam fidelius secutus, relinquit.

(1) Sbaralea, l. c. III, 275, not. d. ob falsam Bullarum attributionem coniectare coactus fuit, Fr. Hieronymum legationem pacis ad reges Franciae et Castellae (de qua postea) interrupisse, ut Constantinopolitanam legationem obiret « qua brevi expleta [?] circa mensem Novembris [1277] reversum, Gallias repetiisse, pro pristino tractatu pacis ».

(2) De eo, Potthast, *Reg. Pontif.*, II, p. 1703-10, n. 21099-21149. [Mothon O. P.] *Vie du Bienh. Innocent V*, Rome 1896. *Il B. Innocenzo V*, Roma 1898.

(3) Pro hac nota temporis, Sbaraleae et aliis incognita, cfr. Kaltenbrunner, l. c. VII, 87 seq. Delisle, l. c. XXVII, II, *Append.* n. 9. Mothon, l. c. 888. Stapper, *Papst Iohn. XXI*, 82 nota 5.

(4) Ille est, qui testimoniis pro Indulgentia Portiunculae anno 1277 interfuit; de eo cfr. *Fr. Francisci Bartholi de Assisio Tractatus de Indulgentia S. Mariae de Portiuncula*, ed. Paul Sabatier, Paris 1900, ubi p. L seq. notitias de eius vita collegit. Quod vero ibi de legatione ista habet, minus accurate dictum est.

(5) Pro secunda ergo vice tunc Fr. Hieronymus illuc profectus est. Documentum, quod ap. *Archivio storico italiano*, Firenze 1876, Ser. III, to. 25, p. 88 ex Tabulario Andegavensi, Neapoli (*Archivio Angioino; Reg. Ang.* 1275, B. n. 23, f. 177), editum fuit, iam per se suffecisset ad tempus huius legationis circumscribendum, cum in eo, *die 28 Maii 1276, datum Romae*, Carolus I, Fr. Hieronymo facultatem tribuat indutias inter ipsum et Palaeologum concludendi. Cfr. de hoc et finibus politicis Caroli I, Norden l. c. 566. Golubovich, *BTS.* I, 295.

(6) Plus ergo revera fuerat, quam cl. H. Golubovich, *BTS.* I, 295 innuerat.

(7) In discussionibus de rebus franciscalibus nondum adhibita tamen fuit. Addam hic Waddingum *Annales Minorum* ad an. 1276, n. 1 seqq. Romae 1733, V, 1 seqq. de hac legatione nihil habere, cum documenta nondum publicata tunc (c. 1650) essent.

(8) Textus MS. Burdigalensis aliquatenus corruptus est; meliorem lecturam praebet Codex Vaticanus, quo Kaltenbrunner usus est: *MIOG.* VII, 87. Hunc referimus hic. — Studiis Delisle ac Kaltenbrunner bene, inter alios, usi iam

ralis et tres alii fratres ordinis Minorum, qui tunc mittebantur, iam iter arripuissent, tamen audito domini Innocencii obitu, cum essent adhuc Anchonae, redierunt ad curiam, et per dominum nostrum Iohannem (XXI) summum pontificem negocium aliis est comissum, videlicet Iacobo Ferentinati (1), *Gaufrido Taurinensi* (2) *episcopis, fratribus Raynono priori conventus Viterbiensis et Salvo, lectori Lucano Ordinis Praedicatorum cum litteris eiusdem tenoris, excepto quod in istis est aliquid additum aliquid immutatum* (3).

Hinc patet legationem illam Fr. Hieronymi executioni mandatam non fuisse. Minister ergo Generalis ordinis Minorum circa diem 22 Iunii 1276 Anconae morabatur adhuc (4). Die 28 Maii Romae versabatur (5), ibidem erat die 5 et 1 eiusdem mensis, uti fidem faciunt litterae, quas dicta die quinta misit cum « *Ministro, Custodi et Guardiano S. Francisci* [Assisii], *caeterisque praesentibus et futuris* (6) » tum « *Venerabilibus... fratribus, ministris et definitoribus apud Paduam in Capitulo Generali congregatis* (7) ».

Duae epistolae eiusdem prorsus tenoris sunt: pandunt unum idemque miraculum invocatione S. Francisci obtentum. Nomina testium, qui saltem quinque vel potius sex erant,

fuerunt ad rerum ordinem declarandum, v. gr. Demski, *Papst Nikolaus III.* Münster i. W. 1903, in collectione: *Kirchengeschichtliche Studien*, vol. VI, fasc. I et II. R. Stapper, *Ioh. XXI* (ibidem, vol. IV, fasc. IV) p. 82. Norden, *Das Papstum*, 575. Apud E. Guiraud et L. Cadier, *Les Régistres de Grégoire X et de Jean XXI.* Paris 1892-98. non invenitur.

(1) O. Praed. ep. Ferentin(aten.), obiit c. 1298. — Eubel, *Hier. cath.*, I, 256.

(2) Gaufridus de Montanaro, ep. Taurinens. 1264-1300. Eubel, l. c. I, 500.

(3) De ista legatione cf. Stapper, l. c. 88-89, qui accurate mandatorum tenorem exponit. Norden, l. c. 572-80. G. Golubovich, *BTS.*, I, 295-6. Wadding, *Annales Min.* ad an. 1277, n. III, V, 29-15, ubi p. 9 haud recte Innocentium V eius auctorem censuit. Raynaldus, ad an. 1277, n. 21-43 ed. cit., III, 392-400.

(4) Dicto die obiit dictus Pontifex.

(5) Cfr. Documentum Caroli I. supra p. 6, not. 5.

(6) Haec edita est ap. *Analecta Franc.* III, 358 in nota e codice 380 Conv. nunc Bibl. Com. Assisii (cf. L. Alessandri e G. Mazzatinti, *Inventario dei MSS. della Bibl. del Convento di S. Francesco di Assisi.* Forlì 1894, p. 55 s., nº 380). Examinatio Fr. Guilelmi facta fuerat a Fr. Hieronymo ipso « Romae, in infirmaria nova Kalendis Maii 1276 », « in praesentia fratris Guidonis, Ministri Romani, fr. Conradi, Ministri Alamanniae superioris, fr. Dominici, poenitentiarii Summi Pontificis, fr. Bonagratiae, fr. Monaldi, visitatoris in Romana provincia monasteriorum S. Clarae », litterae vero confectae sunt 5 Maii MCCLXXVI. Easdem recens denuo ex *Anal. Franc.* edidit P. Gisbert Menge, O. F. M., *Haben die Legendenschreiber des Mittelalters Kritik geübt?* Münster i. W., 1908, 37-9.

(7) Secunda epistola primum edita fuit a R. P. Athan. López, O. F. M., in hoc *Archivo,* I, 85-6 e codice 434 Bibliothecae Riccardianae, qui in fine habet: « *Datum Romae a. d. MCCLXXV. tertio nonas maii* ». Quoniam, uti ex edit. cit. patet, codex iste plurimis mendis abundat, ex se mirum non foret, si unum I in fine anni excidisset scribae huius codicis, qui, quoad hucusque sciatur, solus hanc epistolam nobis conservavit.

quia ipse Generalis Minister eis quoque accensendus est (1), eadem penitus sunt. Idem locus est, idem mensis, idem dies, quo epistola utraque exarata fuit. Solius anni nota discrepat. Poterat haec discrepantia scribae utique negligenti codicis tribui, sed melius alia via probari poterit annum 1276 revera hic ponendum esse.

Si nomina *sex* testium inspicias, non verisimile certe apparebit illico, illos Fratres Minores, inter quos Fr. Conradus Probus, Minister Provinciae Alamanniae Superioris, regionis dissitae, eodem prorsus die post annum Romae cum caeteris occurrisse (2). Accedit, quod non solum muneribus Provinciae suae Argentinensis occupatus fuit Fr. Conradus Probus (3), sed etiam curiae imperiali germanicae adesse saepius debuit, et Rudolphus I, rex sive imperator, eum legationibus politicis adhibebat (4). Ineunte anno ipso 1276 eum in Italiam misisse videtur (5), ut sollemni coronationi imperatoris viam planam sterneret, non vero 1275.

Alia ex parte constat Fr. Hieronymum anno 1275 nulla legatione praepeditum fuisse (6), quominus interfuisset Capitulo Generali, si reapse tale Capitulum anno 1275 celebratum fuisset. Ipsae litterae secundae, i. e. codicis Riccardiani, testantur, ideo Generalem Capitulo in festo Pentecostes, (quod an. 1276 in diem 24 Maii incidit), congregando, iam

(1) Nolumus advocare « Dominum Iacobum abbatem monasterii S. Clementis » qui Ottonem militem, praecedenti, ut patet, occasione, examinaverat.

(2) Gratis supponeret quisquam post exactum ad diem usque annum, de eodem facto novum documentum confectum fuisse; sed semel utique hoc accidisse, non erit qui non opinetur.

(3) De eo, qua Ministro Germaniae Superioris seu Provinciae Argentinensis, cfr. P. Conr. Eubel O. M. Conv. *Geschichte der oberdeutschen (Strassburger) Minoriten-Provinz.* Würzburg 1886, 160, 180 ss. 191, 392 etc.

(4) De hoc l. c. et fusius P. C. Eubel, *Die Minoriten Heinrich Knoderer und Konrad Probus*, in: *Historisches Jahrbuch der Goerres-Gesellschaft,* München 1888, IX, 393-449 in specie 650-73. Osw. Redlich, *Rudolf von Habsburg,* Innsbruck 1903, 167 ss. F. Wertsch, *Die Beziehungen Rudolfs von Habsburg zur römischen Kurie bis zum Tode Nikolaus III.* Bochum 1880, 26 ss. Demski, *P. Nik.* III, p. 55 ss. *Monumenta Germaniae, Legum Sectio IV, Constitutiones et acta publica Regum.* III, Hannoverae et Lipsiae 1904-06. 83 n. 34 etc. Böhmer, *Regesta Imperii ab anno 1216-1313.* Tom. VI, *Die Regesten des Kaiserreichs unter Rudolf,* I etc. ed. O. Redlich, Innsbruck 1898, n. 472 seqq.

(5) P. C. Eubel hoc *Hist. Jahrb.*, IX, 654, plane affirmat. Cfr. *Regesta Imperii (Reg. Imp.)* VI, l. c. Cfr. Redlich, *Rud. v. Habsbg.* 196. R. P. Eubel, l. c. ex epistola I Hieronymi (supra p. 7, not. 6) aliis auctoribus allegatis incognita, opinionem suam suffulsit. Post Conventum Lausanensem, quo Gregorius X cum Rudolpho I, die 18 Octobris 1275 convenerat, agi potuit de paranda coronatione, cfr. *Reg. Imp.*, VI, n. 488 ss. Redlich, l. c. 192. Wertsch, l. c. 21 ss. Demski, l. c. 55 ss.

(6) Litteris collectionis Berardi de Neapoli per Kaltenbrunner bene in ordinem temporis redactis, in *MIOG,* VII, 187 ss., de hoc dubium exoriri nequit.

ineunte mense praevie scripsisse, quia ei nulla spes affuit comitiis interveniendi. Ideo non 1275, sed 1276 hoc accidit.

Insuper quoniam mense Maio 1274 Capitulum Generale Lugduni resederat, nulla ratio gravis — omnes enim de hoc alte silent — aderat ultra regulae (1) praeceptum et modum usui traditum, iam anno immediate sequenti 1275 Capitulum novum statim convocandi.

Profecto antiqui rerum franciscanarum scriptores et moderni, qui de Capitulo Paduano egerunt (2), in hoc concordant, quod Hieronymus Asculanus ob legationem quandam ab adeundo isto Conventu prohibitus fuerit. Quia autem plerique eum an. 1276 in Graeciam missum fuisse ignorabant, non vero Hieronymi legationem in Franciam (in fine an. 1276 et 1277), ideo arbitrati sunt Capitulum Patavinum anno 1277 celebratum fuisse. Auctoritate Waddingi (3) annum 1277 sic inferentis, quidam adeo moti sunt, ut testimonium quoddam, magno Analistae non notum, respuerent. Est illud Chronicae 24 Generalium Ord. Min. quae optime scribit:

« Eodem anno [i. e. 1276] iterato super aliquibus punctis legatio isti Generali imponitur in Graeciam, — utrum tamen iverit, non inveni — sed ob hoc impeditus, non potuit esse in capitulo Paduae celebrato, sed misit ibi suum vicarium Bonagratiam, qui sibi postea in Generalatu successit. Et eidem capitulo anno Domini MCCLXXVI (4) in Pentecoste celebrato misit litteras efficaces, quibus officio resignabat, allegando insufficientiam, impotentiam ac negotia Ecclesiae. Nihilominus tamen fuit in officio confirmatus. Certificavit etiam idem Generalis capitulum per litteras suas, quod Franciscus apud Assisium cuidam oculos sibi totaliter effossos miraculose reddiderat, quamvis dati oculi in testimonium miraculi parviores essent prioribus (5) ».

Fr. Nicol. Glassberger (6) saepius verbotenus cum dicto passu convenit, eidem anno Comitia Patavina adscribens. Dictis Chronicae addidit alia de statutis huius Capituli (7). Inter haec (8) loquitur de tertia quoque epistola a Ministro

(1) Cfr. Regula bullata (1223), cap. VIII, *Opuscula S. P. Francisci,* Ad Cl. Aquas 1904. Böhmer, *Analekten*, p. 33.

(2) Cfr. supra p. 8, auctores allegatis in locis.

(3) Ipse quoque Waddingus non potuit, quin ignoraret documenta c. 60 annos post eum demortuum primum evulgata.

(4) Quia ab ipsis editoribus *Chronicae*, l. c., hic annus, etsi clare indicatus, in dubium revocatus fuit, noluimus hanc Chronicam qua auctoritatem supra invocare, sed aliis viis vindicanda erat.

(5) *An. Fr.*, III, 357-8.

(6) *Anal. Fr.*, II, 89, 3 al. « ... eidem Capitulo, Paduae an. dicto 1276 celebrato » dubium ' iverit, necne Hieronymus in Graeciam ' a Glassberger omissum fuit.

(7) Haec e Glassberger hausta ed. P. Ehrle, ALKG. VI, 47-8.

(8) *An. Fr.*, II, 4 al.

Generali Capitulo Paduano directa « quae incipit *Venerabilibus et in Christo dilectis etc.* cuius tenor est (1): quod inquirant de operibus b. Francisci et aliorum sanctorum fratrum quaecumque memoria digna, prout in suis provinciis contigerunt eidem Generali sub certis verbis et testimoniis rescribenda ».

Cum ergo Nic. Glassberger hanc tertiam epistolam adhuc prae manibus haberet (2) et tamen anno 1276 Capitulum Patavinum attribuit, coniiciam etiam in hac epistola annum 1276, sicut in aliis duabus, scriptum et expressum fuisse; quare et Glassberger nullum omnino dubium de hoc anno movebat.

Hucusque discussa et exposita clare ostendunt, quantum rei veritati haec dicta Chronicae 24 Generalium respondeant, nec ullum dubium moveri potest contra annum Capituli, non solum ab illo auctore diligenti et hac in quaestione de parvo momento prudenter haesitanti indicatum (1276), sed etiam in altera epistola certe recte existentem et in aliis non minus clare primitus contentum. Res decisa et annus iam firme stabilitus iam hisce censendus est.

Attamen insuper aliorum documentorum ope probare intendimus, anno isti 1276 revera standum esse. Sicuti supra exclusus fuit annus 1275, quo certe nullum mandatum pontificium Fr. Hieronymum a Capitulo in persona adeundo retinuit, sic, licet non iam stricte requireretur, et annum 1277 ac 1278 mox excludemus, quia mense Maii *Roma* nullas litteras ad praetensum Capitulum mittere potuerit.

Post demortuum Adrianum V, qui die 11 Iulii 1276 Romae electus in Pontificem Maximum, iam die 18 Augusti eiusdem anni 1276 obierat, Petri cathedram ascendit Iohannes XXI (3) die 8 Septembris 1276, coronatus die 20 huius mensis. Pontifex iste die 15 Octobris 1276 (4) Fr. Hieronymum,

(1) Est ergo diversa a duabus litteris supra relatis, quae talia non praescribunt, sed huic ansam dedisse videntur. Desideratur adhuc, non secus ac illae « litterae efficaces » i. e. supplices, quibus officium resignavit, quia omnino constat illas inefficaces fuisse Capitulares movendi, ut resignationem acciperent.

(2) Ipse, vel ille, e quo directe notitia ista ei manavit.

(3) De illo cfr. R. Stapper, *Papst Iohannes XXI.* Münster 1898, ubi vetera scripta de eo invenies. Potthast, *Reg. Pontif.* II, n. 21150-21256. Guiraud, *Les Régistres de Iean XXI.* Paris 1898.

(4) Raynald, *An. Eccl.* ad. 1277, n. 5. Potthast, n. 21166. Ripoll, *Bullarium ord. FF. Praedicatorum* (I-VIII, Romae 1729-40) I, 551, n. 5. Sbaralea, *Bull. Fr.*, III, 249, n. 8, ubique absque nota chronologica, de qua, cfr. Kaltenbrunner, l. c. *MIOG*, VII, 1886, 580; n. 406 deest apud Guiraud, l. c., cfr. n. 20 seqq., V. Stapper, l. c. 72.

Generalem Ministrum Fratrum Minorum et Iohannem Vercellensem (1), Magistrum Generalem Fratrum Praedicatorum, Nuntios suos ad reges Franciae et Castellae, qui mutuo se bello persequebantur (2) misit, ut ad pacem et concordiam eos revocarent, data Nuntiis plenaria auctoritate coitiones eorum rescindendi et pacis obstacula removendi (3), renuentesque censuris compescendi (4). Ad negotium hoc summi momenti Nuntii mox profecti sunt. Hiems instans mox arma cruenta Alphonsi X et Philippi III quiescere fecit (5); uterque Nuntius rei ecclesiae Gienensis, a rege Petro Aragonensi defraudatae, incubuisse videtur (6). Incipiente autem vere, reges ambo, resumptis armis, in bellum profecti sunt. Nuntii intercesserunt et reconciliationem aliquomodo parabant. Ast cum litterae eorum haec et conditiones pacis stabiliendae continentes (7) ad Curiam romanam pervenirent, Iohannes XXI iam fatis cesserat (mortuus 20 Mai 1277). Vacante Sede Apostolica ab illa die usque ad 25 Novembris 1277, quo Nicolaus III (1277-1280) electus fuit, Collegium Cardinalium epistolam communem (8) Nuntiis duobus misit, qui longe a Curia insimul degebant et de laboribus suis « serie litterarum » ad Pontificem mortuum notitias direxerant. Exantlatos labores Nuntiorum Collegium Purpuratorum Patrum commendat, ad insistendum operi adhortatur. « Coepto, aiunt Cardinales, cum omni diligentia insistatis, nullo modo vos a prosecutione tractatus huiusmodi subtrahentes, donec de ipsius exitu... plenam certitudinem habeatis; nisi aliud super hoc receperitis ab Apostolica Sede mandatum ».

Ex his inferendum est neutrum Nuntium Romam vel alio in Italiam illo tempore abire potuisse, nec ante mortem Papae (20 Maii), nec postea. Ineunte anno tractatibus suis

(1) De eo Quetif-Echard, *Scriptores ord. Praed.* I, Parisiis 1721, 220-12. P. Mothon, *Vita del B. Giovanni da Vercelli.* Vercelli 1903. P. Mortier, *Histoire des Maîtres Généraux de l'ordre des Frères Prêcheurs.* II, Paris 1905, 1-170.

(2) De re militari et politica huius belli, in quo non immoramur, cfr. Francisque-Michel, *Histoire de la guerre de Navarre en 1276 et 1277.* Paris 1856 *(Collection de documents inédits sur l'histoire de France).* Langlois, *Le règne de Philippe III. le Hardi (1270-1285).* Paris 1887, p. 96 ss. Leclère, *Les rapports de la papauté et de la France sous Philippe III.* Bruxelles 1890, p. 33 ss.

(3) Sbaralea, l. c. 249, n. 3. Potthast 21166.

(4) Sbaralea, 250, n. 4. Potthast 21167.

(5) Langlois, l. c. 103 suiv.

(6) Epistola *Collectionis Berardi,* cfr. Kaltenbrunner, *MIOG,* n. 469. Stapper, l. c. 74.

(7) Patet hoc ex responso Cardinalium. Potthast 21253. Raynald ad an. 1277, n. 47. Sbaralea, III, 575, n. 1 (sine nota chronologica, ergo intra dies 20 Mai. — 25 Nov. 1277 conscriptum est).

(8) Sbaralea, l. c.

insistebant; nec vacante Sede, (20 Mai 25 Nov.), alteruter partes meridionales Galliae vel adiacentes Hispaniae deserere potuit. Hinc planum fit, Hieronymum, si Capitulum Patavii festo Pentecostes 1277, i. e. die 16 maii fuisset, certe quidem adesse non potuisse; sed alia ex parte etiam manifeste ostenditur illum haudquaquam Romae die 5 Maii 1277 litteras supra allegatas « personaliter » scribere potuisse. Excluditur inde etiam Capitulum Patavinum praetensum, ad quod illae litterae, ipsis testantibus, directae fuerint.

Huius anni 1277 hypothesis, quam penitus reprobanda sit, litterae Nicolai III ad Nuntios datae, aperte manifestant. Vix Nicolaus III solium pontificium ascenderat, cum die 2 Decembris 1277 regibus hostilibus Franciae et Castellae monita pacis misit (1). Illi specialiter Fr. Iohannem de Viterbio, Procuratorem Ordinis FF. Praedicatorum (2), huic vero Fr. Benvenutum Eugubinum (3), ad concordiae foedera firmanda misit, qui Nuntii praevie missos: Asculanum et Vercellensem, fortiter adiuvarent, uti ipsos alia bulla eadem (2 dec.) data certiores reddidit (4). Ipsos rogat, hortatur, monetque Papa, ut omni vi et modo coepto suo vacare prosequantur. Diutius ergo nunquam ambo arduum suum negotium interruperant et in eo perseverarunt (5). Ineunte anno 1278 fausta de tractatibus suis Curiae papali nuntiare potuerunt (6), quamvis rex hostilis uterque postea fidem decoxerit. Die 12 Martii 1278 Fr. Hieronymus Asculanus a Nicolao III cardinalis S. R. E. creatus est (7). Papa illi promotionis notitiam dedit bulla diei 23 Aprilis 1278 (8), minime volens, ut duo

(1) Potthast, n. 21259-21260. Gay, *Les Régistres de Nicolas III,* Paris 1898-1904; I, n. 222-223. Wadding, *Annal. Min.* V, 248, n. 1, 439, n. 2. Reg. Raynaldus, *ad an.* 1277, n. 56; Ripoll, *Bull. Praed.*, I, 553-554. Sbaralea, III, 279, n. 1, 280, n. 2. Demski, l. c. 264.

(2) Potthast, 21259. Gay, *Régistres*, 222. Sbaralea, 279-80, n. 1.

(3) Potth. 21260. Gay, 223. Sbaralea, 280-1, n. 2.

(4) Potth. 21262. Gay, 224. Wadding, V, 440-1, n. 3. Ripoll, I, 555, n. 3. Sbaralea, III, 281-2, n. 3. Cfr. Mortier, *Maitres Généraux,* II, 152.

(5) Scimus Fr. Iohannem Vercellensem, Capitulo Generali sui ordinis, quod Burdigalis, festo Pentecostes, 16 Maii 1277, coadunatum fuit, praesedisse. Sed considerandum, legatos semper in regione, ubi urbs illa sita est, moratos esse et forsan illo tempore in urbe ipsa; unde illo actu parum morae passum est mandatum ipsorum. Cfr. Mortier, l. c., II, 150. Echard, *Script. O. Praed.* I, p. XVII. Reichert, *Acta Capitulorum Generalium Ord. FF. Praed.* I, Romae 1898, 192.

(6) Cfr. Sbaralea, III, 300, n. 22. Potth. 21310. Demski, 265. Cfr. tamen Sbaralea, III, 295-6, n. 13.

(7) Eubel, *Hier. Cath.* I, 9. — Ioh. Vercellensis, 12 Maii 1278 a Nicolao III Patriarcha Hierosolymitanus, reiecto Aiglerio, archiepiscopo neapolitano, a capitulo postulato, nominatus est. Eubel, l. c. I, 281. Bullam, dicto die datam, habes ap. Mortier, l. c. II, 153, n. 5. Gay, p. 15, n. 8.

(8) Potth. 21309. Sbaralea, III, 299 s. n. 21.

Nuntii pacis negotium hac de causa desererent. Aliis litteris eadem die ad eosdem datis, iussit Pontifex (1): « Ideo praesentium vobis auctoritate mandamus, quatenus nullo modo vos prosecutioni eiusdem negotii subtrahatis, sed insistatis instanter (2) ». Si deforet periculum et ad felicem statum res esset perducta: « Volumus, subdit Summus Hierarcha, quod tu [Hieronyme], fili Cardinalis, ad Sedem Apostolicam redeas, tu vero [Iohannes], fili Magister, sicut memoratus Frater Iohannes [de Viterbio] petiit, ad Generale Capitulum dicti tui ordinis, quod instat, accedas, nostram, finito eodem Capitulo, praesentiam celeriter aditurus (3) ».

Nulla hic ergo mentio Capituli Generalis Ordinis Minorum fit, neque antiqui rerum scriptores de Capitulo anno 1278 Paduae habito locuti sunt. Inspecta nota chronologica duarum praefatarum bullarum, claret manifeste Fr. Hieronymum mense Maio 1278 nequaquam Romae litteras qualescumque conscribere potuisse, ad Capitulum Generale, nescio quodnam, datas.

Reliqua legationis, quantum huc spectant, paucis absolvemus (4). Die 8 *Iulii* 1278 dubium Fr. Hieronymi, utrum adhuc Generalis Minister Ordinis esset, necne (5), solvit Papa his verbis: « Mandamus, quatenus, donec circa id aliter provisum extiterit, praedicto vaces et intendas officio, sicut ante assumptionem huiusmodi [i. e. Cardinalatus] faciebas, et illud ac ea, quae ad ipsum pertinent, plene ac libere et specialiter circa dispositionem loci et temporis celebrandi Capituli Generalis... exequaris (6) ». Hoc considerato de Capitulo anno 1278 fabulari nefas erit.

---

(1) Potth. 21310. Sbaralea, III, 600-1, n. 22. Gay, p. 91, n. 240 cum nota chronologica *falsa,* quia non VIII kal. Maii sed VIIII data fuit.

(2) Sbaralea, l. c. 301. Ibi et sequentia. Cfr. Mortier, l. c. II, 152. Responsum Nicolai III tardius advenit pro Magistro Generali Ord. Praed. Capitulo *Mediolani* celebrato 5 Iunii Pentec. presedit Fr. Munio de Zamora, nescitur quo titulo, cfr. Mortier, II, 153, secundum *Chron. ampliss.* Taegii, p. 137. Mothon. *Vita del B. G. da Verc.,* 474. Acta Capituli de hoc facto nihil produnt.

(3) Die 23 April. 1278. Papa Fr. Hieronymum Cardinalem iussit, procurationes et provisiones pro se, suoque socio, Magistro Ord. Praed., praelatis imponere. Potthast, 21311. Gay, p. 92, n. 245. Sbaralea, III. 301-2, n. 23 (23 April. 1278).

(4) Cfr. de hoc Langlois, 105-124. Demski, 266-272.

(5) Inde ortum erat, « quia (ait Nicolaus III in bulla alleganda nota 6) te *quondam* Ministrum Ordinis Fratrum Minorum missae tibi litterae nostrae describebant ». Cfr. v. gr. Sbaralea, III, 300, 301 etc.

(6) Sbaralea, III, 322, n. 41. Wadding, V, 49 ad an. 1278, n. 22. Potthast, n. 21356. (Pro anno 1278 tunc tempus Capituli i. e. 5 Iunii praeterierat). — Iohanni, electo Hierosolymitano idem scrupulus subvenerat. Mortier, II, 155. 158, nota 1. Iohannes fortiter renuit Patriarchatum Urbis Sanctae, onus gra-

Postquam Nicolaus III Cardinalem Gerardum Blancum Nuntiis suis duobus adiunxit (1), ita tamen, ut quilibet solus per se agere posset (2), ne impedimentum pateretur res gravissima, et conventio Legatorum pontificiorum et regiorum Tolosae habenda die 18 Octobris 1278 (3), contumacia et perfidia praesertim Alphonsi X frustrata fuit (4), Nicolaus III alium conventum die 1 martii 1279 cogendum indixit (5). Sed neque ibi res ad exitum faustum deducta est (6). Post haec Nicolaus III Cardinalem et Magistrum O. Praed., electum Patriarcham Hierosolymitanum, censuit ad suam « praesentiam revocandos ut per ipsos plenius circumstantiarum eius conscios, instructione pleniori recepta, in illo [negotio] processus consultior haberetur (7) ».

Interim Fr. Hieronymus Capitulum Generale celebrandum indixerat Assisii, circa festum Pentecostes 1279, quod dicto anno in 21 Maii incidebat. Praevie Pontificem hac de re certiorem reddi curaverat (8), ne legatione illa gravissima et diuturna a Capitulo retineretur.

Pontifex Summus iam die 15 Maii ad Capitulum congregandum bullam affabilem direxit (9), qua Ordinem Seraphicum laudibus exornat. Fratres exhortationibus munit et se eorum orationibus commendat. Ibi inter alia haec verba, ad propositum nostrum facientia, leguntur (10):

---

vius seni sexagenario et amplius. Nicolaus III renuntiationem, quam bulla 1 Oct. 1278 reiecerat (Ripoll, I, 560-1. Mortier, II, 155-6), tandem bulla 4 Febr. 1279 accepit, quam cfr. ap. Mortier, II, 158, nota 1. — Eubel, *Hier. cath.* I, 286.

(1) Die 15 Julii 1278. Potthast, 21359, (cfr. Raynald ad an. 1278, n. 24). Sbaralea, III, 323-4, n. 43. Cfr. Gay, p. 98 sq. n. 268 — p. 103-106, n. 274, 276-295. (Eius facultates).

(2) Gay, p. 105, n. 275. P. 21389. Sbaralea, III, 334, n. 53 (9 Aug. 1278).

(3) Sic statuerat Pontifex 5 Aug. 1278. Gay, p. 101-03, n. 273, cfr. Raynald, ad an. 1278, n. 24. — Cfr. Sbaralea, III, 333, n. 52. Potth. 21386. Gerardo Card. conceditur cuiuslibet Ordinis Fratres ad hoc seligere.

(4) Demski, 267. Raynald. ad an. 1278, n. 25. Cf. quomodo Pontifex Alphonsum increpet 29 Nov. 1278. Potthast, 21489. Sbaralea, III, 365, n. 85; Potth. 21490, Sbaralea, III, 366, n. 86, Ripoll, I, 562, n. 12. — Bulla diei 9 Iunii 1279: Raynald ad an. 1279, n. 11; Ripoll, I, 565, n. 14; Sbaralea, III, 398-400, n. 120 breviter descripsit denuo, quid in illo tractatu pacis actum sit. Die 20 Febr. 1280 publicas preces indicit. P. 21684. Sbaralea, III, 446-49, n. 147. Ripoll, I, 589, n. 18.

(5) Potth. 21488 (29 Nov. 1278). Sbaralea, III, 367, n. 87, cf. Potth. 21490, 21489.

(6) Demski, 268 sq. Potth. 21598 etc. ll. cc. Raynaldus, ad an. 1279, n. 21-3. Rayn. ,arengam' omisit.

(7) Ex bulla ap. Sbaralea, III, 446-9, pag. 448, i. e. Potthast, 21684; cfr. quoque Sbaralea, III, 400, n° 120, i. e. Potthast, 21598.

(8) Cfr. infra nota 4.

(9) Wadding, *Ann. Min.* ad an. 1279, n. 7; V², 70-72. Sbaralea, III, 392-4, n. 116. Cfr. Eubel, *Epitome Bull.*, p. 149, n. 1467. (Reg. Nicc. III, to. 40, fol. 62, ep. 17.

(10) Sbaralea, III, 393-4. Wadding, l. c.

Quare dum de instanti vestro generali capitulo celebrando hactenus ageretur, praesentiam dilecti filii Nostri Hieronymi, S. R. E. Cardinalis, ibi cognovimus esse utilem et propter hoc ei litteras nostras sub certa forma direximus (1), ut praesentialibus eius affatibus tam sanctae Congregationis reficeretur amoenitas, et in agendis procedendo consultius vobis et eidem Ordini grata solamina provenirent. Sed eodem Cardinale sui corporis infirmitate detento, ab aliquibus citra diebus non credidimus ipsum *incoeptum reditum* ea prosecutione posse perficere, quod eidem Capitulo prout deliberatio nostra conceperat, interesset. Nihilominus tamen, si sic sibi propitiaretur Altissimus, quod ad dictum Capitulum posset decenti tempore pervenire, sicut nunc ex aliquorum relatione sentimus, illum ad vos pro consolatione vestrarum mentium disponimus destinare. Quodsi forte aliquo casu id compleri nequiverit, confidimus, quod Omnipotens Dominus vos ad salutaria diriget, ac propitiabitur votis vestris, ita quod ex vestris actibus in divinis beneplacitis radicatis, fructus vobis et eidem Ordini utiles, Deo, ac Nobis placitos, dante Domino, resultabunt.

Relatio illa aliquorum veridica fuit. Reapse Fr. Hieronymus Cardinalis Ecclesiae et Minister Ordinis Assisium adiit, capituloque ibi praesedit. Sic testatur auctor synchronus *Catalogi Ministrorum Generalium Ord. FF. Minorum:* « Isto [Fr. Hieronymo]... ad Cardinalatum assumpto, Fr. Bonagratia in Generalem Ministrum absens electus fuit. Quod capitulum dictus Cardinalis tenuit, quousque Fr. Bonagratia supervenit et hoc Assisii fuit [1279]. Superveniente igitur ipso ministro et capitulo expedito... ad ipsius Domini [Papae] accessit praesentiam (2) ». Eadem similibus verbis referunt Chronica 24 Generalium (3), Fr. Nic. Glassberger (4), neque de hoc discrepant auctores recentiores. Selecti e Capitularibus una cum Summo Pontifice Nicolao III, Ordini maxime addicto, Suriani per aestatem residenti Bullam celeberrimam « *Exiit qui seminat* » elaboraverunt (5). Prodiit die 14 Augu-

(1) « *Quae hucusque desiderantur* » adnotabat Sbaralea, l. c. 398, not. 6. Neque hodiedum inventae fuerunt.

(2) *Analecta Franc.*, III, 701-2. Cfr. novam huius opusculi editionem curatam a cl. O. Holder-Egger in Appendice I, *Cronicae Fr. Salimbene de Adam*, ap. *Mon. Germaniae Hist. Script.*, XXXII, p. II, Hannoverae 1908, p. 666-7. Quaestionem auctoris nolumus hic discutere. — Anno 1279 Pentecostes erat die 21 Maii.

(3) *Anal. Fr.*, III, 367. — Eodem tempore Ioh. Vercellensis Parisiis tenuit Capitulum Generale sui Ordinis FF. Praed. (21 Maii). Reichert, *Acta Capitul. Ord. F. Pr.*, I, 205. Mortier, II, 160.

(4) L. c. II, 92. Wadding, ad an. 1279, n. 6-8, V, 70-72. De Gubernatis, I, 186. Petr. Rodulphius Tossinianen. l. c. lib. II, f. 184. Girol. Golubovich, *BTS.*, I, 275-6, 301. Panfilo, II, 7. *Chronol. hist-legal.*, I, 31. Ehrle, ALKG, VI, 48-50.

(5) Cfr. Philippus de Perusio O. F. M. *Epistola de Cardinalibus Protectoribus* Ord. Fr. Min. ap. *Anal. Franc.*, III, 710 (ipse in Capitulo aderat); et ed. Holder-Egger, l. c. XXXII, 682-3.

sti 1279 (1). Fr. Hieronymus autem Cardinalis « nolens (2) thesaurizare in terra, sed in coelis, pro declaratione super regulam nostram et aliis privilegiis, quae sunt impetrata ad praesens pro universis et singulis provinciis Ordinis, pretium, quod ascendit, ut creditur, fere ad 200 libras turonenses, facit solvi, ut omnes fratres recommendatum habeant specialiter in Missis et aliis orationibus apud Deum (3) ».

Ex supra undequaque expositis et discussis patet Fr. Hieronymum per quinque annos munus Generalis Ministri obiisse, a die 19 Maii 1274 usque ad 20 Maii 1279. Per hoc spatium duo habita sunt Comitia Generalia Ordinis, Capitulum Patavinum, 24 Maii 1276, cui interesse nequivit, legatione in Graeciam praepeditus, licet nunquam eo profectus sit, sed tantummodo ad Anconam usque pervenisset. Die 1, 5 et 20 Maii 1276 Romae certe stetit, die 5 dicti mensis epistolas plures ad Capitulum Patavinum mox tenendum direxit. Die 16 octobris 1276 ei commissa fuit legatio nova, inter Philippum III Franciae et Alphonsum X Castellae reges pacis conciliandae. Huic negotio ex Italia detentus fuit a fine anni 1276, saltem usque ad exeuntem Martium anni 1279. Nil ergo inde mirum, quod per totum triennium ab anno 1376 usque 1279 Capitulum congregare non potuerit; ast legatio illum impediens quin an. 1276 capitulo Paduano adesset, Constantinopolitana erat, non autem illa ad reges Franciae et Castellae. Nullomodo proinde, post praehabitam disceptationem, dubitandum est, quin capitulum Patavii primo habitum, revera anno 1276 locum habuerit.

Ad Claras Aquas, 5 Iulii 1908.

P. Michael Bihl, O. F. M.

(1) Sbaralea, III, 404-416. *Sexto Decr.*, l. V, tit. 12. De verb. signif. c. 3. Potthast, n. 21628. *Seraphicae Legislationis textus originales.* Ad Cl. Aq. 1897, p. 181-227. *Seraph. Leg. text. orig.* Romae 1901. (Edit. phototypica) in Regesto Nicol. III, to. 39, ep. 156, fol. 184-189. Eubel, *Epit. et Suppl. Bull. Franc.*, n. 1457 et p. 290-300, n. XLVII.

(2) Sunt verba Fr. Bonagratiae in epistola 21 Sept. data ad Provincialem Ministrum Alemanniae Superioris, ap. Glassberger, *Anal. Franc.*, II, 98. — Generalis ad omnes provincias epistolas pastorales misit verbotenus eiusdem tenoris (sed sine illo additamento l. c.), quarum unum exemplar dat. 24 sept. 1279 habes ap. Wadding, *Annal. ad an. cit.*, n. 11. V, 75-77.

(3) Norunt omnes Fr. Hieronymum Masci, Cardinalem presbyterum tit. S. Pudentianae, et episc. Praenestinum, die 15 Februarii (coronat. 22 Febr.) 1288 electum fuisse in Summum Pontificem. Obiit, post res gestas eximias, Romae die 4 Aprilis 1292. Potthast, *Reg. Pont.*, II, p. 1826-1915, n. 22604-23945.

EINE QUELLENSTUDIE ZUR FRANZISKUSLEGENDE
DES JACOBUS DE VORAGINE Ord. Praed. (a).

Die « Legenda Sanctorum Iacobi de Voragine », später einfach « Legenda aurea » genannt, enthält unter dem 144. Kapitel eine Lebensgeschichte des hl. Franziskus. In den letzten, an Franziskusstudien so reichen Jahren hat auch diese alte Legende einige Beachtung gefunden. So verwendet P. Eduard Alenc. (1) diese Biographie des hl. Franziskus zum Beweise, dass der bekannte Kapitelsbeschluss von Paris im Jahre 1266 « quod omnes Legendae de beato Francisco olim factae deleantur (2) », nicht besonders streng ausgeführt wurde. Van Ortroy hatte die Quellenfrage etwas gestreift (3). P. Leonh. Lemmens hat sie summarisch vorgenommen (4). Am einlässlichsten hat sich mit der Quellenfrage der Legenda aurea beschäftigt Rev. H. G. Rosedale, aber ohne jede Methode noch System (5) und völlig voreingenommen von seinen falschen Ideen über die Legenda secunda des Thomas von Celano (6). Eine nähere Untersuchung dieser Franziskuslegende dürfte aber umsomehr am Platze sein, da die « Legenda aurea » Jahrhunderte lang die höchste Popularität behauptete und wie kaum ein zweites Buch gelesen wurde (7).

(a) SUMMARIUM: Probatur comparatione exacta textuum Fr. Iohannem a Voragine O. Praed. pro *Legenda S. Francisci,* quam celeberrimae suae *Legendae Aureae* inseruit, omnia, praeter *quinque* breves phrases, quae ipsius videntur propriae, hausisse: 1°) e *Legenda Chori* Fr. Thomae de Celano, 2°) e *Legenda secunda* eiusdem, 3°) e *Tractatu de Miraculis* eiusdem, 4°) e *Legenda Maiori* S. Bonaventurae; et quidem quasi de verbo ad verbum. [NOTA DIRECTIONIS].

(1) P. Eduard Alenconiensis O. M. Cap. *S. Francisci Assisiensis Vita et Miracula auctore Fr. Thoma de Celano,* Romae 1906, Prol. XLV (1).

(2) Vgl. l. c. Prol. XLII.

(3) *Analecta Bollandiana,* XVIII, 1899, 93, 98, 174.

(4) In *dieser* Zeitschr: A F H I, 265-6.

(5) *Legends of « St. Francis of Assisi » by Brother Thomas of Celano etc.* in: *Transactions of the Royal Society of Literature* (R. S. L.) second series, vol. XXV, London 1904, 193-271. Pag. 43-71 druckt er nach einem Wiener (? er sagt es nicht genau) Codex als *Legenda Anonyma S. Francisci* eben das Cap. 144 (auch als 149 gezählt) der Legenda aurea (mit *Prolog.* dann N° 1-66.) ziemlich fehlerhaft ab und daneben die *angeblichen* Quellenstellen immer auf *seiner* Ausgabe der Legenden des Celano basirend, mit Ungenaugkeiten und Auslassungen, die dann natürlich in der *comparative Table* 74-75 wiederkehren.

(6) Cf. seine Ausgabe *St. Francis of Assisi according to Br. Celano. His descriptions of the Seraphic Father A. D. 1229-1259.* London, 1904. Cf. AFH, I, 627-8.

(7) Vgl. *Kirchenlexicon* ², VI, Freiburg 1892, 1180: « Die Handschriften der goldenen Legende ‚sind fast unzählbar' .... Ausgaben des lateinischen Originals bis 1500 einschliesslich zählt man mehr als 70; dazu kommen 3 der

Damit kam die Lebensgeschichte des hl. Franziskus unter das Volk und bildete hier wohl ausschliesslich die einzige Quelle, aus der die Ungebildeten ihre Ansicht über den grossen Patriarchen von Assisi schöpften. Es dürfte daher nicht uninteressant sein, eine kleine Untersuchung anzustellen über die Quellen, nach denen Jakob seine Franziskuslegende verfasst hat.

Wäre uns das bestimmte *Datum* der Fertigstellung der goldenen Legende bekannt, so wäre ein Quellenstudium sichtlich erleichtert; wir dürften dann alle spätern Quellen über den hl. Franziskus von der Untersuchung ausschliessen. Allein gerade dieses sichere Datum ist uns unbekannt geblieben. Jakob schreibt zwar in seiner eigenen Chronik von Genua (1): « Frater Iacobus de Voragine de Ordine Praedicatorum, Archiepiscopus Octavus, coepit Anno Domini MCCXCII et vivet quantum Deo placebit.... Hic cum adhuc esset in ordine suo et postquam fuit in Archiepiscopatu, opera plura fecit. Nam Legendas Sanctorum non uno volumine compilavit, multa adiiciens in eisdem de Historia Tripartita et Scholastica et de Chronicis multorum actorum.... Presentem etiam Chronicam compilavit hoc secundo anno sui Pontificatus, scilicet Anno Domini MCCXCIII ». Da Jakob im Jahre 1244 in den Dominikanerorden trat (2) und 1293 obige Worte niederschrieb, so muss seine « Legenda Sanctorum » zwischen den Jahren 1244 und 1293 entstanden sein; allein diesen Termin können wir noch näher begrenzen. Jakob nennt bei Aufzählung seiner Werke die « Legenda Sanctorum » an erster Stelle, während er dem Chronicon die letzte einräumt. Daraus scheint hervorzugehen, dass die Legende sein Erstlingswerk sei, das vor seiner Erhebung auf den erzbischöflichen Stuhl von Genua, somit vor 1292 vollendet war. Schon 1264 (3)

---

englischen, 14 der niederdeutschen, 8 der böhmischen, 5 der französischen, 8 der italienischen Uebersetzung ». Vgl. Potthast, *Bibliotheca Historica medii aevi* I² Berlin 1896, 684. M. Pellechet, *Jacques de Voragine, Liste des éditions de ses ouvrages publiées au XVe siècle*, in: *Revue des Bibliothèques*, V Paris 1895, 89-98, 225-7. Ueber ihn: Quétif-Echard. *Scriptores Ord. Praed.* Paris 1719 (1721) I 454-9 II, 818. Potthast, l. c. I² 634 f. Chevalier, *Répertoire bio-bibl.*, II² Paris 1907, 2331-2.

(1) *Chronicon Ianuense*, Pars XII, c. 9 (Muratori, *Antiquitates Italicae*, t. IX. *Rerum Italicarum Scriptores*, Mediolani 1726, col. 53).

(2) *Chronicon Ianuense*, Pars XII, c. 5 (ed. cit. col. 48): « Isto eodem anno, quo supradictus Papa Innocentius Ianuam venit (MCCXLIV), inspirante gratia Salvatoris, Ordinem Praedicatorum intravimus, ubi nostra adolescentia usque ad aetatem senilem fuimus enutriti et maternis uberibus educati ».

(3) *Chronicon Ianuense*, Pars XII, c. 6 (ed. cit. col. 50): « Cum vero omnes timerent, D. Clemens Papa, dum apud Viterbium in Ecclesia Fratrum Praedicatorum in Festo Pentecostes solemniter celebraret et praedicaret (MCCLXIV)

sehen wir ihn als Provinzial seiner lombardischen Ordensprovinz. Da aber dieses Provinzialat wohl wenig Zeit für Abfassung einer so komplizierten Legendensammlung geboten haben wird, so werden wir kaum fehlgehen, wenn wir die Entstehungszeit der goldenen Legende in die Jahre zwischen 1244 bis 1264 verlegen. Dass diese Annahme auf Richtigkeit beruhe, wird die folgende Quellenuntersuchung lehren.

Ueber die Quellen, welche Jakob zu seiner Franziskuslegende benützte, äusserte sich P. Eduard Alenc. (1) also: « Bartholomaeus Pisanus prae manibus habuit Legendam secundam (scl. Fr. Thomae de Celano), Iacobus a Voragine primam saltem et Tractatum miraculorum ». Die Analecta Bollandiana (2) bemerken jedoch: « C'est un ensemble de traits empruntés, souvent littéralement, à la 2e Vie de Celano; quelques-uns seulement dérivent de la 1ère. L'intérêt de cet abrégé consiste surtout dans les miracles qui s'y lisent ». P. L. Lemmens hält dafür (3), die Leg. aurea benützte meistenteils die Legenda II des Celano, dessen Tract. de Miraculis, dessen Chorlegende und die Legenda Maior Bonaventuras, nicht aber die Legenda I des Celano. Wessen Ansicht nun auf Wahrheit beruhe, wird sich bald zeigen.

Der Quellenuntersuchung lege ich die Legenda Sanctorum in der alten Basler Ausgabe vom Jahre 1486 (4) zu Grunde und vergleiche sie mit der neuen, leider durch « arge Fehler (5) » entstellten Ausgabe von Dr. Th. Graesse (6).

Prüfen wir vorerst die Franziskuslegende des Voragine an der ältesten und ersten Biographie des Patriarchen von Assisi, an der Vita prima des Bruder Thomas von Celano,

---

et ego tunc Prior Provincialis Fratrum Praedicatorum Lombardiae, ibidem occasione nostri Capituli generalis praesens essem .... ». Hiernach wäre das im Kirchenlexicon ² VI, col. 1179 angegebene Datum « Spätestens 1268 wurde er Provinzial » zu rectifizieren.

(1) P. Eduard Alenc. l. c. Prol. XLV (1).

(2) *Analecta Bollandiana*, t. XVIII, Bruxellis 1897, p. 98, da nämlich auf der von P. Eduard zitierten Seite (174) sich nur ein Verweis auf S. 98 findet.

Cum autem idem frater Iuniperus cum sociis procederet, diabolus in specie hominis ipsos precessit ad castrum quoddam, quod eos oportebat transire, dicens, quod castellanus sibi caveret de castro, quia tali hora quatuor homines in tali habitu novo venirent ad castrum, quia sunt traditores et castrum tradere molientur. Castellanus hoc audiens precepit suis famulis observare horam, que ipsi fuerat nunciata. Hoc facto, ecce illi quatuor fratres venerunt versus castrum. Quod videntes famuli castellani prefati, ipsum castellanum vocaverunt. Qui irruentes in fratres, ipsos atrociter invaserunt. Frater vero Iuniperus irruente in se spiritu collum denudavit et exposuit gladio amputandum reliquis fratribus in terram se prosternentibus occubitum exspectantes. Quod videns castellanus dixit suis famulis: 'Hii si es-

(1) Cfr. l. c. pag. 56. Idem etiam apud Bartholomaeum Pisanum fr. VIII p. II *Analecta Franciscana*, t. IV pag. 245 et in *Fioretti di S. Francesco*, c. 4.
(2) Codex Berol. « vestutu ».
(3) Codex Lips. om. « castelli — homines ».

sent traditores, ut nobis dictum fuerat, cum armis et aliter dispositi advenissent'. Tamen antequam eos abire permitterent, castellanus fecit fratrem Iuniperum fustibus nimium verberari. Qui surgens de verberibus, regraciando sibi et capud inclinans abscessit; et fratres ad locum venerunt, quem recipere debuerunt.

Post aliquod tempus, cum domus fratrum esset recepta, accidit ut ille castellanus ad locum fratrum veniens apud fratres missam audivit; quem frater Iuniperus cognovit et, ubi esset eius hospicium, fecit inquiri. Quo cognito quendam amicum rogavit, ut amore sui bonum xenium prepararet, quod posset cum honore alicui viro honesto mittere, qui sibi plurimum servivisset. Quod, cum sibi esset paratum, misit illud illi castellano, qui ipsum fustigare fecerat, committens nuncio, ut diceret, quod sibi hoc xenium quidam frater Minor mitteret ob amiciciam specialem, quam sibi aliquando ostendisset et exhibuisset. Castellanus vero regraciabatur fratri per nuncium, quem tamen non novit. Comestione facta, idem castellanus ad domum fratrum venit et quis frater esset, qui sibi tantam exhibuisset amiciciam, requisivit. Cui frater Iuniperus dixit: 'Ego sum frater ille, quia meum inimicum ita subiugastis; quare in perpetuum vobis regraciabor'. Et castellanus: 'Et quis est ille vester inimicus? Ego semper faciam, quod vobis placebit'. Et frater Iuniperus: 'Inimicus meus, quem vos mihi subiugastis, est frater corpus meum, quod vos ita domastis, cum me fecistis verberari in vestro castro, quia semper mihi plus fuit obediens quam prius'. Quod audiens castellanus sibi veniam peciit confusus et postmodum fratribus omnibus emendavit ipsos recipiens hospicio devote plurimum et toto vite tempore eis adherendo ».

Iam sequitur tabula libelli:

1. *De illo quod contigit in Lipzk.* 3. *De fratre layco frisone.*
2. *De canonico in Brema* (1). 4. *De fratre Eustachio magistro.*

Haec quatuor exempla retulit « fr. Burkhardus minister Saxonie ».

5. *De duobus fratribus laycis.*

In fine: « Hunc rumorem frater Arnoldus custos Bremensis, vir utique fide dignus, erat sollicitus aliquociens recitare ».

6. *De milite qui minime curavit de salute anime.*

« Frater Franciscus lector, visitator quondam provincie Saxonie, de provincia Colonie retulit ».

7. *De clerico qui persequebatur ordinem.*

« Idem frater Franciscus retulit ».

8. *De fratre cui apparuit domina nostra.*

« Frater Petrus de Hyspania studens Parisius retulit ».

9. *De quodam devoto ordini.*

« Quidam fr. Gherardus dictus de Roma Parisius vir valde devotus retulit ».

10. *De fratre qui tectum ecclesie vidit aperiri in oratione.*

(1) Deest in cod. Berol.

« Frater Franco quondam custos Wratizlaensis et etiam Aurei Montis, homo devotus et bone consciencie, narravit fratribus sue custodie: cum irent ad capitulum in Wismar ».

11. *De quodam famoso predone.*
« Frater Hermannus custos Aurei Montis retulit ».

12. *De quodam monacho devoto.*
« Frater Conradus de Haldesleue quondam lector retulit ».

13. *De quatuor fratribus qui receperunt locum.*
« Frater Hermannus lector Wratizlaensis retulit, quod a fratre quodam Ioanne quondam socio beati Francisci audivit ».

14. *De duobus fratribus defunctis.*
« Idem frater Hermannus retulit se audivisse a fratre Theodorico Baldemaro devoto homine, quod, cum idem frater Th. staret in Saltwedele ».

15. *De fratre defuncto qui habuit gemmam in manu.*
« Frater Bertoldus gardianus in Budesin (1) vir autenticus et utique Deo devotus retulit, quod habuit quendam specialem amicum fratrem Rudegerum laycum portarium in Gorlizc ».

16. *De fratre qui apparuit cuidam preposito.*
« Frater Hermannus de Kothene retulit se audivisse a fratre Ioanne (2) quondam custode Stetinense, quod, cum frater Engelbertus lector Hildensis mortuus fuisset, quidam prepositus dominarum in Hildensem, qui ipsum ob vite ipsius sanctitatem et doctrinam specialiter dilexerat, multum erat sollicitus de eius anima »

17. *Frater qui angelum vidit chorum intrare.*
« Frater Ioannes custos Stetinensis (3) retulit: cum esset in itinere generalis capituli ».

18. *De fratre mortuo cuius animam diaboli abstulerunt.*
« Quidam frater gardianus Ratisponensis narravit quoddam valde terribile »

19. *De fratribus qui in via fere propter sitim defecerunt.*
« Frater Benedictus Thuringus vir autenticus et devotus retulit, quod semel cum esset in itinere versus capitulum generale cum multis fratribus ».

20. *De fratre cui Christus apparuit loquens ei.*
« Idem frater Benedictus cum ageret in extremis.

21. *De beato Francisco habente faciem leonis.*
« Quidam frater Reywardus (4) nomine homo devotus et sanctus retulit, quod sanctus Franciscus apparuit cuidam fratri Minori habens faciem leonis ».

---

(1) Edelmann, *Franciscanerkloster zu Bautzen* in *N. Lausitz. Magazin*, t. XLIX, Görlitz 1872, pag. 18 affert documentum anni 1283, in quo praeter alios testis nominatur fr. Bertoldus « exgardianus ».

(2) Codex Berol. addit. « de Brunswich ».

(3) Codex Berol. addit « prefatus ».

(4) Codex Berol. « Reinwardus ».

22. *De duobus sociis se mutuo diligentibus.*
Explicit: « Id contigit in custodia Hassie, cuius custos fratri Ioanni lectori narravit Erfordensi ».
23. *De fratre ordinis Predicatorum.*
Explicit: « Hanc narrationem retulit frater Franco de Nyza, qui dixit eam contigisse in Kracovia ».
24. *De fratre qui vidit intrantem angelum chorum.*
« Frater Theodericus de Planowe (1) narravit ».
25. *De fratribus quibus Deus providit de prandio.*
« Frater Henricus de Stalberg homo devotus et sanctus semel missus fuit pro lignis ».
26. *De fratre qui mersus sub aquis fuit.*
« Quidam frater de Brema retulit nomine Conradus »; *explicit:* « Quod frater Conradus mane facto fratribus retulit et ad professionem est receptus; qui etiam vitam in ordine feliciter consummavit et in Gripeswalde est sepultus ».
27. *De uno mercatore.*
Explicit: « Istud accidit anno Domini MCC nonagesimo, sicut et frater Albertus loci dicti [Sagan] gardianus retulit ».
28. *De fratre qui vidit Dominum intrantem ciborium.*
« Quidam fuit frater Fredericus laycus in Borch, qui frequenter solebat in oratione divinis consolationibus et devotionibus visitari ».
29. *De angelo qui mare mensuravit.*
« Frater Franco quondam custos Aurei Montis ».
30. *De fratre qui beatam virginem cum puero vidit.*
« Frater Rupertus laycus lapicida, qui ecclesiam in Suzeliz et chorum in Erphordia edificavit, cum esset quadam vice plus solito gratia devocionis perfusus ».
31. *De fratre cui misit Dominus xenia sua.*
« Abbatissa de Suzeliz narravit, quod quadam vice cum fratre Th. Saxonie de spiritualibus consolationibus loquebatur ».
32. *De fratre qui invenit puerum in silva iacentem.*
« Frater Conradus laycus in Brandenburgensi custodia »; *explicit:* « Credo, quod iste fr. Conradus dictus fuit de Stegeliz, qui moriebatur in Kyriz et fratrum coquinam fecerat plusquam annis XL (2) ».
33. *De eo qui rogavit Dominum, ut dirigeret viam suam.*
34. *De duobus fratribus qui volebant ordinem exire.*
35. *Absque titulo; incipit:* « Quidam frater Gherardus dictus de Roma Parisius manens retulit ».

Fuldae, 1 April. 1908.

Fr. Leonardus Lemmens, O. F. M.

---

(1) Codex Berol. « Plauwe ».
(2) Eius mentionem fecerunt *Catalogus S. Fratrum Minorum* (pag. 87) et Pisanus *Analecta Francisc.* IV, pag. 327; ubi vocatur « Conradus de Stogelem ».

TRAKTAT DES MINORITENPROVINZIALS VON ENGLAND

FR. NIKOLAUS DE FAKENHAM (1395)

über das grosse Abendländische Schisma.

(Continuatio et finis) (1).

Ad 2m argumentum cum assumitur: filius non portabit iniquitatem patris, et econtra, respondet beatus Gregorius XV. Moralium dicens quod tripliciter portat filius iniquitatem patris sui sive punitur pro peccato patris, vel quia filius contrahit originalem a parentibus, vel quia filius est imitator paterni sceleris, ut Canaan punitus erat quia imitator erat Cayn, vel quia filius incidit in errorem propter permissionem paternam, ut patet de filiis Heli sacerdotis; ex una enim parte quia permissi erant libertati, ideo ambo erant interfecti: ex alia parte insuper quia pater permisit in eis errorem quem potuit et tenebatur non permittere, ideo iure divino depositi erant a summo sacerdocio, et Samuel ipso vivente institutus erat. Quare patet quod tam filius fuit punitus propter peccatum patris et pater punitus erat propter peccatum filiorum, quia permisit eos errare, quando potuit et tenebatur non permittere.

Ad tercium cum assumitur quod: omnis Christi accio in hiis que ad curam pastoralem pertinent, debet (*a*) pape esse instruccio, sed Christus propter scisma populi non renunciavit cure pastorali, ergo nec papa in hoc casu scismatis tenetur hoc facere: negandum est argumentum, quia multiplex reperitur differencia inter scisma tempore Christi et scisma modernum, tum primo quia tempore Christi notum erat cunctis catholicis quod ipse solus tunc erat pastor gregis, sed iam non est sic notum omnibus catholicis sumendo catholicos pro illis qui credunt in XII articulos fidei et in simbolum Anastasii (*b*); tum secundo quia ex hoc quod Christus non cessit pastorali cure, crevit multitudo credencium in Domino et magis firma erat fides in cordibus fidelium, sed ex hoc quod neuter istorum vult cedere papatui, non crescit multitudo credencium, sed pocius decrescit et credulitas infirmatur. Ergo non est similitudo inter istud scisma et illud; tum tercio, quia articulus propter quam recesserant discipuli, erat propter sacramentum altaris quod credendum firmiter est usque ad finem seculi de necessitate salutis; sed quod iste est papa vel quod iste, non est articulus de necessitate salutis credendus usque ad finem seculorum, quia post decessum utriusque non erit articulus; tum quarto

(*a*) debent *ms.* (*b*) Anastasii] *sic! ms.* Athanasii *V*2 Athenasii *V*1.

(1) Cf. AFH I, 582-600.

quia Christus tempore quo pastor erat in terris non habuit adversarium intrusorem usurpatorem sui papatus; ideo non est simile de presenti scismate et de illo.

Ad ultimum cum assumitur quod: vir alligatus uxori non potest querere solucionem, sed papa est sponsus universalis Christi Ecclesiae, ergo non potest suo papatui renunciare: negandum est argumentum propter multa, tum primo, quia viro non licet relinquere uxorem, nisi propter fornicacionem, sed sponsus Ecclesie propter multas causas potest dimittere ecclesiam suam, ut patet per multa exempla posita in casu; tum secundo post matrimonium per carnalem copulam consummatum inter virum et mulierem sine assensu mulieris non potest vir religionem intrare, sed sponsus ecclesie absque assensu sue ecclesie potest religionem intrare de licencia pape; tum tercio, quia in matrimonio coniuges faciunt promissionem quod nec pro nobiliori nec pro honestiori, neque pro meliori debeat fieri separacio, sed episcopi sponsi ecclesie de licencia pape pro beneficio pinguiori et meliori transferuntur ab una ecclesia ad aliam, ut patet in canone: ergo magna patet diversitas inter sponsum ecclesie spiritualem et sponsum carnalem. Et sic patet solucio ad omnia argumenta contra istam questionem adducta.

Octava conclusio est hec. Etsi secundum verba iuris canonici summus pontifex non poterit deponi, nisi pro crimine heresis, suaderi tamen potest quod secundum legem ephykeie utroque pertinaciter cedere recusante cogi debent cedere in isto casu scismatis.

Probatur sic. Ex dicto Christi in evangelio: omne regnum in se divisum desolabitur. Sed scisma inter pastores capitales causat divisionem in principatu militantis Ecclesie, presertim cum racione predicti scismatis insurgunt gentes et regna adversus regna, bella intestina, gentes absque caritate perpetua. Cum ergo secundum senteneiam evangelii melius et utilius sit universo quod unus tollatur de medio quam quod tota gens pereat, sequitur quod si in ovili Christi reperiantur persone propter quas sit tanta dissipacio in grege militantis Ecclesie tunc ad excludendum predictum scisma necesse est ut a regimine ovilis Christi tollantur huiusmodi pastores.

Preterea sic. Quinto ethycorum c. XVI. in omni iusticia legali sive a iure positivo, ubi verba legis non subsunt, recurrendum est ad legem epykeye, cum epykeia sit virtus directiva iusticie legalis, et ubi verba legis deficiunt, tribuit facultatem interpretandi legem ad bonum commune, quemadmodum statutum erat in civitate quadam, quod nullus peregrinus sive extraneus sub pena privacionis capitis ascenderet muros civitatis, et obsessa civitate extraneus quidam armatus ascendit muros debellando civitatis adversarios; tunc enim, cum secundum ius positivum debuerat decapitari, secundum tamen legem epykeye debuit vita sua preservari et sibi merces magna dari. Sed, ut asserunt Benedictus antipapa et sui complices in scriptis, quod papa poterit compelli suo iuri cedere non est quoquomodo fulcitum in iure. Cum ergo istius scismatis prolongacio universe christianitatis foret subversio, ergo si secundum iura positiva compelli nequeant, nec spontanee cedere volunt, tunc pro conservacione militantis Ecclesie

recurrendum est ad legem epykeye, videlicet quod in casu conclusionis premisse per utrumque brachium cogantur cedere.

Confirmatur racio sic. Bonum commune preferendum est bono personali. Sed quandoque (*a*) in casu necessitatis pro salute unius persone oppositum iuris scripti est exequendum per virtutem legis epykeye, quia primo Regum XXI. c. (1) erat ius scriptum quod laici non comederent panem sanctum, panem supple sacerdotalem, cuiusmodi tamen panis sanctus contra prohibicionem scripture rite porrectus est David existenti in necessitate, et hoc ex virtute legis epykeye. Ergo a forciori rei publice obcurri (*b*) non poterit absque parcium cessione, si per iura positiva non possunt compelli suo iuri cedere, per legem tamen epykeie cogi debent. In tali necessitate (*c*) quandoque sunt licita, et cessante necessitate iterum redduntur (*d*) illicita, XXXV. (*e*) q. I. c. I., et [quod] (*f*) non est licitum ex lege, necessitas (*g*) licitum fecit, ut patet extra de reg. iuris (2), quemadmodum fecerunt Machabei pugnantes in die Sabbati.

Quarto sic. Exempla rerum corporalium reducunt in cognicionem spiritualium. Sed hoc est in rebus corporalibus, quod si vita alicuius nequeat servari absque membri putridi incisione, quod tamen abscidi non posset, nisi cum carnis vive oblacione, tunc pro conservacione vite necesse est utrumque resecari. Sed sic est in spirituali corpore Ecclesie, quod si antipapa velut membrum putridum tocius corporis Ecclesie infectivum a (*h*) cura corporis Ecclesie tolli non potest, nisi verus papa pars viva suo iuri cedat, ergo pro salvacione tocius corporis Ecclesie durante scismate necesse est utrumque resecari a regimine pastoralis cure. Ergo conclusio vera.

Item quinto sic. Pastor gregis Christi vel est benivolus suo gregi, vel malivolus; si benivolus, tunc gregi Christi necessitatem pacienti compaciatur, cum aliter nomen pontificis vacuum teneret, ut patet in canone di. LXXXVI. *Fratrem nostrum Marrianum* (3); si vero malivolus sit Christi gregi, ei mala voluntas non est permittenda in Ecclesia, ut patet in canone XXIII. q. IIII. *Displicet* (4). Ergo sequitur quod in casu scismatis si spontanee noluerit cedere, cogi debuit.

Ad oppositum tamen conclusionis et pro parte nostra arguitur sic, videlicet quod papa non potest cogi cedere papatui, quia nec a

(*a*) quandoque] *V*1 quandocumque *Pa V*2.
(*b*) obcurri] a forciori pro salvacione rei publice verba iuris canonici in casu licet contravenire et per consequens si salus rei publice optineri (obtineri *V*2) non poterit.
(*c*) necessitate] presertim cum illa iura positiva quandoque sint absolute interdicta adveniente tamen necessitate *add V*1.
(*d*) redduntur] *V*1 reducit *V*2 redu[ci]t *Pa*.
(*e*) XXXV.] *V*1 *V*2 XXV. *Pa*.
(*f*) quod] *V*1 *om Pa V*2.
(*g*) necessitatis *ms*.
(*h*) a] *Pa V*2 de *V*1.

(1) I. Reg. 21, 4. (2) c. 4, X, 5, 41. (3) c. 6. (4) c. 38.

superiori: patet, cum nullus sit talis in Ecclesia militante, ut patet extra de elec. *Licet,* nec eciam ab equali, nec ab inferiori cogi potest, quia non habet imperium par in parem, nec inferior in suum superiorem, nec ab omnibus simul, quia omnes excluso papa vel habent equalem potestatem cum papa, vel maiorem, vel minorem. Si equalem vel minorem, tunc per eos non poterit cogi cedere, cum non habent imperium cogendi, nec eciam habent maiorem potestatem quam dominus papa, cum ipse non iudicatur a quocumque, quia neque ab universali concilio, neque ab augusto, neque ab omni clero, neque a populo poterit iudicari, ut patet in canone di. XII (*a*). *Nunc autem* (1), IX. q. III. *Nemo* (2). Ergo sequitur quod verus papa cogi non potest cedere suo papatui. Secundo sic; nam quod oves super pastorem, membra super caput, filii super patrem, discipuli super magistrum, subditi super prelatum iurisdiccionem, potestatem vel auctoritatem habeant, absurdum videtur et monstruosum. Cum igitur papa sit pastor, pater, prelatus tocius Ecclesiae, sequitur quod neque per predictos neque per aliquem predictorum cogi debeat papatui renunciare. Tercio sic quod nullo (*b*) casu poterit papa cogi cedere papatui. Quarto principaliter sic. Propter lesionem corporis seu propter offensam unius membri non debet capud amputari iuxta illud evangelii: *Si oculus aut pes tuus aut manus tua scandalizet te, erue eum et proice abs te* (3). Ergo, cum tota Ecclesia militans secundum Apostolum sit unum corpus, cuius caput est dominus papa, ceteri vero christiani sunt membra, utpote oculi, pedes, manus, et cetera.

Hiis argumentis non obstantibus teneo conclusionem, sicut stat, et ad argumenta in oppositum facta respondeo.

Unde ad primum argumentum, cuius difficultas stat in hoc quod papa non potest cogi cedere papatui, quia nec a superiori, nec ab equali, et eciam ab inferiori; pro quo notandum est, secundum quod dicitur ex scriptura sacra, quod duplex est coaccio, scilicet, viscerose compassionis et virtuose (*c*) compulsionis, ut Egipcii cogerunt filios Israel Exodi XII. Loquendo ergo de prima coaccione dico quod si aliter non poterit scisma sedari, nisi uterque iuri suo cedat, quod potest cogi a superiori, quia a suo confessore (*d*) consulente sibi quod in hoc casu papatui renunciet, qui in foro confessionis sacramentalis censetur eo superior. Potest eciam tali coaccione cogi ab equali, quia a sua consciencia sibi dictante quod in tali casu teneatur papatui renunciare, quia qui facit contra conscienciam, edificat ad iehennam. Ista eciam coaccione cogi potest ab inferiori, scilicet a quolibet viro catholico obsecrante quod in hoc casu pro communi bono velit cedere. Ergo si papa ab omnibus istis sic pulsatus acquiescere nolit suo confessori sibi consulenti, nec consciencie proprie sibi dictanti sive mor-

(*a*) XII.] *sic. ms.* (*b*) nullo] in illo! *ms.*
(*c*) virtuose] timorose *V1 V2.* (*d*) Confessore *V1* confessori *Pa V2.*

(1) Intendit c. 7 D. 21. (2) c. 9. (3) Matth. 18, 8, 9.

denti, nec populo catholico obnixius deprecanti, tunc si aliter non potest scisma sedari, taliter impersuasibilis et extra metas racionis existens, quod nequaquam de domino nostro Bonifacio verificatur, secundum legem epikeye secunda coaccione potest cogi suo iuri renunciare. Quod variis exemplis manifestari potest. Nam si navis gubernator, qui navem ad libitum ducere velit ad portum tranquillum, navem duceret ad tempestates procellosas ad navis submersionem ac sui ipsius et aliorum periclitacionem, numquid cogetur ammoveri a navis gubernaculo? Numquid a furioso evaginatum gladium portante ab ipso auferri debeat gladius invito? Numquid si aliquis dominus existens in domo propria paciente incendio, si non exire velit, nonne a suis cogetur exire? Certum est quod sic, non tamen illa de causa, ut violencia sibi inferatur, sed ut ille cum aliis a mortis periculo conservetur. Conformiter dicitur in casu illo quo neuter illorum in sede papali residencium spontanee voluerit cedere, nec absque cessione utriusque potest scisma sedari, tunc secundum legem epikeye in casu isto ad renunciandum papatui uterque debet cogi, non ut ipsi violencia inferatur, sed ut salubriter medicina velut medela ad salutem sibi et cunctis catholicis celerius afferatur.

Ad secundum argumentum, cuius difficultas stat in hoc quod ovis non est super pastorem, membra super capud, filii super patrem, discipuli super magistrum, subditi super prelatum, et cetera: pro isto dicitur quod oves non tenentur sequi pastorem gregem dissipantem seu dilacerantem, nec discipuli magistrum eos in errorem ducentem, nec membra capud tocius corporis inficiens, nec filii patrem eis spiritualiter nocivum. Primum patet ex verbis Ieremie XXIII (1) dicente: *Ve pastoribus qui* dispergunt *et dilacerant gregem pascue mee, vos dispersistis gregem meam,* et cetera. Secundum patet per dictum Pauli, II. ad Corinth[ios] (a) IIII (2), ubi sic inquit. Veniet *tempus, cum sanam* (b) *doctrinam non sustinebunt, sed coacervabunt sibi magistros prurientes auribus,* et cetera. 3ᵐ Quod membra non tenentur sequi capud corporis infectivum patet (c) Io[hannis] XII., et de quam pluribus (d) aliis capitibus languidis et infirmis. 4ᵐ Quod filii non tenentur sequi patrem eis spiritualiter nocivum, patet de Amon rege ydolatra, a cuius cultura Iosias filius eius recessit; conformiter eciam de Achas et de filio eius Ezechia, qui propter virtutem (e) erat super patres de quorum patrum numero, laudetur Altissimus, non est dominus noster papa Bonifacius.

Ad tercium argumentum, cuius difficultas stat in hoc quod papa non potest deponi nisi pro crimine heresis; sed scisma populi

(a) Corinth] *Pa V2* Thimoteum *V1*.
(b) sanam] *V1* sani? *V2* suam *Pa*.
(c) patet] de add. et expung. *Pa*.
(d) et de quampluribus *V1* et quampluribus *V2* quam et de pluribus *Pa*.
(e) virtutem] *V2*, *om Pa*. virtutes erant *V1*.

(1) Ierem. 23, 1, 2. (2) Recte 2 Tim. 4, 3.

non est crimen heresis in papa, ergo, et cetera: ad istud argumentum multiplex datur responsio, in glo[sa] super decr[etis] di. XL. *Si papa* (1), quod papa non solum potest cogi suo iuri cedere pro crimine heresis accipiendo heresim pro discredulitate articulorum fidei, sed eciam pro quolibet crimine notorio et scandaloso Ecclesie, si incorrigibilis fuerit, sicut Iohannes XII.us, qui non propter heresim, sed quia maximus erat venator et notorius fornicator in scandalum Ecclesie, ideo de papatu depositus erat, et ex consequenti dicunt quod pro quolibet crimine notorio et scandaloso Ecclesie, si contumax fuerit, efficitur hereticus. Alia datur responsio, per quam secundum verba iuris canonici solum pro crimine heresis poterit papa cogi cedere, propter necessitatem tamen que legem non habet, extra. de consue. *Quanto* (2), et virtute epikeye pro alio crimine notorio et scandaloso Ecclesie poterit papa cogi cedere; constat enim ex gestis summorum pontificum quod Io[hannes] XII. ad instanciam suorum cardinalium per imperatorem Ottonem depositus erat et non pro crimine heresis, ut patet ibidem, sed pro aliis criminibus notoriis et Ecclesie scandalosis. Tunc sic: Io[hannes] XII. rite fuit depositus et non pro crimine heresis, et non rite fuit depositus secundum ius scriptum secundum allegata superius in canone, ergo secundum legem aliam, scilicet secundum legem epikeye, que numquam tamen practizatur nisi propter manifestam necessitatem, que legem non habet et propter salutem reipublice. Si dicitur forte, quod Io[hannes] XII. non rite depositus erat, sed pocius papatu spoliatus; vel ergo Leo VIII. Ioh[anne] vivente in papam institutus erat verus papa, vel intrusor; si erat verus papa et Iohannes verus papa, ergo duo fuerunt simul summi pontifices; si dicatur quod Leo VIII. erat intrusor, tunc sequitur maxima Ecclesie confusio, scilicet, quod ipsius et cuiuslibet sui successoris ordinaciones, promociones, consecraciones et cetera huiusmodi facta nullius forent momenti, et sic ab illo tempore usque ad tempus presens fuisset tota Ecclesia scismatica; unde totum istud patet in canone di. XXIIII. q. I. (*a*) *Cyprianus* (3), ubi dicit decretum, quod scismatici nichil iuris et potestatis habent in Ecclesia Dei. Ex quibus sequitur quod Io[hannes] XII. rite fuit depositus, etsi non secundum ius scriptum, propter tamen necessitatem legem non habentem et virtute epikeye rite cogebatur cedere.

Ad quartum argumentum, cuius difficultas stat in hoc quod propter lesionem membri corporei non debet capud amputari, ergo a pari nec in isto casu scismatis propter scisma membrorum Ecclesie non debere capud Ecclesie suo iuri cedere: dico negando illud argumentum, eo quod non est simile de corpore humano et de corpore Ecclesie, tum primo quia amputato capite humano, solum corpus humanum efficitur mortuum, sed non est sic de corpore Ecclesie, quia sede

(*a*) *Sic ms.*

(1) c. 6. (2) c. 4, X, 1, 4. (3) Intendit c. 4, C. 21, qu. 3.

papali vacante, capud Ecclesie ablatum est, residua parte vivente, tum secundo quia corpore humano mortuo, nullum capud absque miraculo poterit facere idem corpus reviviscere, sed amputato capite corporis Ecclesie potest novum capud bonum corpus Ecclesie unum facere, tum III°, quia si capud hominis fuerit infirmum, omnia membra penam paciuntur, sed non ex hoc quod capud Ecclesie per infirmitatem spiritualem fuerit indispositum, non omnia membra corporis Ecclesie paciuntur, licet compati debeant; ergo non est simile de uno capite et de alio. Et est finis conclusionis.

Si ergo prefatum scisma sedari non poterit nisi per coaccionem, cuiusmodi coaccio commode fieri non potest, nisi vigore consilii generalis, expediens fore videtur, quod ad hoc generale consilium convocetur. Ad cuius declaracionem nonam pono conclusionem. Que est ista. Si in sede papali residentes papatui noluerunt cedere, nec per concilium particulare poterit scisma sedari, tunc pro reformacione pacis Ecclesie expediret generale concilium convocari.

Probatur conclusio sic. Contra quodlibet periculum expedit adhibere remedium. Sed tota Ecclesia quasi iam periclitatur propter istud scisma. Ergo si nec propter spontaneam renunciacionem, nec per concilium particulare poterit scisma sedari, tunc necesse est ad hoc generale concilium convocari. Secundo principaliter sic. Iuxta Christi in evangelio testimonium ad gregem dominicum spectat cognoscere suum pastorem, dicente textu (a) Io[hannis] X (1): *Cognosco oves meas et cognoscunt me mee*. Sed durante scismate non est clarum toti gregi militantis Ecclesie, quis illorum duorum est verus pastor gregis, cuiusmodi veritas toti gregi militantis Ecclesie declarari non potest in casu conclusionis, nisi per inquisicionem et investigacionem. Ergo sequitur, quod ad veritatem cunctis christifidelibus declarandam requiritur concilium. Tercio principaliter sic. Certum est, quod unus istorum in sede papali residencium sit scismaticus, quis tamen sit ille, quamquam nobis sit notum et clarum, quod dominus Bonifacius non sit ille homo, tamen toti Ecclesie non est clarum. Sed durante scismate eidem toti Ecclesie certum esse non potest, nisi per inquisicionem et veritatis investigacionem. Ergo si veritas in concilio particulari non valet haberi, sequitur ad hoc ostendendum clare convocandum esse concilium generale. Quarto sic. Pastores catholici tenentur oves suas ex officio contra luporum rabiem custodire. Sed iam constat Ecclesie quod unus istorum vult oves invadere et non est clarum cunctis christifidelibus, quis sit ille invasor nec quis sit verus pastor. Ergo veritatem huiusmodi debet Ecclesia sollempniter inquirere ipso Deo precipiente Deuteronomio XIII (2): *Si audieris in [una urbium]* (b) *tuarum dicentes*

(a) texto *ms.* (b) una urbium] *V1*, *om. Pa*, uno urbium terrarum *V2*.

(1) v. 14. (2) v. 12. Locus inaccurate allegatus et insuper a scriba mutilatus; ultima pars sonat: rei veritate perspecta.

aliquos: egressi sunt filii Belial et *dixerunt:* exiamus et *conserviamus diis; quere diligenter* et feliciter. Igitur si veritas illa per concilium particulare inveniri non poterit, tunc ad investigandum de veritate requiritur concilium generale. Ergo conclusio vera.

Habito igitur quod pro scismate sedando expediens foret Ecclesie generale concilium convocari, quod tamen convocari non potest nisi per aliquem vel aliquos, ideo ad huiusmodi rei declaracionem duplicem pono conclusionem. Quarum prima est decima in ordine et est ista. Prelatis pro reformacione sancte matris Ecclesie generale concilium convenit convocare.

Patet hec conclusio in multis locis iuris canonici, et ultra dedeclaratur sic. Ad sedandum istud scisma conveniens foret quod verus papa de assensu alterius partis certo die statuto tempore limitato et loco assignato prelatos sibi adhaerentes ad generale concilium convocaret, et consimiliter adversarius ex parte sua, quia quamvis in predicto concilio neuter illorum presideret, de assensu tamen pape consilium generale foret, vel quod prelati ex utraque parte de communi assensu, ipsis facere hoc renitentibus, ad hoc idem faciendum convenirent. Et sic patet declaracio istius conclusionis.

Undecima conclusio in ordine est ista quod si sedem papalem occupantes consilium generale congregare recusaverint et prelati Ecclesie, quibus facere incumbit, hoc idem facere neglexerint, tunc necesse est recurrere ad brachium seculare.

Suadetur hec conclusio sic. Necesse est istud scisma sedari. Sed si prelati, quibus incumbit circa hoc laborare, neglexerint, tunc necesse est recurrere ad brachium seculare. Confirmatur ratio sic. Tam necesse est iam brachium seculare invocandum pro pace Ecclesie, sicud in conciliis generalibus retroactis recursum habuit Ecclesia ad brachium seculare, ut patet in canone di. XCVI. *Ubinam* (1) sic: [Ubi]*nam* (*a*) *imperatores antecessores vestros legistis synodalibus conventibus interfuisse*, et di. XV. *Sancta Romana ecclesia* (2) de Constantino, Theodosio et de quam (*b*) pluribus aliis imperatoribus, qui interfuerunt synodalibus conciliis. Ergo cum tanta sit necessitas vel maior quam tunc (*c*) erat, sequitur quod pro sedando scismate recurrendum est ad brachium seculare, et cetera.

Duodecima conclusio sit hec. Etsi pro reformacione sancte matris Ecclesie recurrendum foret ad brachium seculare, maxime expediens videtur hoc fieri per manum adiutricem et ex unanimi assensu multorum principum et illustrissimi domini Ryckardi regis Anglie et Francie, et domini Karoli regis Gallici regnum Francorum occupantis.

Suadetur hec conclusio sic. In omni necessitate ad remedium oportunius, utilius et expedicius recurrendum est. Sed per nullos

(*a*) 96. ūnam ū sic nam imperatores *V*1 96 .v. nam verbi sic nam imperatores *V*2. (*b*) quam de *Pa*. (*c*) tunc] *V*1 *V*2 nunc *Pa*.

(1) c. 4. (2) c. 3.

principes christianitatis posset pax tam expedite et celeriter reformari in ecclesia Dei, nisi sicud per predictos principes, tum primo per militantem potenciam, tum secundo propter clericorum habundanciam, eo quod tres famosissimas habeant universitates, quibus quoad omnes facultates non eis similes sunt in tota christianitate, tum tercio per (a) diviciarum opulencias, cum quibus, si necesse fuerit, poterant congregare armatam miliciam, tum quarto propter magnacium ex utraque parte in diversis regnis avariciam (b) et atenenciam racione quorum possent isti principes prelatos quasi ex omni parte chistianitatis ad concilium generale convocare, sic videlicet quod isti duo principes ex unanimi assensu in hoc convenirent quod pro reformacione pacis Ecclesie per eorum ambassiatores ad reges et magnates sibi adherentes mitterent quatenus quilibet istorum regum et magnatum prelatos in hac sacra pagina peritos deputaret, qui certo tempore limitato et loco assignato pro reformacione Ecclesie insimul convenirent, videlicet ad investigandum et ad discuciendum de veritate et de iusticia, et ex consequenti ad informandum quomodo pax in ecclesia Christi finaliter poterit reformari. Quare patet veritas istius conclusionis.

Sed contra predictas conclusiones, videlicet XI. et XII. arguitur primo sic. Sine consensu pape non potest concilium generale convocari, igitur conclusio falsa. Consequencia et antecedens in canone di. XVII. c. I. et II., ubi dicitur quod solius est pape concilium convocare.

Secundo sic. Nullum generale concilium sine consensu pape factum habet vigorem. Sed huiusmodi consilium sic factum, non foret auctoritate pape factum forte ex ypothesi. Ergo huiusmodi concilium nullum haberet vigorem. Patet consequencia et maior extra. de elec. *Significasti,* ubi dicitur quod concilium absque auctoritate pape factum non habet firmamentum. Ergo, et cetera.

Tercio sic. Ad imperatores non pertinet intromittere se de hoc. Ergo nec ad reges hoc pertinere dinoscitur. Antecedens patet in casu di. LXIII. *In synodo* (1), ubi glo[sa] sic inquit: Imperatores privilegio intromittendi se de eleccione pape renunciaverunt et illud per abusum perdiderunt et quod pro causa erat eis concessum, cessante causa cessat effectus.

Unde pro responsione ad ista argumenta pono istam conclusionem, et XIII. in ordine. Quando occurrit necessitas, in qua observancia legis humane magis obest quam prodest, quod tunc ab observancia illius legis excepcio fieri potest.

Suadetur hec conclusio sic multipliciter et primo sic. Ille casus a lege communi excipi debet quo non excepto detrahitur honori divino, fides periclitatur humana, detrimentum ac periculum et dispendium

(a) per] propter *V*1 *V*2.
(b) avariciam *Pa* *V*2 amiciciam *V*1 et [*om* *V*2] athenenciam *V*1.

(1) c. 23.

spirituale omnium fidelium procuratur. Sed in isto pestifero scismate, in quo uterque partem suam pertinaciter velit defendere nec pro qua parte sit veritas seu iusticia cunctis christifidelibus declarari poterit, ergo a lege communi secundum verba legis necesse est excepcionem fieri, et precipue in istis legibus, videlicet quod in nullo casu absque consensu pape poterit concilium generale convocari, nec congregatum habere vigorem, quod domini temporales in nullo casu possent se intromittere de conciliis generalibus, quod papa non potest invite suo iuri cedere, quod papa non poterit deponi nisi propter crimen heresis et in consimilibus; nisi in isto casu scismatis a predictis legibus fieri posset excepcio, honori divino detraheretur, fides formata periclitaretur, detrimentum ac periculum et dispendium spirituale omnium fidelium procuraretur et cuncta humane saluti necessaria subverterentur. Quare de predictis legibus in isto casu scismatis necesse est ut fiat excepcio. Preterea. Novis morbis nova sunt remedia adhibenda. Sed morbo istius scismatis numquam in Ecclesia militante repertus fuit morbus omnino consimilis. Patet ergo quod preter legem communem novum est remedium adhibendum. Preterea. Utilitas multorum preferenda est utilitati unius, ut habetur in canone VII. q. I. *Scias* (1), ubi dicit glo[sa] quod prelati tenentur preponere utilitatem Ecclesie utilitati et voluntati sue. Sed dilucidacio veritatis et iusticie pro hac causa in concilio generali iam necessaria foret toti Ecclesie militanti. Ergo etsi legi necessitatis nollet papa consentire, non minus in casu necessitatis debent prelati convenire. Preterea sic. Leges ut communiter non feruntur nisi de hiis que sepe accidunt et frequenter. Sed casus istius scismatis numquam ante istud tempus accidit, nec aliquis casus ei omnino consimilis. Ergo ad istud scisma abolendum preter legem communem est novum remedium adhibendum. Preterea sic. Lex pocius debet interpretari pro communi utilitate omnium quam pro bono privato alicuius persone. Sed quod in isto casu scismatis ex lege non possent se reges intromittere de concilio convocando, nec quod consilium fieri posset sine assensu pape, et sic de aliis, lex ista preiudicaret communi utilitati secundum modum superius expressum. Ergo in ista necessitate casus iste a lege communi est excipiendus. Consequencia patet, et maior in canone di. IIII. *Erit* (2).

Ad ultimum argumentum pro parte negativa questionis quod fuit istud: non potest fieri debita reformacio ecclesie Christi ad pristinam unionem, nisi illorum iusta fiat correccio qui Ecclesie talem ac tantam intulerunt desolacionem; cum ergo anticardinales prefatam desolacionem Ecclesie intulerunt, qui durante scismate corrigi nequeunt, ergo non potest fieri reformacio Ecclesie ad presens scisma desolate ad pristinam unionem.

Unde pro responsione ad materiam istius argumenti pono conclusionem XIIII. in ordine, et ultimam. Que sit hec. Anticardinales propter discidium in dominico grege merito puniri debent de communi lege.

(1) c. 35. (2) c. 2.

Suadetur hec conclusio multipliciter et primo sic. Prover. XIX. scribitur (1): *Testis falsus non erit impunitus et qui loquitur mendacia,* peribit. Sed anticardinales predicti reperti sunt falsi testes et mendaces, cum in una causa et pro eadem conclusione testes reperiuntur ad utramque partem contradiccionis. Ergo de communi lege non debent transire impuniti. Quod vero testes reperiantur ad utramque partem contradiccionis, ostenditur sic, quia ex eorum testimonio sequitur quod uterque, scilicet, Urbanus et Clemens, debuissent fuisse pape, et quod neuter. Quod uterque primo; nam ex parte Urbani testes reperiebantur in opere, voce et in scriptura: in opere eo quod eum primo elegerunt; in voce, eo quod ipsum populo esse papam predicarunt, et in scriptura, eo quod suas litteras non coacte, sed spontanee pro parte Urbani ad suos cognatos et affines ad distantes regiones et provincias miserunt. Insuper pro parte Clementis in eadem materia consimile testimonium per omnia perhibuerunt, et per consequens in eadem materia testes fuerunt pro utraque parte. Et quod in eadem materia testes reperiantur contra utramque partem arguitur sic. Nam ex hoc quod Clementem asserunt fore papam, testes fuerunt contra Urbanum. In hoc vero quod per eorum scripturam Urbanum papam fuisse asserunt, testes fuerunt contra Clementem. Ergo reperti sunt testes pro utraque parte contradiccionis. Si dicatur quod sic eligere et sic scribere metu mortis erant coacti, videtur quod non, quia quod tunc eorum scripturas ad partes tam distantes misissent, non videtur consonum racioni, eo quod ambassiatoribus in secreto dixissent, vel quod per viam litteras fregissent, vel quod non ad tantam distanciam pro tali nunccio laborassent. Sequitur ergo quod sic scribere metu mortis non fuerunt coacti. Confirmatur racio sic. Testis qui contradicit sibi ipsi non debet acceptari, extra de proba. *Licet* (2). Sed quilibet illorum cardinalium super eleccione pape contradicit sibi ipsi, ut iam ostensum est. Ergo sequitur quod propter eorum testimonium falsum acceptari non debent, sed pocius puniri. Preterea Communione fidelium privari debet qui convictus est de falso testimonio, ut patet in canone XXII. q. V. *Si quis convictus* (3), ubi sic dicitur: usque ad exitum vite cum aliis non communicet, qui convictus est alios ad falsa testimonia vel periuria attraxisse. Sed anticardinales ex eorum scriptura convinci poterunt super eadem re se falsum dixisse et alios ad huiusmodi testimonium attraxisse. Ergo eis nobiscum communicare non licet usque ad exitum vite sue. Preterea. Maioris vigoris seu auctoritatis debet assercio sive testificacio omnium cardinalium per scripturam manifestam esse quam notarii seu tabellionis per publicum instrumentum. Sed si tabellionum instrumentum falsum et mendosum reperitur, graviter debent tabelliones puniri et nichilominus a suis officiis perpetuo debent degradari. Ergo a forciori cardinales propter eorum testimonium mendosum debent gravius puniri. Preterea. Cultores positi in vinea Domini ad colendum et fructifi-

(1) v. 5. (2) c. 9, X, 2, 19. (1) c. 7.

candum, si vineam destruant aut eam sterilem reddant et incultam, prefatos tunc cultores a vinee cultura expedit amovere et meliores in eorum loco reponere. Sed anticardinales prefati, qui vices apostolorum Domini gerere videntur, iuxta illud evangelii: *posui vos* (1) supple: in vinea Ecclesie, ut fructum plurimum afferatis, non sicut vinee cultores, sed ut vinee corruptores et velud vulpecule Salomonis seu vulpes Samsonis pleni omni dolo et fallacia pro eorum duplicitate zizaniam discordie seminantes cum caudis ignitis propter fervidum dominandi desiderium mendacii venenum ubique scandalose diffundunt ac vineam domini nequiter devastant et corrumpunt. Cum ergo secundum domini sentenciam: *ve illis* (2) debet inferri, per quos scandalum venit, nichil aliud in hoc casu restat nisi quod vineam suam Dominus locet aliis agricolis, qui reddant ei fructum temporibus suis. Preterea. Signum fallaciter representans signatum non debet pro signo ostendi, sed pocius pro non signo reputari. Sed prefati cardinales pretensi ad instar crucifixi cappella ferunt rubricata in signum quod pro veritate et iusticia Ecclesie constanter et intrepide truncacionem (*a*) seu sanguinis effusionem paterentur in corpore et in capite. Ergo cum anticardinales predicti metu ac timore pene ducti, non sicud bases aut columpne, sed pocius ut arundines vento hinc inde agitate a veritate et iusticia Ecclesie declinaverunt (*b*) eligentes pocius veritatem amittere quam ut pro iusticia paterentur in corpore, et per consequens cum sua cappellą rubricata in anticardinalibus tam fallaciter fuerint signa representata, expedit capella prefata ab eis aufferri et viris constantibus celerius (*c*) conferri, ut sic inter signa et signata sit conformitas sive conveniencia. Sexto sic. Omnes qui contra pacem Ecclesie sunt, proprie debent spoliari honore. Sed anticardinales contra pacem Ecclesie fuerunt, presertim cum ipsi primo perturbant totam Christi Ecclesiam et per eos adhuc stat impedimentum pacis Ecclesie, et per XVII annos stetit. Ergo tales ecclesiam Christi perturbantes debent propriis honoribus privari. Consequencia patet, et maior patet in canone di. XXIIII. q. I. c. *Qui contra pacem* (3), ubi dicitur quod omnes qui contra pacem Ecclesie sunt, propriis debent spoliari honoribus. Si dicatur forsan quod anticardinales non sunt causa impedimenti pacis Ecclesie, nec impediunt pacem, eciam scisma eis imputari non debet, contra: omne illud quo posito ponitur effectus et quo non posito non ponitur effectus, est causa illius effectus. Sed istis residentibus in officio pastoralis cure necesse est scisma durare; ipsis ergo renunciantibus suis dignitatibus cessabit scisma. Ergo ipsi sunt causa scismatis. Preterea tercio ethicorum: Fortis moraliter et intrepide et impavide aggredi debet terribilia, dicente insuper scriptura: usque ad mortem certa pro iusticia.

(*a*) cruentacionem *V1 V2*. (*b*) *Sic mss.* (*c*) scelerius *Pa V2*.

(1) Ioh. 15, 16. (2) Matth. 18, 7. (3) c. 32.

Sed anticardinales maxime in causa Ecclesie deberent esse fortes moraliter, cum forent columpne inviolabiliter supportantes corpus Ecclesie. Ergo cum anticardinales reperti fuerint velud baculi arundinei, vento contradiccionis agitati, sequitur quod non fuerunt corpus Ecclesie valentes supportare. Preterea membra que totum corpus inficiunt et scandalizant, proici debent ac procul abici, dicente scriptura: *si oculus tuus scandalizat te, erue et proice abs te.* Sed in antiqua velud speculatores semper astantes oculi [sunt] (*a*) militantis Ecclesie, cum in sublimiori gradu in corpore Ecclesie sunt positi. Ergo si corpus Ecclesie scandalizent, sequitur quod procul ab Ecclesia abici debent. Sed tales reperiebantur predicti cardinales. Ergo ab Ecclesia proici debent.

Unde reverendi domini et magistri, sicud in principio premisi quod materiam causam Ecclesie tangentem pertractare proposui, principaliter scilicet propter zelum quem habeo ad augmentum fidei religionis christiane et ad reformacionem pacis Ecclesie, secundario per (*b*) missionem domini nostri regis Anglie et Francie, tercio ne videlicet ab universitate Parisiensi propter defectum adiutorii in causa Ecclesie sorori sue, scilicet universitati Oxoniensi, improperium dicatur querulose: quare soror mea, universitas scilicet Oxoniensis, in causa Ecclesie mihi adiutorium non exhibet? quare in investigacione veritatis mecum non laborat? quasi dicetur quod si mecum in causa Ecclesie laborare recusaverit, tunc in penam peccati de ea verificari poterit quod scribitur per prophetam: *non planget* eam, s[cilicet] frater et soror, Ieremie XXII (1); quare ego ad excitandum filios matris nostre universitatis Oxonie, ut pro causa Ecclesie fideliter laborarent ad Ecclesie unionem, ymmo in ista materia processi non cum argumentis et subtilibus racionibus, velud profundus investigator sed pocius superficialiter cum grossis et stultis persuasionibus velud rudis concionator, quapropter prefatam materiam causam Ecclesie tangentem magistris istius universitatis et doctoribus relinquo subtilius et profundius ab eis investigandam.

Explicit determinacio fratris Nicolai de Fakenheim, sacre Theologie doctoris, de ordine fratrum minorum ac eorundem fratrum ministri in provincia Anglicana, facta Oxonie anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quinto quinta die mensis Novembris.

DR. FR. BLIEMETZRIEDER
Universitätsdozent in Graz.

(*a*) oculi] sunt *add* *V*1 *V*2. (*b*) propter *V*1 *V*2.

(1) v. 17.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Exinde cupiens totum mundum salvare et ad Christum convertere, cepit sepius per loca vicina Assisii predicare, et desiderio martyrii flagrans, iter disposuit arripere [ad] Soldanum Babilonie, ut ei fidem Christi predicaret (2). Ob quam causam, relicto suo Vicario fratre Petro Cathanii (3), Romam petiit (4) ad Dominum Papam pro benedictione et licentia. Verum antequam de Urbe recederet, predicavit et aliquos ad penitentiam et Religionem recepit, videlicet:

Zacharias romanus (5), vir nempe sanctus et miraculis clarus, quem postmodum Beatus Franciscus in Hyspaniam destinavit.

Guillelmus de Anglia (6), qui tanta emicuit sanctitate, quod associatus fuit, velut alter Mathias apostolorum Collegio, duodecim sociis Beati Francisci, remoto Fratre Iohanne de Capella (7).

Secutus est eum quedam nobilissima matrona nomine Iacoba de Septemzonis vidua (8), que meritis Beati Francisci tantam consecuta est gratiam, quod semper plena lacrimis et devotione, pre amore et dilectione Christi, videbatur quasi altera Magdalena. Cuius corpus cum Beato Francisco sepultum est.

Relicta urbe, anno iam dicto **1212**, per Marchiam discurrens et Anconam pergens, ad civitatem Esculanam applicavit. In qua verbum (6v) Dei, more solito, ferventissime locutus est (9). Triginta viri clerici et laici tunc ab eo sancte Religionis habitum susceperunt. Exinde recedens, ad lictora marictima applicavit, ubi navem conscendit, que ad partes Sirie transf[r]etabat. Sed ventis contrariis flantibus, compulsus est in Sclavonie partibus applicare. Cum igitur moram aliquandiu contraxisset ibidem, nec invenire potuit navem tunc transf[r]etantem, cum nulla potuit ipso anno transf[r]etare. Fraudatus a suo desiderío se sentiens, Anconam (10) transmeavit (*a*). Cum autem relicto mari, terram perambulare predicando cepisset, statim quamplures viri clerici et laici, fugientes mundum, secuti sunt viam et propositum eius (11).

Inter quos sanctitate emicuit Pacificus, scholaris et chantionum curiosus inventor, qui ab Imperatore propter hoc fuerat coronatus, et

(*a*) Cod. *transmeruit.*

(1) AFH I, 98-107. (2) I Cel. c. 20. Golubovich, BTS I, 15, 86, 122.
(3) De ipso *Sp. Sab.* c. 39, p. 70 nota. *Sp. Lem.* c. 14. DAF II, 40. Golubovich, BTS I, 119-26. Ed. Aleno. *Epistolam S. Francisci ad Ministrum Generalem in sua forma authentica nunc primum edidit cum appendice de Fr. Petro Catanii,* Romae 1899. (4) Apud antiquos auctores deest hoc. (5) CG 12. *Conf.* 10.
(6) *Catal.* 5. CG 217. *Conf.* 178, 193. (7) Cf. AFH I, 101.
(8) *Tract. Mirac.* 373-5, n. 37. *Sp. Sab.* c. 112, p. 273-77. Ed. d'Alençon, *Frère Jacqueline* ap. *Etudes Francisc.* II, 1899, 5-20, 225-42; seorsim, Paris 1899.
(9) I Cel. c. 22, 64 s. (10) I Cel. c. 22, 57. Cf. AFH I, 505 ss.
(11) I Cel. l. c. 56, l. 13 ss.

inde rex versuum dictus (1). Qui postmodum in omni sanctitate proficiens, ut (!) Beatus Franciscus eum socium specialem assumeret, ac primum Ministrum in Franciam micteret (2).

Reversus Beatus Franciscus ad Sanctam Mariam de Angelis, postquam ad Soldanum ire vi ventorum prepeditus fuerat, versus Marrochium iter arripuit, anno 1213, ut crudelissimo Miramolino Regi et genti eius Christi evangelium predicaret (3), et veniens ad oppidum Burgi Sancti Sepulchri inter alios quos ad Ordinem recepit, fuit: Angelus de Burgo (4), nobilis et delicatus iuvenis, qui virtutibus et gratiis plurimum fulsit, ac Ordinem sua sanctitate illustravit.

Recedens Beatus Franciscus de Burgo, venit ad Castrum Sancti Leonis, ubi festum Comitis de Monte Feltro celebrabatur (5). In quo festo predicavit Beatus Franciscus, ubi inter alios qui intererant predicationi fuit Comes Orlandus de Clusio, qui post predicationem obtulit Beato Francisco montem Alverne (6). Prosequens iter suum Beatus Franciscus versus Marocchium venit in Hyspaniam, (7r:) ubi dispositione divina, que ipsum ad alia reservabat, gravissime infirmatus est (7). Verum postquam aliquantulum ex infirmitate convaluit, limina apostoli Iacobi visitavit, ante cuius altare fuit sibi a Domino revelatum, quod ubique loca caperet per mundum, eo quod debebat Ordo per totum orbem dilatari et in magnam multitudinem multiplicari (8).

Reversus Italiam (9) beatus Franciscus, cum populus Bononiensis cognovisset adventum suum, factus est concursus fere omnium, euntes obviam ei, ita quod vix poterat ambulare per viam. Omnes, enim, ipsum videre ac tangere, tamquam angelum Dei cupiebant, ita quod ad plateam civitatis, cum pena maxima potuit pervenire. Ubi surgens in medio, tam miranda et stupenda, dictante Spiritu Sancto, predicavit, quod maximam multitudinem hominum convertit et aliquos habitum Ordinis induit, inter quos fuerunt duo studentes de nobilioribus de Marchia Anconitana, videlicet:

Peregrinus (10). Hic per humilitatem suam, licet esset litteratus et in decretalibus quam optime instructus, numquam voluit esse clericus, sed laycus. Ex qua re ad maximam pervenit perfectionem virtutum et specialiter ad gratiam compunctionis et amoris Domini nostri Iesu Christi. Hic in vita et post mortem multa miracula fecit, in loco Sancti Severini, ubi humatus est.

Riccerius (11), familiarissimus et charissimus Beato Francisco propter zelum Dei, qui semper in corde suo ardebat. Hic cum maxima

---

(1) II Cel. n. 106, 249. *Leg. Mai.* IV, 9; XIII, 10.

(2) *Sp. Sab.* c. 65, 122. *Sp. Lem.* c. 87. CG 7 s. 10. *Conf.* 285, 501. Cosmo Umb. *Frate Pacifico « Rex Versuum »* in: *Giornale storico della letteratura italiana,* XXXVIII, Torino 1901, 1-40. (3) I Cel. c. 20, 58. *Leg. Mai.* IX, 6.

(4) *Actus* c. 29. *Fioretti* 26. *Conf.* 254, 505.

(5) *Actus* c. 9. *Fioretti* append. *Sp. Sab.* 805.

(6) Sbaralea, BF IV, 166 nota h. (7) I Cel. c. 20, 58-9.

(8) CG 9. *Actus* c. 8. *Fioretti* c. 4. (9) Ex *Conf.* 478; cf. *Actus* c. 8.

(10) Ex *Conf.* 283. Cf. I Cel. c. 18, n. 49. *Actus* c. 36.

(11) *Conf.* 284 s. *Actus* c. 37. Lemmens, *Intentio Regulae:* DAF I, 88 ss. *Sp. Sab.* c. 2 nota, c. 16. *Bessa* 668 s. CG 225. *Cat.* 9. P. Fernando, *Memorie istoriche della provincia di Bologna,* Bologna 1717, 172 s. Giacinto da Cantalupo, O. F. M. *Cenni biografici sugli uomini illustri della Francescana Osservante Provincia di Bologna.* Parma 1894, 320-3. Cf. infra. Hic cum Rogerio Tudertino confunditur.

discretione rexit in officio ministeriatus Provinciam Marchie, sequens Christi exemplum, qui voluit prius facere quam docere. Hic tot signis sanctitatis corruscavit, ut Gregorius nonus apud Tudertum, ubi sacre ipsius requiescunt reliquie, concessit memoriam celebrari.

(7v:) Bonitius de Bononia (1), de mundialibus etiam conversus, et ad Religionem receptus, in Religione sanctissime vixit. Hunc Beatus Franciscus libenter secum ducebat in locis et rebus arduis, quia erat vir providus et resolutus. Hic cum Beato Francisco in Monte Rainiero fuit, quando, Christo revelante, Regulam scripsit et vocem eius in aerem Ministris ibidem congregatis dicentem audivit, quod volebat eam ad litteram et sine glosa intelligi ac servari.

Relicta Bononia, Beatus Franciscus in vallem Mugelli descendit, ubi omnes monachos Sancti Ilarionis (2), Dei spiritu inflammatos, ad suam Religionem et habitum recepit, simul cum Abbatia, possessionibus Monasterii abdicatis. Audientes autem filii Patris reversionem, ad eum visitandum veniebant. Inter quos venerunt illi (3) qui montem sacrum receperant Alverne, annuntiantes ei dispositionem loci, et quomodo erat valde remotus et aptus contemplationi divine. Qui cum gaudio hoc audiens, ad ipsum montem se contulit, in cuius adventu multitudo diversarum avium confluit ad eum, et ad ipsum cum hilaritate et cantibus et alarum ioco undique concurrentes, alique ponebant se super caput eius, alique super spatulas et alique super brachia. Quod cernens Beatus Franciscus dixit: Credo, quod Domino nostro Iesu Christo placet, quod in loco isto unum locum faciamus, tantam de nostro adventu letitiam ostendunt sorores nostre aves. Recipiebat (4) se in isto monte quidam magnus et crudelissimus latro, qui propter immanitatem et damna Lupus vocabatur. Qui cum obviaret Beato Francisco et improperia plurima diceret, et ab eo verba humillima et divina audiret, conversus, tamquam mansuetus agnus pedibus eius provolutus, humiliter petiit ut eum reciperet in Fratrem. Recepit eum Beatus Franciscus et vocavit Fratrem Agnellum, qui sanctissime in ordine vixit.

(8r:) Anno Domini **1215** beatus Franciscus transiens per Romandiolam, volens ire in Marchiam, quidam Sacerdos parrochialis nomine Christophorus (5), spreto seculi luxu, beatum Franciscum habitu et conversatione secutus est. Qui in Ordine vivens 55 annis, virtutibus et miraculis plurimis claruit. Ingrediens proinde Marchiam, in montibus apud Fabrianum hospitatus est, cum quodam plebano nomine Raynerio (6), vir utique devotus et bonus, cui Beatus Pater dixit: Adhuc pater eris de nostris. Qui plebem dimictens, Ordinem ingressus sanctissime vixit, Fabriani sepultus.

Eodem anno Beatus Franciscus venit Romam, ad concilium generale, et Dominus Innocentius coram Patribus ordinem suum approbatum pronuntiavit, et Regulam per ipsum prius sine bulla approbatam

(1) *Sp. Sab.* c. 1 nota, ubi de diversa forma nominum eius p. 256. CG 29. *Conf.* 263, 371.

(2) Ab antiquis scriptoribus hoc non refertur.

(3) *Actus* c. 9, n. 17 ss. (4) *Conf.* 443.

(5) CG 161-73. Wadding, an. 1216, n. 3, 8; 1219, 32; 1272, 12. Faloci MF II, 1887, 19.

(6) Wadding, ad an. 1215, n. 22; 1268, n. 3. Rodulphius, 100v. Faloci, VIII, 121-23. AFH I, 249s. Cand. Mariotti, *I primordi gloriosi dell' ordine minoritico nelle Marche*. Castelplanio 1903, 11ss.

manifestavit (1). Egressus vero Beatus Franciscus mane de ecclesia apostolorum, obvium habuit sanctum Dominicum (2), qui ecclesiam ingrediebatur. Qui etiam pro publicatione sui Ordinis venerat ad Concilium. Qui cum ex nutu divino se recognovissent socios missos a Deo ad revelationem mundi, in obscula sancta et sinceros amplexus irruerunt, et post multa sancta colloquia ab invicem discesserunt.

Primum Capitulum Generale Beatus Franciscus celebravit in loco Sancte Marie de Angelis, apud Assisium anno Domini **1216** (3); in quo Capitulo assignavit Provincias, elegit et instituit Ministros, eisque licentiam dedit et authoritatem, ut Fratres ad Ordinem possent recipere. Nam hucusque omnis, qui Frater fieri cupiebat, ad ipsum beatum Patrem ducebatur. Ministri autem, quos in isto Capitulo instituit, fuerunt videlicet: Ad totum regnum Hyspanie institutus est Frater Iohannes Parens de Florentia (4): ad partes Proventiae fr. Iohannes Bonellus, etiam de Florentia (5): ad regnum Francie frater Pacificus (**8v**:) de Marchia (6): ad partes Allamanie frater Ioannes de Penna (7). Cuilibet Ministro dedit Fratres plurimos; nam aliquis eorum sexaginta et ultra habuit, ex quibus Ordo valde dilatatus est.

Per Italiam quoque nonnulli fuerunt instituti, videlicet: in Lombardia Frater Petrus Iohannes de Stiaccia de Bononia (8): in Marchia Anchonitana Frater Benedictus de Aretio (9): in Calabria Frater Daniel Tuscus, qui etiam sacrum martirium passus est (10): in Terra Laboris Frater Augustinus de Assisio (11): in Thuscia Frater Helyas de Cortona (12). Hii sunt primi Ministri instituti per Beatum Franciscum.

Anno Domini **1218** Beatus Franciscus obtinuit a Domino Iesu Christo plenariam indulgentiam pro omnibus ingredientibus in ecclesiam Sancte Marie de Angelis, quam indulgentiam papa Honorius confirmavit et per septem episcopos pubblicavit (13).

Secundum Capitulum Generale celebratum est anno et loco quo supra, in quo ultra quinque millia Fratrum convenerunt (14), et Sanctus Dominicus cum septem Fratribus de Ordine suo et Reve-

---

(1) I Cel. 82 ss. II Cel. I c. 11. *Leg. Mai.* III sq. *Tres Soc.* c. 12. CG 6, 9. *Conf.* 371. 378. Aug. de Clareno, *Epistola* quaed. ALKG I, 559; cf. tamen Sabatier « *Vie* » 227. *Acta SS.* XX Oct. II, 604.

(2) Cf. II, n. 148, n. 150. *Sp. Sab.* c. 43. *Conf.* 58. Fischer l. c. 107 ss.

(3) Annus erroneus, quia res narratae sunt an. 1217: cf. AFH I, 2s.

(4) CG 34, 59, 210ss. *Catal.* 44. *Conf.* 262, 517. AFH I, 4.

(5) I Cel. c. 18. CG 22, 280. AFH I, 4. (6) AFH I, 4.

(7) *Iord.* 5. sed an. 1219. Cf. ed. Böhmer, LXXI-LXXX.

(8) *Actus* 61. Clarenus, *Chron. 7 Trib.* ed. Döllinger, *Beiträge z. Sektengesch.* II 445 s. (9) AFH I, 3; BTS I, 129 s. *Bartholi,* XLV nota.

(10) AFH I, 3; CG. 32. *Conf.* 296, 582.

(11) II Cel. II, 164. *Leg. Mai.* XVI, n. 6. AFH I, 3. *Conf.* 290, 528.

(12) *Hoc probari nequit:* AFH I, 2.

(13) CG 29, (an. 1223); BTS I, 87: an. 1216: sic generatim a defensoribus indulgentiae: cf. AFH I, 40. Sabatier, *Bartholi,* p. LXIX ss. — *Conf.* lib. II, conf. 2, part. 2.

(14) Sic et Sabatier, *Vie* 248; Böhmer, *Analekten* 125, sed cf. Idem in ed. *Iordani,* LXXIss. Hoc anno vix capitulum gle obtinuit: BTS I 88, et similiter res infra hoc anno relatae ad 1219 remittendae sunt. Anno 1221, quo omnes Fratres ad Capitulum gle convenerunt, nonnisi 3000 erant, *Iordan.* n. 16, e quibus *Glassb.* 18, aliique arbitrarie 5000 fecerunt; cf. *Leg. Mai.* IV, 10.

rendissimus Dominus Hugolinus Cardinalis Ostiensis. In quo Capitulo, inter cetera Beatus statuit: ut quolibet sabbato solempniter celebraret[ur] una missa de beata Virgine, et quod in memoria Apostolorum, que fit singulis horis in officio Beate Virginis, nomina Apostolorum Petri et Pauli exprimerentur, cum prius, secundum Romane Ecclesie consuetudinem, non fieret memoria nisi omnium Apostolorum (1). In hoc etiam Capitulo misit Fratres ad Provinciam Anglie, ut in regno prefato Ordinem diffunderent, ubi Ministrum instituit Fratrem Angelum de Pisis (2). In Greciam etiam destinavit Fratrem Benedictum de Aretio (3), primum Ministrum illum ibidem instituit. In Affricam quoque ad Saracenos cum nonnullis Fratribus misit Fratrem Egidium, suum tertium socium (4).

(9r:) Ad regem Marrochiorum misit etiam sex perfectissimos Fratres, videlicet fratrem Vitalem, fratrem Berardum de Carbio (5), fratrem Petrum de Sancto Geminiano, fratrem Adiutum, fratrem Accursium et fratrem Octonem, qui ab ipso rege sacrum martirium acceperunt 16 ianuarii die, anno Domini 1220 et Ordinis 11.

Anno Domini 1219 in prefato Capitulo Beatus Franciscus fratrem Helyam de Cortonio suum Vicarium supra totum Ordinem instituit (6), et duodecim fratribus electis ad Provinciam Soldani se contulit, cui constantissime fidem nostram predicavit. Soldanus autem eum libentissime audivit, et munera preciosa obtulit, que omnia Beatus Franciscus, quasi lutum sprevit (7). Tamdemque post multa peracta, commonitus a Deo in Italiam reversus est.

Anno Domini 1220 Beatus Franciscus (8) applicuit Venetias et Bononiam, ubi ab omnibus honorifice fuit receptus cum gaudio et omnium applausu, et precipue a Domino Hugolino, protectore, legato Sancte Romane Ecclesie (9), cum quo Florentiam veniens (10), et reperiens devotionem maximam populi ad poenitentiam animati, composuit

---

(1) Haec decreta e *Mariano* ap. Wadding, *ad an.* 1219, n. 30. *Chronol. hist. leg.* I, Neapoli 1650, 11.

(2) Error Mariani, quia an. 1219 ut Custos Parisiensis missus fuit: *Ecclest.* 159ss. 254ss. 297ss.; et anno 1224 in Angliam venit: *Ecclest.* l. c. Felder, *Studien*, 159 ss. 254 ss.; *Etudes*, 168 ss. 265 ss.

(3) Golubovich, BTS I, n. 29, 36, 49; sed nequaquam fuit primus minister: *ibidem* l. c. 135.

(4) L. c. I, p. 105. CG. 78. Lemmens, DAF I, 42, 67. AFH I, 274.

(5) *Iord.* n. 7s. CG 15ss., 22. *Conf.* 322s. *Passio* ap. AF III, 579-96. *AA. SS. Ian.* II, 65-9. *Portugalliae Monum. Historica. Script.* I, Olisipone 1856, 105-13. Revera nonnisi 5 martyrium passi sunt, cum Vitalis morbo in Hispania retineretur, sed etiam in *Catal.* 43, martyr apud Sibilliam obiisse dicitur.

(6) Error manifestus; *Iord.* n. 9, 14. Elias erat tunc minister Syriae. Golubovich, BTS I, 1ss., 87ss. 107ss. n. 119ss.

(7) Iacobus de Vitriaco, *Hist. Orient.* Duaci 1597, 349 ss. Idem, *Epistola ad amic. Lotharing.* etc. BTS I, 6ss. Böhmer, *Analekten* 107 ss. I. Cel. c. 20. II Cel. II, c. 4.

(8) Sic Fischer, *Der hl. Franziskus von Assisi während der Jahre 1219-1221.* Freiburg i. Schw. 1907, 60ss. BST I, 97 eum 1221 rediisse dicit. II. Cel. 28. Cf. *Sp. Sab.* c. 6 nota. Felder, *Studien*, 124; *Etudes*, 132 s.

(9) BTS I, 97. Fischer, 67ss; hic vero omnino negat S. Franciscum an. 1220 cum Hugolino Bononiae occurrere potuisse.

(10) An. 1220 Florentiae non fuit Hugolinus: Fischer 68 ss. Davidsohn, *Forschungen* IV, 67 ss. 74.

Regulam pro viris (a) et mulieribus a matrimonio ligatis. In compositione eius dominus Hugolinus supplebat, quod Sancto Francisco in dictandi scientia deerat (1). Fuerunt etiam simul per mensem et ultra cum heremitis de Camaldulo (2). Exinde Beatus Franciscus recedens, venit Alvernam, deinde Assisium.

Ipso anno **1220**, ab inceptione Ordinis decimotertio, in festo Sancti Michaelis, Beatus Franciscus in loco Sancte Marie de Angelis celebravit Capitulum Generale (3); in quo removit fratrem Helyam ab officio Vicariatus, propter suas relassationes (4), et instituit fratrem Petrum Cathanii, eius secundum socium, in cuius manibus, tum infirmitatibus multiplicibus gravatus, tum etiam ad conservandam sancte humilitatis virtutem, resignavit officium (5).

Frater Petrus Cathanii, Vicarius Generalis, in sequenti mense Martii, scilicet die 10 anni **1221**, animam reddidit Deo Patri (6). Cum vero multis corruscaret miraculis, et ob hoc ad ecclesiam Sancte Marie conflueret cum oblationibus frequentia (**9v**:) populorum, Beatus Franciscus reversus ad locum, propter illas oblationes et visitantium multitudines tristis effectus, ad eius sepulchrum accedens, dixit: Frater Petre, tu mihi semper dum viveres hobediens fuisti; modo, quia nimis ab istis secularibus infestamur, debes mihi hobedire. Quare tibi per obedientiam precipio, quod cesses ab istis tuis miraculis, quorum occasione ab istis secularibus perturbamur. Et ex tunc nullum miraculum fecit (7).

In subsequenti festo Pentecostes, post mortem Vicarii, Beatus Franciscus Capitulum Generale celebravit. In quo ex voluntate Dei posuit ad regendum Ordinem fratrem Helyam. Qui quamvis a Beato Francisco et multis fratribus vocaretur Minister, nullus tamen fuit, Beato Patre vivente, electus, vel ab Ordine tamquam Generalis receptus: sed tamquam Vicarius Sancti ab Ordine habebatur, et Fratres ad Beatum Franciscum, tamquam ad principale caput, sicut erat, recurrebant (8).

In isto Capitulo venit incognitus Sanctus Antonius de Padua, cum fratre Philippo Castiliano (9), et fuit a fratre Gratiano (10),

---

(a) Cod. *viribus*.

---

(1) Haec eruditissime ex Mariani libro *de Tertio ordine MS.* Biblioth. Nat. Florentiae, cod. Palat. 147 (cf. *Bartholi*, ed. Sabatier, 157 ss.) probare nititur cl. Davidsohn, l. c. IV, 67-81, ita tamen ut totam rem anno 1221 assignet. In MS. citato Marianus reapse hoc factum an. 1221 retulit. Dubius ergo haerebat, neque magni faciendum erit dictum Mariani, quousque antiquiora documenta de hoc inveniantur. Cf. de hoc AFH I, 642 s. et 107.

(2) De mora in monasterio Camaldulens. peracta cf. Wadding an. 1220, n. 18, ubi citat quoque Marianum. *Acta SS.* Oct. II, 823, 847. Sabatier, *Vie* 275 ss. Factum probari nequit et a Fischer, l. c. 68, negatur.

(3) II Cel. II, 104. Sic Wadding, an. 1220, n. 24, et Sabatier, *Vie* 272 ss. Böhmer, *Analekten* 127. Cf. *Iord.* 15.

(4) Penitus erroneum, cum Elias nondum vicarius fuerit; cf. supra 96 nota 6.

(5) *Iord.* 15. Wadding aliique, ll. cc. hic, nota 3. *Sp. Sab.* c. 4, 71 not.

(6) Sic eius epitaphium, *Sp. Sab.* 71. BTS I, 120. (7) CG 31.

(8) I Cel. n. 98. *Iord.* 17, 50. *Sp. Sab.* c. 1, 115. Cf. Lempp, *Elie* 35 ss. Fischer, l. c. 130 ss.

(9) *Conf.* 261, 520. Wadding, Marianum sequens, ad an. 1221, n. 10, 18; 1290, n. 12 ss. Cf. *Acta SS.* April. III, 401-6. Rodulphius, 127 s. Gonzaga, *Orig. Ser. Rel.* 1603, Tusc. conv. III, p. 251. Sed valde dubium, an Sancti socius fuerit.

(10) *Leg. I S. Antonii*, ed. L. de Kerval, 35 ss. Iul. Spiren. *Leg. S. Ant. Acta SS.* Iun. III, 200. Wadding, ad an. 1220, n. 1625; 1221, n. 10.

Ministro Romandiole, receptus. Frater autem Philippus ad locum Columbarie in Provincia Tuscie fuit destinatus.

In isto Capitulo in Alamaniam fuit missus primus Minister frater Cesarius de Spira (1), cum fratre Jordano de Jano (2) et nonaginta fratribus, qui ibidem Ordinem dilataverunt.

Eodem anno et 14 Ordinis, scripta Regula, ut supra dictum est, beatus Franciscus venit ad Florentiam, et cum in eadem essent plurimi viri et mulieres matrimonio alligati, cupientes mundum despicere, tradidit eis prefatam Regulam, 20 Maii, sicque tertium Ordinem incepit, per totum orbem diffusum, cuius propositum est in domibus propriis honeste vivere, operibus pietatis impendere, vanitatem seculi fugere (3). In quo quidem Ordine plurimi sanctitate claruerunt, inter quos primus habetur Beatus Luchesius de (10r:) Podio Bonitio, cum uxore sua Bona (4), Beatus Petrus de Colle (5), Brunus et Martolensus, nonnullique alii convicinorum locorum et vallis Else incole, ac Beata Viridiana de Castro Florentino in cella reclusa (6). Recepit etiam Dominum Matheum Rubeum de Ursinis (7), virum utique potentem.... (*a*) et caritatis erga pauperes Christi, qui filium habuit Niccolaum papam tertium. Recepit etiam Domina[m] Iacoba[m] de Septemsolis (8), illustrissimam matronam, que dignos fructus peregit penitentie, et Dominum Iohannem de Grecio (9), militem, qui meruit videre puerum Iesum in ulnis Beati Francisci in nocte Nativitatis Christi, et Dominum Bartholomeum (10) in Romana Curia advocatum de partibus Romandiole, et alios quamplures.

Anno 1223 Capitulum Generale celebratum est in sancta Maria de Angelis (11), in quo Capitulo frater Albertus de Pisis fuit Minister Alamanie institutus, quo tempore Ordo per Saxoniam, Mormanciam, Bavariam et Thuringiam valde dilatatus est.

Eodem anno, in festo Sancti Saturnini, Honorius papa 3 cum sua Bulla approbavit et confirmavit Regulam Fratrum Minorum (12); et in sequenti Paschate Nativitatis Christi, loco

---

(*a*) In Codice lacuna; sed videtur nihil deesse.

---

(1) *Iord.* 9ss. ed. Böhmer, p. 8 in notis. *Iordanus* n. 11 quoque eum *Primum Ministrum* Germaniae nominat, quia revera Fr. Ioh. de Penna illuc an. 1219 missus frustra fuerat.

(2) *Iord.* 18ss. ed. Böhmer, p. LVI-LXVIII; (Biographia).

(3) Cf. p. 96, not. 10. (4) Cf. p. 105, not. 10.

(5) Petrus de Colle, cf. Wadding, ad an. 1221, n. 15, qui Mariano usus, cum eo hic consonat. Cf. Hueber, *Menologium, die 22 Dec.*, ubi *Bruna* consors Petri de Colle dicitur. Cf. Gubern. *Orbis Seraph.* II, l. XII, c. 1, 788. Cf. Arturus, *Martyrol.* ubi s. d. *Martolensis anonymus* appellatur. (6) Cf. infra.

(7) Phil. de Perusio, *Catal. Card. Protect.* AF III, 710; ed. Holder-Egger, MGH SS. XXXII, 689. CG 829, 868. Wadding, an. 1222, n. 2ss.

(8) Cf. p. 92, n. 8.

(9) I Cel. c. 80. *Leg. Mai.* VIII, 7. *Conf.* 516.

(10) CG 27s. Wadding, an. 1222, n. 28 e *Mariano*.

(11) *Iord.* n. 30, 31ss. *Eccleston* 247. Cod. *Mormanciam*, cuius nominis regio in Germania nunquam extitit: fortassis scribere voluit Marianus *Vormaciam*, quae vox tamen urbis *Worms* ad Rhenum est.

(12) Bulla *Solet annuere* BF I, 15-9, n. XIV. Wadding, ad an. 1223, n. 14, 18.

Grecii, ipse Beatus Franciscus, auctoritate Domini pape, celebravit cum representatione presepii festum pueri Ihesu nati (1).

Anno Domini **1224** die 14 septembris in aurora, Beatus Franciscus orans, apparuit ei Seraph unus crucifixus, a quo suis sacris stigmatibus consignatus fuit (2).

Anno Domini **1226**, ab inceptione Ordinis 18, in Sancta Maria de Angelis apud Assisium, sanctissima anima Beati Francisci charne soluta est, etatis sue anno 45, et in abisso claritatis absorta, corpus obdormivit in Domino, quarto Nonas Octobris, sabbato in sero, dieque dominico sepultum (*a*), cum magna solennitate sepultum in ecclesia Sancti Georgii (3).

(**10v**:) Primum Capitulum Generale post obitum Beati Francisci, celebratum est anno Domini **1227**, 4 Junii, in quo frater Helyas, in cuius manibus Beatus Franciscus reliquerat Ordinem, fuit in officio confirmatus (4). Supplicaverunt fratres Gregorium nonum, noviter electum, ut beatum Franciscum, cathalago Sanctorum dignaretur ascribere; quod facturum se promisit, deditque Ordini Dominum Raynaldum, episcopum ostiensem in protectorem (5).

Ipso quoque anno apud Ceptam civitatem Marrochiorum (6), decima die octobris, sacro martirio coronati sunt septem Sanctissimi fratres de Provincia Tuscie, videlicet frater Daniel primus Minister Provincie Calabrie, frater Angelus, frater Samuel, frater Romulus (!), frater Leo, frater Nicholaus, et frater Hugolinus.

Quamplurimi et alii Fratres, elephantum more ad moriendum pro Christo animati exemplis istorum, ad partes infidelium accesserunt, et pro Christi amore morti (*sic*) subierunt. Inter quos frater Electus (7), manibus Regulam tenens, socio dixit, genibus incurvatis: De omnibus, que contra istam Regulam feci, frater charissime, ante oculos divine maiestatis et coram te culpabilem me proclamo. Successit brevi confessioni gladius, quo martirio cum socio vitam finivit.

Illustrissima et sanctissima Helisabeth, Andree Hungarie regis filia, audita morte lanthgravi, viri sui, per totam Turingiam a suis vassallis, tamquam dissipatrix et prodiga, de propria domo turpiter eiecta, venit ad conventum fratrum, quos rogavit, ut pro sua tribulatione *Te Deum laudamus* cantarent, ac in ipsorum reciperetur consortium.

(*a*) Cod. *sepultus*.

---

(1) I Cel. c. 30. *Leg. Mai.* VIII, 7. Sed ibi de auctoritate papae nihil; neque ista opus erat.

(2) I. Cel. 94ss. *Tract. Mirac.* n. 2ss. *Leg. Mai.* XIII. Numerus diei: «14» tamen obliteratus fuit, sed non penitus.

(3) I Cel. 115s. *Iord.* 50. *Epist. Fr. Eliae* ap. Wadding, ad an. 1226, n. 45, I¹ 1625, 355s.; II³ 1732, 149s. Lempp, *Elie* 70s. Böhmer, *Analekten*, 90-2. Cf. *Leg. Mai.* XIV, 3ss.; XV, 6.

(4) Error gravis, quia illo Capitulo Fr. Iohannes Parentis electus fuit minister glis; Elias autem minime confirmatus. *Iord.* 50ss. Lempp, *Elie* 76ss. Pentecostes an. 1227 non 29 maii, sed 30 fuit. Greg. IX electus est 19 mart. 1227.

(5) Phil. de Perusio, *Catal. Protect.* AF III, 709; ed. Holder-Egger, 663. CG 274.

(6) CG 32. *Passio* 613-6. *Catal.* 40. *Conf.* 296, 532. *Acta SS.* Oct. VI, 335-91. BHL I, 316. *Romulus* generatim nominatur *Donnulus* et *Angelus* saepius *Agnellus*.

(7) II Cel. 158. *Sp. Sab.* c. 77. *Catal.* 40. CG 224. *Conf.* 336.

Quam fratres griseam tunicam et mantellum cum ruda (!) corda induerunt (1).

Sanctus Ludovicus annum etatis sue 14 complens, regnare cepit ipso anno **1226**, et cum sua devotissima matre, Regina Blancha, et cum universis magnatis et sapientibus obviaverunt ad colendum et deosculandum capitale, quo Sanctus Franciscus fuerat in sua infirmitate usus (2).

(**11r**:) Anno **1228**, ab inceptioneque Ordinis 20, Gregorius papa cum tota Romana curia venit Assisium, ubi in ecclesia Sancti Georgii, in qua sacrum corpus Beati Francisci requiescebat, 16 die iulii, cum solemnitate maxima et insolitis ceremoniis, in cathalago sanctorum ascripsit Beatum Franciscum (3): et immediate, peracta canonizatione, Gregorius papa iussit hedificari ecclesiam mire fortitudinis in honorem ipsius beati Francisci. In quibus aperturis fundamentorum, ipse summus Pontifex benedixit et posuit, manu propria, primum lapidem (4), et deinceps alii prelati et magni viri; et eam ab omni jurisditione inferiori eripuit, ipsamque caput et matrem totius Ordinis Fratrum Minorum instituit (5).

Secundum Capitulum generale celebratum est Assisii, anno **1230** (6), in solemnitate Penthecostes, per fratrem Helyam, ad quod convenerunt ultra duo millia fratrum. In quo Capitulo ipse frater Helyas a Domino Papa ab officio absolutus (7), et coram sua Sanctitate statim electus fuit primus Minister Generalis post mortem Beati Francisci frater Iohannes Parens de Florentia, vir iustus et sanctus, quem Dominus Papa confirmavit.

Corpus etiam Beati Francisci tunc fuit 25 die Maii de ecclesia Sancti Georgii ad novam ecclesiam translatatum (*sic*), que per sollicitudinem fratris Helye et multiplicatione pecuniarum, fere ab omnibus partibus Christianorum et principibus, ibidem transmissarum et oblatarum, ita erecta per duos annos, quod convenienter translationem ipsius in convenienti et honorabili et secreto loco facere potuit (8).

Anno Domini **1231**, Ordinis vero 23, die 13 iunii, sexta feria, in civitate paduana, de ergastulo carnis liber volavit ad superos Beatus Antonius (9) in civitate Ulixbone ortus, anno etatis sue 36; qui anno

---

(1) *Iord.* 25. CG 221s. *Glassb.* 33, 39s., 54ss A. Huyskens, ***Quellenstudien zur Geschichte der hl. Elisabeth,*** Marburg 1908, 63 ss. K. Wenck, ***Die hl. Elisabeth,*** Tübingen 1908. Maritus Sanctae obiit 11 vel 12 Sept. 1227; habitum griseum induit Elisabeth an. 1228, 24 Mart. Huyskens, l. c. 114, 121, 65.

(2) II Cel. 120. De eo vitae BHL II, 747ss.

(3) I Cel. 119ss. Iulianus Spirens. *Leg. S. Fr.* c. 74. AB XXI, 201. *Acta SS.* oct. II, 677. II Cel. 220s. et p. 444. *Leg. Mai.* XV, 7. Accidit 16 Iul. 1228.

(4) Hoc fuit die seq. 17 Iul. 1228: BF I, 66.

(5) Bulla *Is qui ecclesiam,* 22 april. 1230: BF I, 60-2.

(6) *Iord.* 57. *Ecclest.* 241s. *Glassb.* 49. Iul. Spir. c. 75, AB XXI, 201. *Acta SS.* 717. CG 212. Lempp. *Elie,* 82ss.

(7) Haec et sequentia falsa, cum Ioh. Parens min. glis fuerit 1227-1232: Elias capitulum gle non tenuit. Lempp, l. c. 68 ss. *Iord.* 51, 61.

(8) Potius aliquot dies antea: Lempp, l. c. 85ss.; secundum *Ecclest.* 241 « tertia die antequam fratres convenissent ». De modo, cf. ll. cc. Iul. Spir. n. 75s.

(9) Cf. L. de Kerval, *S. Antonii de Padua vitae duae,* Paris 1904. Niccolò Dal-Gal O. F. M. *S. Antonio di Padova.* Quaracchi 1907. K. Wilk, ***Antonius von Padua,*** Breslau 1907.

15 ingressus est in Ordinem canonicorum regularium, in quo undecim annis fuit. Postea in Ordine Minorum, multis clarus signis et miraculis, decem annos feliciter consummavit. (11v:) Hic etiam post obitum tot signis corruscavit, ut Dominus **Gregorius** papa, undecimo mense a suo felicissimo obitu, in civitate **Spoleti**, 30 die maii, solemniter ascripsit ipsum in cathalago Sanctorum (1).

Anno iam dicto 1231 in Hyspania et civitate **Valentie**, pro predicatione vere fidei frater **Iohannes** et frater **Petrus** italici ex iussione regis Saracenorum, in festo decollationis Sancti **Iohannis Baptiste**, capitibus truncati cum gloria martyrii Deo suas animas reddiderunt (2). Isto namque tempore clarebant in Ordine plurimi fratres, qui ipsum quidem mundum vita et sanctitate illustrarunt, ex quibus hos paucos subnectam, videlicet:

Frater **Lucidus**, Provincie **Marchie**, veri luminis sanctitate et ardens caritate divina, cuius lingua gloriosa Spiritu Sancto edocta fructus mirabiles faciebat (3).

Frater **Bentivogla de Sancto Severino**, qui inter alia prodigia et miracula, visus fuit in aerem per magnum spatium a terra elevatus, cum in silva oraret (4).

Frater **Iacobus** (5) de **Civitate Nova**, vir utique sanctus, qui multotiens in oratione raptus, multas consolationes recipiebat.

Frater **Hermannus de Fulgineo** (6), cuius corpus propter miram suam sanctitatem in altare ecclesiae Sancti Feliciani sepultum, estate media aquam guttatim velut manna fluit.

Frater **Tientialbene** (7), vir sanctissimus et predilectus discipulus Fratris **Iuniperi**. Hic inter ceteras virtutes, in obedientia et patientia florens, cum signo crucis infirmitates pellebat.

Frater **Humilis** et frater **Pacificus** germani, ambo mire sanctitatis viri, signis et virtutibus luminosi (8).

Frater **Liberatus** olim comes de **Loro** (9), tanta micuit sanctitate, quod usque ad presens, festum eius colitur cum magno populi concursu. Quo die sepulcrum (12r:) eius a sexta usque ad nonam manna scaturire videtur, in loco **Suffiani**, Provincie Marchiae.

Frater **Adam Ruffus**, eximius predicator, in vita et in morte miraculis plurimis corruscans, apud **Firmum** requiescit (10).

Frater **Octo** theutonicus, Provincie **Saxonie**, per hec tempora ibidem claruit (11).

---

(1) An. 1232 Bulla ap. BF I, 79, n. LXX.

(2) CG 186 s. *Catal.* 43. *Conf.* 224, 537. *Acta SS.* Aug. VI, 841 s.

(3) *Actus* c. 53, 2. CG 441. *Prov.* 281. *Conf.* 283, 515, 618.

(4) *Actus* c. 53, 3. *Catal.* 19. *Prov.* 267, 269, 270. CG 409. *Conf.* 276, 280.

(5) *Conf.* 512. *Prov.* 263.

(6) *Dial.* 84 s. *Catal.* 11. CG, 64, 254. *Prov.* 203. *Conf.* 242, 510. Wadding, *ad an.* 1232, n. 23, et citat Marianum.

(7) *Dial.* 91. *Catal.* 9. CG 254. *Conf.* 240, 510. Wadding; l. c. n. 24, e Mariano. *Acta SS.* Iun. II, 487 s.

(8) CG 213. *Conf.* 281. Wadding 1234, n. 9, ex eodem. *Acta SS.* Aug. V, 340 ss.

(9) *Actus* c. 68. *Fioretti* 47. CG 411 nota. *Conf.* 280 s. Wadding 1234, n. 9, 10; ex eodem diversus a Socio Fr. Angeli Clareni. ALKG I, 527 ss.; II, 310 ss. *Acta SS.* Aug. V, 840-45; Aug. II, 183.

(10) *Dial.* 96-98. *Catal.* 19, 23. *Conf.* 293, 531. Wadding, l. c. n. 11, ex eodem.

(11) *Catal.* 88. *Conf.* 323, 552. Wadding, l. c. n. 13.

Anno Domini quo supra, apud Marbuch, 19 die Novembris obdormivit in Domino beatissima Helisabeth, filia Regis Ungarie, anno aetatis sue 30, et filia legiptima Beati Francisci (1).

Tertium Capitulum Generale celebratum est per fratrem Iohannem Parentem, Generalem, apud Soriam, regni Castelle, anno Domini **1233**, et 25 Ordinis. In quo Capitulo Generalis cum Fratribus orans, abundantem pluviam impetravit (2).

Cum populus Romanus discordaret cum Papa et ei rebellavisset, ipse summus Pontifex, volens ipsos secum ad pacem et obedientiam inclinare, misit eis fratrem Iohannem Generalem, ut eos ad pacem et obedientiam hortaretur (3). Qui cum se difficilem ostendisset, frater Iohannes in fervore spiritus eos brevi in magnum periculum et dispendium incursuros predixit. Et subito tanta pluvia ubique pluit, quod flumen Tiberis terribiliter ac insolite ita crevit, quod totam Urbem innundavit. Quo territi Romani votum sancti Generalis de pace fienda cum Pontifice, impleverunt.

Isto quoque tempore claruit in Ordine Frater Rodolfus de Anglia, sacre theologie doctor, olim episcopus Herfodensis. Hic annuente Papa Gregorio nono episcopatui renuntians, factus est frater Minor, in quo Ordine studiosissime vixit (4).

Frater Rodulphus Ebifach (5) in sacra Theologia doctor parisinus, qui dum legeret Parisii, ex quadam visione in Ordine ingressus est.

Frater Rodolfus Rodiptori Anglicus (6), in theologie facultate Magister. Hic magnam partem Biblie exposuit, et supra 4 libros Sententiarum scripsit, et alia plurima.

(**12v**:) Anno Domini **1234** Gregorius Papa in civitate Perusii, in festo Sancti Iohannis Baptiste, in cathalago Sanctarum ascripsit Sanctam Helisabeth, filia[m] Regis Hungarie, et tunc recitata fuere 129 miracula, inter que 8 mortui reducti fuerant ad vitam. Post cuius canonizationem pater ipsius Andreas ex hac vita migravit (7).

Anno Domini **1235**, idem Dominus Papa venit Assisium, et cum non parva solennitate duplicatam ecclesiam supra corpus Beati Francisci expletam, tertia dominica post Resurrectionem, videlicet 20 aprilis, in honorem ipsius Sancti consecravit (8).

---

(1) Huyskens, l. c. 92 ss. Wenck, l. c. 25 s. Sed mortua est de facto in nocte 16 ad 17 Nov. 1231, nata solummodo 24 annos.

(2) Error Mariani, quia nonnisi capitulum *Hispaniae* fuit. CG 210s. *Catal.* 44. Hoc miraculum *pluviae* in dicto capitulo, etiam Fr. Andreae de Hispello attribuitur: *Acta SS.* Iun. I, 356 ss. Cf. Wadding, ad an. 1264, n. 2.

(3) CG 210. *Conf.* 262.

(4) *Ecclest.* AF I, 249, 266; *Monumenta Franciscana* I, London 1858, 58, 542. Est Rodulphus de Maidstone: *Conf.* 20, 330, 344, 429, 521. A. G. Little, *The Grey Fiars in Oxford,* Oxford 1892, 132.

(5) *Ecclest.* 272; *Mon. Fr.* I, 556. *Conf.* 547, ubi tamen vocatur Robertus *(H)alifax,* cf. Sic quoque ap. Sbaralea, *Suppl.* 639, et Little, l. c. 288.

(6) *Conf.* 339, 540. Sbaralea, *Suppl. ad Scriptt.* 1806, 694; sed posterioris aevi fuisse videtur.

(7) Error Mariani; canonizata fuit Perusii die 27 Maii, i. e. festo Pentecostes *anni sequentis,* i. e. 1235. Huyskens, l. c. 17 ss. BF I, 162. AFH I, 192. — De numero miraculorum: Huyskens l. c. 90, 151 ss. 242 ss.

(8) Erravit Marianus secum trahens, uti saepius, Waddingum, *ad an.* 1235 n. 17; quia ecclesia illa nonnisi ab Innocentio IV an. 1253 (non 1235) conse-

Quartum Capitulum Generale celebratum est Assisii per fratrem Iohannem Parentem anno 1236, Ordinis vero 28, die 16 maii, in quo Capitulo frater Iohannes renuntiavit officio, asserens se tanto esse officio indignum. Tunc complices fratris Helye ipsum cum tumultu et impetu promoverunt, quem Papa persuasionibus eorum annuens, ipsum confirmavit (1).

Frater Guglielmus de Anglia, unus de 12 socii[s] Beati Francisci, a seculo migrans, fuit in basilica Beati Francisci tumulatus, ubi multis et magnis miraculis corruschans, frater Helyas Generalis, zelo Beati Francisci motus, ad sepulchrum eius accedens, per obedientiam ei precepit cum magna fide et confidentia, ne cum suis miraculis Sancti Patris Francisci gloriam offuscaret. Quo precepto, deinceps miraculum nullum fecit (2).

Frater Benvenutus de Eugubio (3), vocatus a Domino, multis corruscavit miraculis, ex quibus Gregorius Papa per suas litteras commisit tribus episcopis, videlicet Malfiensi, Melphitiensi et Venesino, ut colligerent et examinarent et authenticarent ipsa sua miracula, volens illum in cathalago sanctorum ascribere (4). Verum multis perturbationibus preoccupatus, ad effectum suum propositum mictere non valuit. Tamen ibidem in tribus episcopatibus ascriptus est in cathalago Sanctorum, et solemniter quoad divinum officium et missam agitur festum eius (5).

Frater Rogierus de Marchia (6) tanta sanctitate micuit in Tuderto, ut ipse Gregorius astruerit vere sanctum, cuius memoriam Tuderti, ubi requiescit, concessit etiam solempniter celebrari.

(13r:) Frater Simon de Collazòno (7), vir sanctissimus, cuius miraculorum comperta est veritas per Episcopum Spoletanum ex mandato eiusdem Gregorii (8), sed tribulationibus impeditus Dominus Papa, quas inferebat ei Federicus Imperator, non fuit canonizatus.

Frater Ambrosius de Massa (9), Provincie Thuscie, quanti meriti fuerit apud Deum, miracula ab eo facta testantur. Que autentice reci-

---

crata est. Thode, *Franz von Assisi,* Berlin 1904, II edit. 200 ss. Lempp, *Elie,* 139, 154. Potthast, *Reg.* n. 14985. Nicolaus de Carbio, *Vita Innocent. IV,* n. 32 s. ap. Baluze, *Miscell.* VII, 392 (ed. Mansi I, 203). Angeli, *Collis Paradisi,* Montefalisci 1704, 30 ss. *Acta SS.* oct. II. § 3, n. 36 ss. 806. BF I, 652 ss. 759.

(1) Erratum grave Mariani, *quia tunc neque Capitulum habitum fuit, neque Fr. Ioh. Parens* Generalis *erat.* Intrusio Heliae facta fuerat an. 1232: Lempp, *Elie,* 101 ss. *Iord.* n. 61, 65 ss. *Ecclest.* 242: *Mon. Fr.* I, 46 ss.

(2) *Bessa* 685. *Catal.* 5. CG 217. *Conf.* 193. Cf. p. 92, n. 6.

(3) *Dial.* 26-51, XVI. CSF 21. *Conf.* 295. Wadding, ad an. 1222, XXII, XVIII s; 1232, XVIII s. *Acta SS.* Iun. VII, 296 ss. *Prov.* 196.

(4) Bulla ap. *Dial.* 28 s. Wadding, l. c. n. 19. Sbaralea, BF I, 189.

(5) Hoc e Mariano expresso sumptum refert Wadd. l. c. n. 18.

(6) Marianus confundit Rogerium (Ricerium) de Mucia (Marchia) cum Rogero Tudertino; de hoc *Spec. Sab.* 4, c. 2 nota. *Catal.* 9, cuius verba cum Mariano plurimum consonant. *Dial.* 79-81. *Bessa,* 668 s., qui dicit se audivisse cultum eius neglectum esse. *Conf.* 283 ss. 478, (cf. 285, 510, 618). *Acta SS.* mart. I, 417 s. Cf. supra 98, nota 11.

(7) *Iord.* n. 19, 31, « qui nunc sanctus dicitur in Spoleto ». *Salimb.* 146, (318 s). *Bessa,* 669, l. 8-12. *Catal.* 10. CG 254. *Conf.* 240, 510. *Acta SS.* nov. I, 389 s. *Iord.* ed. Böhmer, p. 23, nota 2. *Prov.* 184.

(8) Errat Mar. quia hoc mandavit Innocentius IV: Sbaralea, BF II, 606, 619, cf. 160. (24 April. et 10 Iul. 1252).

(9) *Dial.* 51-72, XVII. *Catal.* 13. Origine Tuscus, religione Prov. Romanae fuit. *Prov.* 164.

pienda et approbanda idem Gregorius mandavit per Bullam Episcopis Urbevetano et Suane, ac Priori Sancti Iohannis de Platea (1). Sed prepeditus, ut diximus, non ascripsit eum in cathalago.

Frater Cesarius de Spira (2), Theutonicus, vir preclare scientie et maxime sanctitatis, mireque contemplationis, et evangelice paupertatis maximus defensor. Cuius animam Papa Gregorius, orans, ab angelis in celum deferre vidit.

Frater Petrus de Galliculo (3) miraculis plurimis in Tuderto post mortem corruscavit.

Frater Severinus, adhuc in Urbevertum (!), miraculorum gloria corruscat (4).

Frater Segrianus Hispanus, in vita et post mortem miracula fecit, in conventu Ilerde sepultus (5).

Iacobus, illustris Aragonorum Rex (6), tanta devotione ad Beatum Franciscum affectus est, ut ante mortem suam habitum sumpsit fratrum Minorum, cum proposito, si superviveret, frater in Ordine remaneret. Qui tandem cum ipso habitu mortuus, sepultus est ut frater in Conventu Barchinone. Hic fratribus dedit palatium regium pro loco hedificando, in civitate Valentie.

Quintum Capitulum Generale celebratum est Rome per Gregorium papam, anno Domini 1239 (7), Ordinis 31, 15 maii (8), in quo Capitulo, ipse Dominus Papa fuit presidens, et sermonem fecit, et fratrem Helyam ab officio absolvit. Et in sua presentia ad electionem successoris voluit fratres procedere. Qui fratrem Albertum de Pisis (9), virum Sanctum elegerunt, quem electum Dominus Papa ibidem confirmavit. (13v:) Qui in officio usque ad festum Nativitatis Virginis Mariae fuit. Circha quod festum, anima eius de corpore exuta perpetuam gloriam vestita est (10).

---

(1) Bulla Gregorii IX (8 Iun. 1240) ap. *Dial.* 54-5. BF I, 280 s. Qui processus approbatus non fuit, et Innocentius IV 2 dec. 1250 eisdem denuo hoc mandat: BF I, 561, 568; cf. l. c. 599; II, 223. Cf. Fumi, ap. MF I, 77-81, 129-136.

(2) *Iord.* n. 19ss. ed. Böhmer, 8ss. nota. *Glassb.* 17ss. 20ss. 26ss. Angelus de Clareno, *Ep. excusat.* ALKG I 532; *Chr. 7 Trib.* ap. Döllinger, II 463ss. ed. Tocco 225 s. (72 s.) Lempp, *Elie,* 111 ss. Schlager, *Beitr.* 5 s. 11, 167, 248. Wadding, ad an. 1239, n. II ss. *Opuscules* I, 96.

(3) *Catal.* 9, ubi de Gallicetulo [Gaglietole] dicitur. *Conf.* 285, 510. *Prov.* 114.

(4) *Catal.* 18. *Conf.* 251. *Prov.* 164.

(5) *Catal. App.* 48 « Gogianus ». *Conf.* 324. *Prov.* 31.

(6) Ex *Conf.* 349, 536. Erat Iacobus II, quem tamen Marianus confudit cum Iacobo I, qui 1238 Valentiam cepit, ubi Azotus (Azeitus) rex mahumeticus Fratribus Minoribus dedit palatium: CG 187s. [Iacobus I mortuus est in habitu Cisterciensium]. *Prov.* 31.

(7) *Iord.* n. 64 ed. Böhmer. *Ecclest.* 234, 242. *Glassb.* 59 ss. Salimb. 50 (164). CG 230-2. Lempp, Fr. *Elie de Cortone,* Paris 1901, 127 ss. Ehrle, ALKG VI, 20 ss.

(8) Id est in Pentecoste, quae 1230 in hunc diem incidit. Cf. Lempp, *Elie,* 133; sed Böhmer, *Iord.* 57 s. recte infert, ex parte ipsius ignota Iordani n. 70 (cf. n. 61 et hic nota 10), tunc revera Capitulum celebratum fuisse. De loco cf. l. c. Lempp, 181 s. et *Ecclest.* 242. *Salimb.* 410, (98, 158 s., 164).

(9) CG 24, 238 ss. *Glassb.* 28 ss. Wadding, ad an. 1239. *Conf.* 329, 454, 501, 517. Cf. *Pisana seu Ord. Min. Articuli ad processum... Alb. de Pisis... et Anton. Tigrini* etc. Cfr. AFH I, 206. *Salimb.* 50 (164).

(10) Error Mariani, cum *Iord.* (ed. Böhmer, n. 70) synchronus dicat: « *Anno D. 1240, X° kal. februar.* (23 Ian.) *Fr. Albertus min. glis tertius, cum praefuisset menses 8 et dies aliquot, obiit, et ei fr. Haymo Anglicus successit* ».

Sextum Capitulum Generale item Rome, anno eodem in festo omnium Sanctorum celebratum (1) est coram Domino Papa, qui voluit presentialiter interesse in capitulo, et vota eligentum ipsemet recipere. Tunc Patres fratrem Aymonem Anglicum Generalem (2) elegerunt, et statim fuit a Domino Papa confirmatus. Hic fuit speculum totius honestatis (3), prudens, humilis et sanctus, magnusque theologus et in ipsa facultate doctoratus. Qui etsi senex, nihilominus circuivit Ordinem, visitando Provincias cum nimio zelo et caritate, et multa bona fecit, et magnam curam habuit de divino officio celebrando.

In isto Capitulo (4) Gregorius Papa, cum Generali et Ministris Provincias Ordinis divisit (5) et vocem eligentum limitavit, ac plurima privilegia Ordini concessit.

Anno Domini **1241**, die 23 mensis Augusti (6), Dominus Gregorius Papa a Federicho imperatore multis malis afflictus, ex dolore in egritudinem incidit anima sua, gremio terre commendavit corpus involutum in fratrum Minorum habitu, quem vivens semper tenerrime dilexit et induit, cum ipso quoque quinta feria maioris ebdomade, singulis annis mandatum fecerit, et sanctuaria per urbem nudis pedibus visitaverit (7).

His temporibus in monasterio de Arcello, apud Paduam, multis clarebat miraculis Beata Helena (8) et Beata Lucia (9).

In comitatu Florentino et oppido Podii Bonitii celestia gaudia petiit Beatus Luchesius cum uxore sua Beata Bona (10), qui inter alia miracula, quinque defunctos ad vitam reduxit. Plurimi alii clarebant virtutibus et miraculis in isto tertio Ordine per diversa, videlicet: Beatus Petrus de Colle (11), Beatus Leo Archiepiscopus Mediolanensis (12), Beatus Gualterius episcopus Trevisii (13), (**147**) Beatus Riccardus episcopus Fossiumbronis (14), Beatus Alexander de Perusio episcopus Noccie (15), Beatus Iacobus de Laude (16), Beatus Landonus de

---

(1) Error *temporis* ex nota praecedenti patet. Dicto die revera fuit Capitulum. *Bessa,* 696. Ehrle, *Zeitschrift für Kath. Theologie,* VII, 340.

(2) De eo *Ecclest.* 228 ss. 243 ss. Salimb. 51, 60, 120, 221, (165, 176, 277, 298). CG 246 ss. *Conf.* 337, 379. Felder, *Studien,* 160ss.; *Etudes,* 165ss. BTS I, 168 ss.

(3) Sic CG 246; et *Memor.*[1] fol. 28r. *Memor.*[2] f. 32v.

(4) Non in isto, sed in Capitulo, in quo depositus fuit Elias an. 1239: AFH I, 10 s.

(5) Hoc tunc accidit: CG 256, l. 9-11.

(6) Obiit 22 Aug. 1241. Potthast, *Reg.* p. 937.

(7) Philipp. de Perusio, *Cat. Card. Prot.* AF III, 709, ed. Holder-Egger, MGH SS. XXXII, 680 s. *Conf.* 342 s. 454. — *Cum ipso:* intellige quia *cum ipso* habitu etc.

(8) *Acta SS.* nov. II, 509 ss. *Conf.* 358 s.

(9) Rodulphius, l. I. f. 140v; ex hoc et ex *Mariano* lib. II. c. 11, Wadding, ad an. 1242, n. VI, notitiam hausit.

(10) De eis, *Conf.* 361. *Acta SS. Apr.* III, 594 ss. Rodulphius, 146v.

(11) Cf. p. 98, n. 5.

(12) Fr. Leo Valvassoris de Perego, archiep. Mediolanen. 1244-68, qui tamen *primi ordinis* erat et Minister Prov. Mediolanen. *Salimb.* 36, 351; (74, 595). Eubel, *Hier.* I, 348. *Bessa* 668. *Conf.* 302, 363, 526. Rodulphius, 146r.

(13) Iuxta Eubel, *Hier.* I, 505 et Gams, *Series* 803, (1251-1255) erat *Ord. Praed.*

(14) Circa 1228-1255: Eubel, *Hier.* I, 264. Gams, *Series* 698. Ughelli-Coleti, *Ital. Sacr.* II (1717), 832. Eubel, BFV 606: iuxta omnes valde dubium an Ord. Min. fuerit.

(15) Erat Ord. Min. sed primi ord. ep. 1327-1363 cognomine Vencioli: Eubel, *Hier.* I 391. BF V, 617 et n. 689. Ughelli-Coleti, I (1717) 1068. *Acta SS.* Mai. I, 777s.

(16) Wadding, ad an. 1404, n. 7. Iacobus Oldus de Lauda, III ord. secundum quem obiit mense April. 1404. Hueber, *Menolog.* ad 20 April.

Montefeltro (1), Beatus Iohannes de Ravenna (2), Beatus Bonamicus de Volaterris (3).

In Ordine vero Minorum clarebant infrascripti:

Frater Clemens (4), vir mire vite et sanctitatis, in monte Alverne sepultus.

Frater Rolandinus de Florentia (5), vir contemplativus.

Frater Michael de Florentia (6), confessor Beate Humiliane, vir devotus et suo tempore sanctitate nobilis in prefata civitate.

Frater Paulus de Prato (7), qui vitam nimis austeram duxit, et altissime paupertatis zelator precipuus fuit.

Frater Andreas de Atria (8) Provinciae Penensis, vir magne devotionis et contemplationis.

Frater Raynaldus de Reate (9). Hic cum signo crucis cecos illuminavit, et triennio post obitum suum, eius cadaver se erexit in sepulcro, locum cedens corpori alterius fratris defuncti.

Frater Angelus de Monte Leone (10), Lector, vir pauperrimus et despectus. In cuius obitu multitudo fratrum advenit cum uno fratre solempniter parato, animam eius ad celi gaudia perducentes.

Frater Soldanerius (11), quasi sol dans nitorem, doctrina et moribus sanctitatis illuxit in conventu Viterbii.

Fratres Guglielmus de Cordella (12). Hic dum predicaret in Platea Toscanelle, quidam cecus signum crucis sibi super oculos fieri postulans consignavit, et confestim visum obtinuit. Sicque alios plurimos de diversis infirmitatibus infirmos sanavit.

Frater Bernardus de Massa Marictime (!) (13) Provincie Tuscie, maxima floruit sanctitate et miraculis.

Frater Leonardus de Fulgineo (14) in eodem tempore miraculis corruscabat.

Frater Sigismundus (15) Provincie Apulie, vir sanctus et prodigiis clarus in Abbatia de Ripa, ubi sepultus est.

---

(1) Laudonus sive Laudenus sive Ludovicus de Monte Feltro, III[ii] ord. Hueber, *Menol.* 30 Julii. Arturus, *Martyr.* s. d. Wadding, ad an. 1142, n. 29, e Mariano.

(2) Wadding, ad an. 1242, n. 28. Hueber et Arturus, ll. cc. ad 16 Jun. — Caeterum Wadd. l. c. n. 28-9 omnes istos e Mariano excerpsit, omittens tamen Leonem archiep. et Alexandrum de Perusio, quos ipse utique scivit fuisse *primi* ordinis. De illo cf. ad an. 1289, n. 15; de hoc ad an. 1827, n. 16.

(3) Melissanus, *Suppl. ad Annal.* an. 1220, n. IX. Wadding, ed. II; an. 1220, *suppl.* n. IX, I², 374. Cf. *Conf.* 361.

(4) *Dial.* 101. *Catal.* 15. *Prov.* 288. *Conf.* 254.

(5) *Dial.* 111. *Catal.* 15. *Prov.* 288. *Conf.* 261 s.

(6) Levi, *Registri dei Cardinali Ugolino d' Ostia e Ottaviano degli Ubaldini*, Roma 1890, 16. *Acta SS.* Mai. IV, 385 ss. Davidsohn, *Gesch. von Florenz* II, I, 123, 131-4. Idem, *Forschungen* IV, 78, 412 (cf. AFH I, 640).

(7) CG 110, quacum concordat Wadding, ad an. 1241, n. 12.

(8) *Dial.* 112s. *Catal.* 20. *Prov.* 187. CG 267. *Conf.* 289, cui concordat Mar., et 580.

(9) *Dial.* 109. *Catal.* 18. CG 264. *Prov.* 170. *Conf.* 251, 515.

(10) *Catal.* 18. *Conf.* 251, 515. *Prov.* 45. Wadding, ad an. 1241, n. 15. [1334, n. 24; 1368, n. 13].

(11) *Bessa*, 668. *Catal.* 18. *Prov.* 160 quocum quasi ad verbum convenit. *Conf.* 251.

(12) *Dial.* 98s. *Catal.* 18. CG 265. *Prov.* 161. *Conf.* 251 quocum in pluribus convenit.

(13) *Dial.* 88. *Catal.* 15. *Prov.* 242. *Conf.* 258 s. 520.

(14) *Dial.* 90. *Catal.* 12. *Prov.* 172. CG 265. *Conf.* 249.

(15) *Dial.* 105. *Catal.* 28. CG 499. *Conf.* 298 s.

(14v:) Frater **Petrus de Trano** (1), eiusdem Provincie, miraculis gloriosus.

Frater **Gratianus de Romandiola** (2), predicator, qui multa et preclara miracula, vivens, patravit.

Frater **Petrus de Monte Ulmonis** (3), Provincie Marchie, post mortem multos a variis infirmitatibus curavit.

Frater **Paulus** (4), eiusdem Provincie, vir mirifice virtutis et gratie, miraculis claruit quam plurimis.

Frater **Martinus** de eadem Provincia (5), mulierem mente (*a*) captam, aqua benedicta super eam infusa, liberavit, demones quoque de corporibus obsessis eiecit; aliaque plurima miracula fecit.

Frater **Dominicus** (6) in loco Penne sancti Marini, multa prodigia operatus est.

Frater **Octo de Pola in Sclavonia** (7) multis signis claret.

Frater **Mattheus de Narnio** (8), Provincie Sancti Francisci, plurimis miraculis corruscat.

Frater **Helyas** (9), olim tertius Generalis Minister, post depositionem suam adhesit imperatori Ecclesie rebello (*sic*) vocatus ab eo, ut quasi in omnibus suo consilio regeretur. Qui misit illum cum legatione ad Imperatorem Constantinopolitanum, ut inter ipsos Imperatores pacem tractaret. Qua propter in sententiam incurrit excommunicationis per Gregorium nonum fulminatam in ipsum Federicum, et in omnes sibi adherentes.

(*Continuabitur*).

Directio Periodici.

(*a*) Cod. *mentem*.

(1) *Dial.* 92s. CG 498. *Conf.* 294. *Prov.* 205. Wadding, ad an. 1241, n. 20.
(2) *Dial.* 78-5. *Catal.* 19. *Conf.* 279. Wadding, l. c. n. 21. Felder, *Studien*, 135; *Etudes*, 153.
(3) *Dial.* 88 s. *Catal.* 19. *Prov.* 260, 266, 280. *Conf.* 279. Wadding, l. c. n. 22.
(4) *Dial.* 82 s. *Catal.* 82. *Prov.* 276, 281. *Conf.* 282. Wadding, l. c. n. 24.
(5) *Dial.* 86 s. *Catal.* 19. *Prov.* 273, 281. *Conf.* 282s. Wadding, l. c. n. 25.
(6) *Dial.* 87 s. *Catal.* 19. *Prov.* 280. *Conf.* 279. Wadding, l. c. n. 23. Omnes isti eum Provinciae *Marchiae* dicunt.
(7) *Dial.* 94 s. *Catal.* 23. CG 580. *Conf.* 303, 523. Wadding, l. c. n. 26.
(8) *Iord.* n. 11. *Dial.* 76s. *Catal.* 11. CG 254. *Prov.* 148. *Conf.* 242, 510. Wadding, l. c. n. 27.
(9) Cf. Lempp, *Elie de Cortone*, Paris 1901. Rybka, *Elias von Cortona*, Leipzig 1874. Fr. Affò, *Vita di frate Elia*. Parma 1782; II. ed. ibid. 1819. [F. Venuti] *Vita di Fra Elia*, 1755; II ed. Livorno 1763. Klotz, *Das Leben des Elias von Cortona*, Leipzig 1769: *Italienische Biographie* I, 397 ss. *Salimbene*, ed. Parmae, ed. Holder-Egger (1905).

CODICOGRAPHIA

ELENCHUS ROMANORUM PONTIFICUM EPISTOLARUM QUAE IN ARCHIVO SACRI CONVENTUS ASSISIENSIS O. MIN. CONV. EXSTANT.

(Continuatio et finis) (1).

Nicolai III.

174. Custodi, guardiano et fratribus Assis. (ord. Min., ut quaedam res ipsius S. P. apud eos depositae cuidam familiari eiusdem S. P. assignentur). Ad vos et locum vestrum. Dat. Romae apud s. Petrum kalendis ianuarii anno I (= 1278 Ian. 1; l. c. III, 284, nr. 5).

175. Ministro ord. fratr. Min. in provincia s. Francisci (ut per se vel alios fratres sibi subditos concionibus et aliis modis conversioni iudaeorum intendat). Vineam Soreth. Dat. Romae apud s. Petrum XVI kal. februarii anno II (= 1279 Ian. 17; cfr. l. c. III, 331, nr. 50, ubi similes litterae, ad ministrum prov. Austriae directae et 4 Aug. 1278 datae, sunt relatae).

176. Generali capitulo ord. fratr. Min. (Assisii congregato, ut in eo bene se gerant et pro ipso S. P. orent). Convenientibus vobis in unum. Dat. Romae apud s. Petrum idibus maii anno II (= 1279 Maii 15; cfr. l. c. III, 393, nr. 116, ubi illae litterae, altera die post datae, sunt relatae).

177. Ad perpetuam rei memoriam (exponitur regula fratrum Min.)- Exiit, qui seminat. Dat. Suriani XIX kal. septembris anno II (= 1279 Aug. 14; l. c. III, 404, nr. 127).

178. Generali et provincialibus ministris ac custodibus et universis fratribus ord. fratr. Min. (conceditur transsumptum bullae Hon. III supra nr. 3 relatae super regula ipsorum fratr. Min.). Litteras fel. rec. Honorii. Dat. Suriani XII kal. septembris anno II (= 1279 Aug. 21; l. c. III, 417, nr. 128).

179. Universis Christifidelibus (destinatur transsumptum bullae Gregorii IX super stigmatibus b. Francisci — cfr. supra nr. 21). Litteras fec. rec. Gregorii. Dat. Suriani VIII kal. septembris anno II (= 1279 Aug. 25; l. c. III, 417, nr. 129).

(1) Cf. AFH I, 601-16.

Martini IV.

180. Ministro generali et provincialibus ministris ord. fratr. Min. (ut ille per se, hi autem cum definitoribus in capitulis provincialibus fratribus idoneis licentiam confessiones audiendi et praedicandi concedere queant). Ad fructus uberes. Dat. apud Urbem veterem idibus decembris (= 1281 Dec. 13; l. c. III, 480, nr. 16. Exstant praeter litteras bullatas tria transsumpta earundem).

181. Generali et provincialibus ministris ac custodibus universis ord. fratr. Min. (conceditur facultas instituendi syndicos pro rebus ipsorum fratrum administrandis). Exultantes in Domino. Dat. apud Urbem veterem V (non: XV) kal. februarii anno II (= 1283 Ian. 28: l. c. III, 502, nr. 40, ubi illae litterae, quae quidem in archivo sacri conventus Assis. transumptae tantum exstant, die 18 Ian. 1283 sunt datae).

182. Decano ecclesiae Aniciensis, capellano nostro (ut ad civit. Assis. se conferens ipsis civibus absolutionem impendat ab interdicto, quod olim incurrerunt propter excessus contra Fulginatenses commissos). Dudum in potestatem. Dat. apud Urbem veterem X kal. Octobris anno III (= 1283 Sept. 22).

183. Guardiano et fratribus ord. Min. de Assisio (ut bona a quondam Angelo de Marra milite apud eos deposita et a Carolo principe Salernitano expetita sine licentia apost. sedis nemini tradant). Ex parte dilecti filii Caroli. Dat. apud Urbem veterem V kal. novembris anno III (= 1283 Oct. 28; deest in Bull. Franc.; cfr. ipsius *Bull. Franc. Epitomen* novissime *a me* ad Cl. Aquas editam pag. 156 nr. 1530).

184. Spinae Philippi de societate Amanatorum, civi et mercatori Pistorien. (de pecunia decimarum subsidio Terrae sanctae concessarum auctoritate apost. in regno Angliae collecta). Cum de pecunia decimarum. Dat. apud Urbem veterem IV nonas aprilis anno IV (= 1284 Apr. 2).

185. Guardiano et fratribus ord. Min. de Assisio (ut bona, de quibus supra nr. 183, camerae apost. tradant). . . . . . Dat. apud Urbem veterem idibus aprilis anno IV (= 1284 Apr. 13).

Honorii IV.

186. Generali ministro et fratribus ord. Min. (ut primum lapidem poni vel ecclesias altariaque consecrari aut coemeteria benedici, impedito vel recusante episcopo dioecesano, a quocunque alio episcopo facere possint). Ex parte vestra. Dat. Romae apud s. Sabinam XV kal. februarii anno I (= 1286 Ian. 18; l. c. III, 555, nr. 24).

187. Episcopo et archipresbytero ac capitulo Perusinis (ut corpus Martini papae IV in ecclesia maiori Perusina sepultum ad ecclesiam s. Francisci Assisium transferri permittant). Vestram non credimus. Dat. Romae apud s. Sabinam kalendis februarii anno I (= 1286 Febr. 1; bis; l. c. III, 557, nr. 28).

188. Potestati, capitaneo, consilio et communi Perusinis (simili modo ut nr. 187). Sincera et antiqua. Dat. Romae apud s. Sabinam kalendis februarii anno I (= 1286 Febr. 1; bis; l. c. III, 558, nr. 29).

189. Generali ministro et fratribus ord. Min. (irrita esse quaecumque pacta a fratribus Min. cum praelatis vel clericis ecclesiarum inita sine consensu ministri aut capituli generalium). Religionis favor. Dat. Romae apud s. Sabinam IV idus februarii anno I (= 1286 Febr. 10; l. c. III, 560, nr. 33).

Nicolai IV.

190. Custodi fratrum ord. Min. ecclesiae s. Francisci in Assisio (nonnulla paramenta, vasa, pecunia eidem ecclesiae ab ipso S. P. donantur). Suscepimus nuper. Dat. Laterani VI kal. martii anno I (= 1288 Febr. 24 vel 25; l. c. IV, 4, nr. 2).

191. Generali et provincialibus ministris ac universis fratribus ord. Min. (ipsum ordinem a quorumcumque iurisdictione esse exemptum et soli sedi apost. subiectum). Quia nonnulli. Dat. Romae apud s. Petrum II kal. maii anno I (= 1288 Apr. 30; bis; l. c. IV, 17, nr. 19).

192. Ministro provinciae et custodi s. Francisci ac fratribus ord. Min. de Assisio (vetitum esse, ne aliarum religionum monasteria intra vel extra civitatem infra 200 cannarum spatium aedificentur). Dum sollicitae considerationis. Dat. Romae apud s. Petrum II kal. maii anno I (1288 Apr. 30; bis; l. c. IV, 16, nr. 17).

193. Generali et provincialibus ministris ac universis fratribus Ord. Min. (ne fiat amplius ulla provinciarum divisio absque speciali sedis apost. licentia). Quia provinciarum Ordinis vestri. Dat. Reate III idus maii (non: martii) anno I (= 1288 Maii 13; l. c. IV, 19, nr. 23).

194. Generali et provincialibus ministris ord. fratr. Min. (ex singulis provinciis praeter ministrum provincialem unum dumtaxat custodem in comitiis generalibus suffragatorem esse debere). Ad statum pacificum. Dat. Reate III idus maii (non: martii) anno I (= 1288 Maii 13; l. c. IV, 19, nr. 22).

195. Ministro provinciae ac custodi s. Francisci et fratribus Ord. fratr. Min. de Assisio (ne quis ecclesiam s. Francisci Assis. ecclesiastico interdicto subiicere possit absque speciali sedis apost. licentia). Praeclara gloriosissimi. Dat. Reate II idus maii anno I (= 1288 Maii 14; bis; l. c. IV, 21, nr. 26).

196. Generali et provincialibus ministris ac universis fratribus ord. Min. (ne mortuo ministro generali fiat vicarius generalis absque S. P. et cardinalis protectoris speciali licentia). Quoniam revocatur a vobis. Dat. Reate II idus maii anno I (= 1288 Maii 14; l. c. IV, 21, nr. 25).

197. Generali et provincialibus ministris ac universis fratribus ord. Min. (ne fratres Min. ad alias religiones transeuntes in illis ullas dignitates aut officia habere possint). In vestri ordinis regula. Dat. Reate II idus maii anno I (= 1288 Maii 14; l. c. IV, 20, nr. 24).

198. Ministro provinciae et custodi (loci) b. Francisci (ut personas idoneas deputent, per quas oblationes in ecclesiis s. Francisci Assis. et de Portiuncula colligantur et conserventur). Reducentes ad. Dat. Reate idibus maii anno I (= 1288 Maii 15; bis; l. c. IV, 23, nr. 29).

199. Generali ord. fratr. Min. et provinciae s. Francisci ministris (ut de oblationibus et eleemosynis, quae fiunt in ecclesiis s. Francisci Assis. et de Portiuncula, cum consilio discretorum fratrum ipsius ecclesiae s. Francisci de Assisio possint facere conservari, reparari, ornari easdem ecclesias, prout viderint expedire). Reducentes ad. Dat. Reate idibus maii anno I (= 1288 Maii 15; bis; l. c. IV, 22, nr. 28).

200. Ministro (generali) et fratribus ord. Min. (quomodo tempore generalis interdicti se habeant). Meritis vestrae religionis. Dat. Reate IX (non: VIII) kal. septembris anno I (= 1288 Aug. 24; l. c. IV, 32, nr. 44).

201. Guardiano et fratribus ord. Min. ecclesiae s. Francisci de Assisio (indulgentias concedi visitantibus ipsam ecclesiam in festivitate

eiusdem s. Francisci et per octavam). Eximiae devotionis. Dat. Reate V kal. octobris anno I (= 1288 Sept. 27; l. c. IV, 48, nr. 61).

202. Bandino Ammanati eiusque sociis de societate Ammanatorum (ipsum S. P. ab eis de pecunia Honorii IV apud eos deposita 19985 flor. auri recepisse). Cum ad mandatum nostrum. Dat. Romae apud s. Mariam maiorem idibus decembris anno I (= 1288 Dec. 13).

203. Custodi et fratribus ord. Min. s. Francisci de Assisio (omnibus ipsam ecclesiam s. Francisci singulis diebus visitantibus indulgentiam unius anni et 40 dierum concedi). Praecelsa gloriosissimi confessoris. Dat. Romae apud s. Mariam maiorem IV nonas maii anno II (= 1289 Maii 4; l. c. IV, 73, nr. 111).

204. Custodi et fratribus (ord. Min.) s. Francisci de Assisio (destinatur ab ipso S. P. quoddam aurifrisium (auriphrygium) ad ornatum altaris ipsius s. Francisci). Excitamur ab intimis. Dat. Reate VII idus augusti anno II (= 1289 Aug. 7; l. c. IV, 92, nr. 146).

205. Universis Christifidelibus (nuntiatur captio civitatis Tripolitanae per soldanum Babyloniae). Visio dura nuntiata est Nobis. Dat. Romae apud s. Mariam maiorem nonis ianuarii anno II (= 1290 Ian. 5; apographum; cfr. l. c. IV, 128 not. a).

206. Nesio Ammanati et sociis de societate Ammanatorum (testatur se 14445 flor. auri in subsidium Terrae Sanctae expendendos ab eis recepisse). . . . . Dat. Romae apud s. Mariam maiorem idibus februarii anno II (= 1290 Febr. 13).

207. Universis Christifidelibus (ut fratres tertii ordinis s. Franc. sibi eligant visitatores et procuratores ex fratribus Min., ministros vero ex suo ordine). Unigenitus Dei filius. Dat. apud Urbem veterem VI idus augusti anno III (= 1290 Aug. 8; l. c. IV, 167, nr. 296).

208. Iacobo Agolantis, Bandino Ammanati et aliis de societate Ammanatorum (testatur, se recepisse de pecuniis pro subsidio Terrae sanctae apud eos depositis tum 119 1/2 flor. auri tum 786 marcas 2 solidos 6 1/2 denarios sterlingorum (= 1291 Mart. 9).

209. Universis Christifidelibus (ecclesiam S. Francisci de Assisio in singulis Pentecostes, Nativitatis, Assumptionis, Purificationis et Annuntiationis B. M. V., b. Francisci translationis ac s. Antonii festivitatibus et per earum octavas necnon in anniversario die dedicationis ipsius ecclesiae visitantibus annuatim indulgentiae unius anni et 40 dierum conceduntur). Eximiae devotionis affectus. Dat. apud Urbem veterem idibus (non: kalendis) iunii anno IV (= 1291 Iun. 13; l. c. IV, 254, nr. 475).

Bonifatii VIII.

210. Custodi et fratribus ord. Min. ecclesiae s. Francisci de Assisio (ipsam ecclesiam in festo b. Francisci et per octavam visitantibus annuatim indulgentiam 1 anni et 40 dierum concedi). Ante thronum. Dat. Romae apud s. Petrum XII kal. februarii anno I (= 1296 Ian. 21; l. c. IV, 379, nr. 49).

211. Custodi et fratribus ord. Min. ecclesiae s. Francisci de Assisio (ipsam ecclesiam singulis diebus visitantibus indulgentiam 100 dierum concedi). Licet is. Dat. Romae apud s. Petrum XII kal. februarii anno I (= 1296 Ian. 21; l. c. IV, 380, nr. 50).

212. Neso Bartholomaei et aliis de societate Ammanatorum (datur apocha super solutione 1000 fl. auri 5 libr. et 10 sol. Venet. gross. argent. de pecunia decimarum pro negotio regni Siciliae concessarum, a b. m.

Bernardo episc. Paduan. collecta et apud eos deposita). Dat. Romae apud s. Petrum V kal. februarii anno II (= 1296 Ian. 28).

213. Constitutio « Clericis laicos ». Dat. Romae apud s. Petrum VI kal. martii anno II (= 1296 Febr. 24).

214. Ad perpetuam rei memoriam (damnantur quaedam personae dogmatizantes contra s. catholicam Ecclesiam). Saepe sanctam Ecclesiam. Dat. Anagniae kalendis augusti anno II (= 1296 Aug. 1: l. c. IV, 409, nr. 89, ubi desideratur initium ipsarum litterarum).

215. Universis inquisitoribus haer. prav. (ut procedant contra bizochos et religiosos apostatas ac gyrovagos secundum constitutionem eadem die datam, quae incipit: « Firma cautela salutis est »). Ne praetextu religiosi habitus. Dat. Anagniae X kal. octobris anno II (= 1296 Sept. 22; extant istae litterae cum bullatae tum transsumptae).

216. Potestati, capitaneo, ansianis, consilio et communi Assis. (ut mittant equites et pedites contra perfidos Columpnenses). Ab antiquo ad apost. sedem. Dat. apud Urbem veterem VI idus septembris anno III (= 1297 Sept. 8).

217. Universis praesentes litteras inspecturis (destinatur tenor cuiusdam constitutionis die 3 Mart. 1298 editae circa modum procedendi in negotio haer. prav.). Tenorem cuiusdam constitutionis. Dat. Laterani idibus februarii anno V (= 1299 Febr. 13).

Benedicti XI.

218. Ad perpetuam rei memoriam (constitutio Bonif. VIII « Super cathedram » revocatur). Inter cunctas. Dat. Laterani XIII kal. martii anno I (= 1304 Febr. 17; l. c. V, 11, nr. 20).

219. Generali et provincialibus (ministris) ac universis fratribus ord. fratr. Min. (confirmatur exemptio ab omni episcoporum dioeceseorum iurisdictione). Inter ceteros ordines. Dat. Romae apud s. Petrum IV nonas aprilis (= 1304 Apr. 2; l. c. V, 19, nr. 33).

220. Assis., Spoletan. et Perusino episcopis (committitur defensio fratrum Min. provinciae s. Francisci secundum constit. « Inter cunctas », cfr. supra nr. 218). Super egenum. Dat. Romae apud s. Petrum IV nonas aprilis anno I (= 1304 Apr. 2; cfr. l. c. V, 18, nr. 32).

Clementis V.

221. Inquisitoribus haer. prav. patrimonii b. Petri in Tuscia, marchiae Ancon. et vallis Spoletanae, Romaniolae et Massae Trabariae (ut inquirant contra Templarios variorum criminum accusatos). Pastoralis praeeminentiae. Dat. Pictavis X kal. decembris anno III (= 1307 Nov. 22; l. c. V, 42, nr. 96).

Ioannis XXII.

222. Ad perpetuam rei memoriam (declarantur quaedam dubia super regula fratrum Min.). Quorundam exigit. Dat. Avinione nonis octobris anno II (= 1317 Oct. 7; l. c. V. 128, nr. 289).

223. Ad perpetuam rei memoriam (contra Fraticellos procedi iubetur). Sancta Romana atque. Dat. Avinione III kal. ianuarii anno II (= 1317 Dec. 30; l. c. V, 134, nr. 297).

224. Mag. Raynaldo de s. Arthemia thesaurario Noviomensi, capellano nostro, ducatus Spoletani rectori, et inquisitoribus haer. prav. in

provincia s. Francisci (ut procedant contra Spoletanos, qui Fredericum olim comitem de Monteferetro sibi in ducem assumpserunt). Intellecto dudum. Dat. Avinione X kal. ianuarii anno VI (= 1321 Dec. 23; l. c. V, 218, nr. 455a).

225. Communi Assis. (relaxatur interdictum ad unum annum)..... Dat. Avinione XV kal. iunii anno X (= 1326 Maii 18).

226. Abbati mon. s. Petri Perusin. (ut processus contra monachos mon. s. Petri Assis., qui ignoranter illud interdictum aliquamdiu non observabant, habitos tollat et revocet)..... Dat. Avinione kalendis aprilis anno XI (= 1327 Apr. 1).

227. Episcopo Assis. (illud interdictum ad aliud biennium relaxari).... Dat. Avinione II kal. iulii anno XI (= 1327 Iun 30).

228. Communi Assis. (illud interdictum usque ad festum Resurr. Dom. a. 1331 relaxari).... Dat. Avinione IX kal. novembris anno XIV (= 1329 Oct. 24).

229. Custodi ceterisque fratribus provinciae s. Francisci (qui commendantur de sua devotione erga ipsum S. P. et ecclesiam Rom. et, ut perseverent, monentur). Ad nostram pridem veniens. Dat. Avinione V kal. ianuarii anno XVII (= 1332 Dec. 28: l. c. V, 538, nr. 1004).

Benedicti XII.

230. Ad perpetuam rei memoriam (pro bono regimine ord. fratr. Min. novae constitutiones promulgantur). Redemptor noster. Dat. Avinione IV kal. decembris anno II (= 1336 Nov. 28; l. c. VI, 25, nr. 51).

231. Francisco de Mevania canonico Assis. (ut Mannaresum de Tuderto in possessionem ecclesiae s. Petri de Montescopio dioec. Spoletanae inducat).... Dat. Avinione V idus maii anno IV (= 1338 Maii 11).

232. Nicolao (ex ord. Min.) episcopo Assis. (committitur vicariatus in spirit. in Urbe). Inter curas multiplices. Dat. Avinione XVII kal. maii anno VII (= 1341 Apr. 15; l. c. VI, 81, nr. 130).

Clementis VI.

233. Generali et provincialibus ministris ord. fratr. Min. (ut inquisitores haer. prav. de eodem ord. fideli et solerti diligentia contra Fraticellos procedere iubeant). Intelleximus displicenter. Dat. Avinione VIII kal. maii anno IV (= 1346 Apr. 24; apographum; l. c. VI, 179, nr. 361).

Gregorii XI.

234. Universis et singulis ministris provincialibus et custodibus ac guardianis ord. fratr. Min. eorumque vicariis (ut aliquos fratres Min. mittant vel ire sinant ad vicariam Bosnae fidei catholicae disseminandae causa). Salvatoris domini nostri. Dat. Avinione X kal. iulii anno II (= 1372 Iun. 22; l. c. VI, 478, nr. 1201).

235. Ministro provinciae s. Francisci et custodi ac guardiano Assisii ord. fratr. Min. (ut tollant quosdam abusus, qui tempore indulgentiae ecclesiae b. Mariae de Portiuncula concessae irrepsisse dicuntur). Ad nostrum displicenter. Dat. Avinione IV nonas iulii anno II (= 1372 Iul. 4; exstant litterae tum bullatae tum transcriptae; l. c. VI, 483, nr. 1205).

236. Ad perpetuam rei memoriam (iudices ordinarii in civ. Assis. contra illos heredes, qui legata fratribus Min. Assis. facta eisdem assignare recusant, procedant). Sedes apostolica. Dat. Avinione IV idus ianuarii anno V (= 1375 Ian. 10; bulla et transsumptum; l. c. VI, 545, nr. 1366).

Urbani VI.

237. Clero civ. et dioec. Assis. (ad ipsam eccl. Assis. per obitum Thomasii episcopi vacantem Paulum episcopum Lacedonien. translatum esse). Romani pontificis. Dat. Tibure XII kal. augusti anno I (= 1378 Iul. 21; transsumptum; l. c. VII, 1, nr. 1).

Bonifatii IX.

238. Ad futuram rei memoriam (fratribus Min. Assis. conceditur facultas ministrandi peregrinis sacramentum eucharistiae). Magnae devotionis affectus. Dat. Perusii VI kal. novembris anno III (= 1392 Oct. 27; bis; l. c. VII, 31, nr. 99).

239. Universis Christifidelibus (capellam s. Catharinae in ecclesia fratrum Min. Assis. sitam devote visitantibus in festo dedicationis ipsius capellae annuatim conceditur indulgentia 5 ann. et 5 quadrag.). Licet is. Dat. Perusii II kal. novembris anno III (= 1392 Oct. 31; l. c. VII, 31, nr. 100).

240. Universis Christifidelibus (ad conservationem structurae conventus fratrum Min. Assis. et ad sustentationem ipsorum fratrum manus adiutrices porrigentibus conceduntur indulgentiae 7 ann. et 7 quadrag.). Ecclesiarum et piorum locorum. Dat. Assisii V kal. septembris anno IV (= 1393 Aug. 28; l. c. VII, 36, nr. 118).

241. Ad perpetuam rei memoriam (confirmatur bulla Alexandri IV die 26 Sept. 1258 data, cuius auctoritate fratres Min. in ecclesia s. Francisci Assis. confessiones peregrinorum licite audire valeant). Apostolicae sedis. Dat. Assisii V kal. septembris anno IV (= 1393 Aug. 28; bis; l. c. VII, 36, nr. 117).

242. Ad futuram rei memoriam (statutum communis civit. Assis., quo cautum est, ne qua mulier possit modo aliquo testari sine praesentia et consensu certae personae in eodem statuto descriptae, nullum esse aut fuisse declaratur). Ad ea solet. Dat. Assisii V kal. septembris anno IV (= 1393 Aug. 28; bis; l. c. VII, 37, not. 2).

243. Ad perpetuam rei memoriam (fratres Min. Assis. eximuntur ab impositionibus seu collectis per generalem aut provinciales ministros praescriptis). Dum ad merita. Dat. Assisii V kal. septembris anno IV (= 1393 Aug. 28; bis; l. c. VII, 37, nr. 119).

244. Ad futuram rei memoriam (illa pars, quam fratres Min. Assis. ratione funerum rectoribus paroch. eccles. Assis. solvere debeant, ad minorem reducitur). Dum ad merita. Dat. Assisii V kal. septembris anno IV (= 1393 Aug. 28; bis; l. c. VII, 37, nr. 120).

245. Philippo Angeletti custodi, Nicolao Vannini ... fratribus conventus fratrum Min. Assis. (indulgentia plenaria in mortis articulo conceditur). Provenit ex vestrae devotionis. Dat. Assisii kal. septembris anno IV (= 1393 Sept. 1; l. c. VII, 36, nr. 118a).

246. Ad perpetuam rei memoriam (fratribus Min. Assis. conceditur facultas cantandi in festo s. Francisci inter missarum solemnia symbolum apostolorum). Prae fulgore. Dat. Romae apud s. Petrum III nonas octobris anno IV (= 1393 Oct. 5; l. c. VII, 39, nr. 124a).

Innocentii VII.

247. Ad futuram rei memoriam (confirmatur reductio portionis canonicae supra nr. 243 relata). Honestis supplicum votis. Dat. Viterbii III kal. martii anno II (= 1407 Febr. 27; l. c. VII, 184, nr. 511).

Gregorii XII.

248. ... (Revocatur commenda monasterii s. Clementis de Piscaria ord. s. Ben. dioec. Theatin. Petro Bonifatio quondam Andreae Mathiae ducis Adriae, clerico Adrien. dioec., a Bonif. IX facta)... Dat. Romae apud s. Petrum XI kal. aprilis anno I (= 1407 Mart. 22).

249. Angelo priori s. Rufini de Assisio (ut redditus mensae episc. Assis. pro camera apost. sequestratos, eo quod Nicolaus episc. Assis. (ex ord. Min.), collector apost. in insula Siciliae, ipsi camerae de receptis ex illa collectoria non satisfecit, pro eiusmodi satisfactione capiat). Dudum cum. Dat. Gaietae VII kal. septembris anno IV (= 1410 Aug. 26; l. c. VII, 204, nr. 546a).

250. Philipputio de Assisio, ministro provinciae Bononien. ord. Min. (ne quid contra Petrum Hispanum ord. Min. attentet). Nuper ad nostram. Dat. Arimini XIII kal. ianuarii anno VIII (= 1413 Dec. 20; l. c. VII, 209, nr. 559).

Martini V.

251. Universis Christifidelibus (ad reparationem ecclesiae fratrum Min. Assis. et ad sustentationem ipsorum fratrum manus adiutrices porrigentibus indulgentiae 5 ann. et 5 quadrag. conceduntur). Quanto frequentius. Dat. Florentiae VI kal. aprilis anno III (= 1420 Mart. 27; l. c. VII, 531, nr. 1442).

252. Pascutio Vannini de Assisio ord. fratrum Min. professori et... in provincia s. Francisci... vicario (ratum et gratum haberi, quod in ipsum vicarium a ministro generali est institutus). Votis tuis. Dat. Romae apud s. Apostolos IX kal. iulii anno VIII (= 1425 Iun. 23; l. c. VII, 625, nr. 1646).

253. Priori ecclesiae Spoletanae (ut se informet, si tempus ministeriatus provincialis provinciae s. Francisci, quem Philipputius de Assisio hucusque exercebat, sit prorogandum). Humilibus supplicum votis. Dat. Romae apud s. Apostolos IV idus ianuarii anno XI (= 1428 Ian. 10; exstant litterae tum bullatae tum transscriptae; l. c. VII, 695, nr. 1804).

254. Antonio de Massa... ord. fratr. Min. generali ministro ac provincialibus ministris, custodibus, et universis fratribus eiusd. ord. ad generale capitulum (Assisii) congregandis (ut in eo tam Conventuales quam Observantes conveniant). Romani pontificis. Dat. Romae apud s. Apostolos III kal. maii anno XIII (= 1430 Apr. 29; l. c. VII, 733, nr. 1884). *Hucusque 7 voll. Bullarii Franciscani pertingunt.*

Eugenii IV.

255. Priori prioratus s. Nicolai Tudertini (de quadam petitione abbatissae et conventus mon. s. Francisci Tudertin. = 1438 Mart. 21).

256. Episcopo Assis. (de quadam petitione Guilelmi de Casali ministri generalis ord. Min. et Iacobae viduae Nicolai de Chese de Montepolitiano circa legatum ipsius Nicolai pro ecclesia s. Francisci = 1441 Sept. 20; transsumptum).

257. Generali ministro ord. fratr. Min. (innovatur bulla Martini V. « Ad statum ordinis fratrum Min. » die 23 Aug. 1430 data = 1440 Nov. 9).

258. Universis Christifidelibus (Ioannem de Pontremulo custodem sive guardianum ceterosque fratres Min. Assis. posse 100 personis illarum partium plenariam absolutionem in articulo mortis concedere = 1443 Sept. 4).

259. Antonio de Rusconibus... ord. Min. generali ministro (de vicariis pro fratribus de Observantia citra et ultra montes instituendis = 1446 Maii 6).

Nicolai V.

260. Ad perpetuam rei memoriam (innovantur litterae Gregorii XI die 10 Ian. 1375 datae et supra nr. 235 relatae = 1450 Ian. 28).

261. Episcopo Assis. (ut pretia seu pensiones apothecarum tempore indulgentiarum Assisii in platea fratrum Min. a nonnullis civibus erectarum et venditarum domui ipsorum fratrum assignentur = 1451 Ian. 16).

262. Custodi et fratribus domus s. Francisci Assis. ord. fratr. Min. (omnes libertates et immunitates a Romanis pontificibus et principibus saecul. ipsi ordini concessae confirmantur = 1451 Ian. 23).

263. Custodi et fratribus domus s. Francisci Assis. ord. fratr. Min. (omnia privilegia ecclesiae et domui eorum concessa confirmantur = 1451 Febr. 7).

264. Valerio episcopo Saonen., gubernatori civitatis Tudertin. (ut causam inter custodem et fratres Min. domus s. Francisci Assis. ac Bonacursum et Lelium fratres dictos de Massa super quibusdam bonis et pecuniis vertentem decernat = 1451 Apr. 1; accedit aliud « breve » super eadem causa die 8 Apr. 1451 datum).

265. Castellano et Assis. episcopis (ut illos ignotos, qui res ad domum s. Francisci Assis. ord. fratr. Min. pertinentes occultant et retinent, publice in ecclesiis ad restituendum moneant = 1451 Dec. 1).

266. Custodi et fratribus domus s. Francisci Assis. (qui de pecuniis ex oblationibus super altare b. Mariae de Angelis seu Portiuncula dioec. Assis. provenientibus fratribus eiusdem domus b. Mariae 300 flor. auri pro aedificatione cuiusdam dormitorii solvere debebant, hucusque autem non plus quam 100 fl. solverunt, alii 200 fl. remittuntur = 1451 Febr. 16).

Calixti III.

267. ... (Omnes oblationes, quae fiunt in ecclesia b. Mariae de Portiuncula, applicari debere fabricae et reparationi ecclesiae s. Francisci Assis. et aliorum aedificiorum ad eam pertinentium = 1457 Sept. 13).

Sixti IV.

268. Prioribus monasteriorum s. Pauli et s. Massaei Assis. ac vicario episcopi Assis. (ut quoscumque bona domus s. Francisci Assis. detinentes ad restituendum compellant = 1472 Ian. 16).

269. ... (Ad instar Martini V et Eugenii IV fratribus Min. facultas conceditur recipiendi legata et subventiones atque ea in id, quod pro necessitatibus suis eis melius expedire videbitur, convertendi = 1472 Febr. 29).

270. ... (Fratres Min. domus s. Francisc. Assis. a daciis et gabellis alias solvendis eximuntur eisque indulgetur, ut de cetero fideicommissa et hereditates exigere et vendere possint = 1471 Nov. 12).

271. ... (Festum s. Francisci tamquam duplex ab omnibus observandum esse; bis = 1472 Oct. 3).

272. Christifidelibus (pro reparatione ecclesiarum domorum s. Francisci et s. Bernardini manus adiutrices porrigentibus indulgentiae conceduntur = 1472 Nov. 26).

273. ... (Ad instantiam Ioannis de Trevio ministri provincialis provinciae s. Francisci ord. Min. ordinatur, ut ex annuis redditibus apothecarum in platea domus s. Francisci Assis. existentium singuli 25 flor. tum novitiatui tum infirmariae ipsius domus tradantur = 1474 Febr. 1).

274. Priori ecclesiae Assis. (ut eos, qui bona et hereditates ad Franciscum de Salerno laicum Assis. pertinentes detinent et occultant, ad ea restituenda publice in ecclesiis moneat = 1473 Iul. 5).

275. Thesaurario nostro civitatis Perusinae (ut exemptionem a gabellis et daciis fratribus Min. Assis. concessam observari faciat = 1474 Ian. 27; cfr. supra nr. 270).

276. ... (Varia privilegia a sede apost. fratribus Min. concessa confirmantur). Regimini universalis ecclesiae. Dat. (1474 Aug. 31).

277. Episcopo Urbinatensi et Falconi de Sinibaldis, canonico basil. principis Apost. de Urbe ac vicario episcopi Assis. (ut Leonem episc. de ord. Min. Observ. in possessionem monasterii s. Nicolai de Campolongo ord. s. Ben. dioec. Assis. ei in commendam concessi inducant = 1475...) cf. n. 282.

278. ... (Nonnullis s. Catharinam de Senis cum stigmatibus pingi facientibus inhibetur, ne quis, excepto s. Francisco, alios stigmatibus ornatos esse affirmet = 1475 Aug. 25).

279. ... (Ut de singulis florenis officialibus civit. Assis. solvendis unus bononenus, quorum 40 florenum constituunt, retineatur et fabricae ecclesiae et domus s. Francisci ac capellae s. Bernardini nuper aedificatae pro earum restauratione assignetur = 1475 Dec. 8).

280. ... (Omnibus, qui missam et officium Conceptionis B. M. V. iuxta piam ordinationem magistri Leonardi de Nugarolia, clerici Veronensis, notarii apost., et sui ipsius S. P. institutionem in die festivitatis ipsius Conceptionis et per octavam devote celebraverint vel dixerint, quaedam indulgentiae conceduntur = 1477 Febr. 27).

281. Ioanni de Assisio ord. Min., theologiae professori (annua pensio 30 flor. super redditibus cuiusdam ecclesiae assignatur = 1477...).

282. Leoni episcopo Sithien. (confirmantur omnia beneficia, quae obtinet, et fructus mon. s. Nicolai de Campolongo dioec. Assis. in commendam ei concessi, cfr. supra nr. 277 = 1476 Aug. 25).

283. ... (Monasterium praedictum, quod ille episcopus per Ioannem episc. Vasionen. in manibus ipsius S. P. resignavit, ad preces Ioannis de Trevio ministri provinciae s. Francisci et in Romana curia procuratoris generalis necnon Francisci de Force custodis ac fratrum domus s. Francisci Assis. sacristiae ipsius domus incorporatur = 1476 Aug. 25; cfr. infra nr. 285).

284. Universis Christifidelibus (ecclesiam s. Francisci Assis. in die translationis eius devote visitantibus et pro sustentatione tantae domus manus adiutrices porrigentibus indulgentiae conceduntur, custodi autem eiusdem facultas tribuitur deputandi aliquos viros idoneos eiusd. ord. ad confessiones peregrinorum audiendas = 1476 Aug. 25).

285. ... (Etiam beneficia ad mon. s. Nicolai supra nr. 282 et 283 relatum pertinentia sacristiae ecclesiae s. Franc. Assis. expresse incorporantur = 1479 Febr. 2).

286. ... (Ad preces Francisci Sampsonis ministri generalis ord. Min. et custodis ac fratrum domus s. Francisci Assis. indulgetur, ut deinceps festum translationis s. Francisci non die 25 Maii, in qua festum Pentecostes tunc actum est, sed secunda die festivitatis Pentecostes quotannis celebretur = 1479 Febr. 2).

Innocentii VIII.

287. ... (Singulos, qui bona ad domum s. Francisci Assis. ord. Min. pertinentia indebite retinent vel occultant, excommun. sententiam incurrere = 1486 Nov. 5).

288. Custodi domus s. Franc. Assis. (facultas conceditur absolvendi ab excomm. sententia illos, qui eam ob damna bonis ipsius domus illata incurrerunt = 1486 Nov. 20).

289. Iulio Caesari episcopo Montispilosi in civit. Assis. commoranti (ut in causa inter fratres Min. domus s. Franc. Assis. ac Bernardinum de Salvis civem Assis. et legum doct. super quodam legato vertentem decernat = 1487 Febr. 6).

290. Christifidelibus (ad sustentationem fratrum Min. in magno numero ad capitulum gen. accessurorum pias eleemosynas erogantibus indulgentiae conceduntur = 1491 Mart. 13).

Alexandri VI.

291. ... (Infirmariae domus s. Francisci Assis. prioratus s. Ioannis de Turre de Urbeveteri incorporatur = 1501 Ian. 27; bis).

Leonis X.

292. Universis Christifidelibus (qui fratribus Min. tempore Pentecostes proxime futurae Assisii ad capitulum generale convenientibus pias eleemosynas erogaverint et ecclesiam s. Francisci Assis. eo tempore visitaverint, indulgentiae in forma « brevis » conceduntur, tributa fr. Bernardino de Ripa, vicario generali ipsius ordinis, facultate deputandi idoneos fratres Min., qui confessiones illorum Christifidelium audiant eosque a commissis, nisi etc., absolvant = 1513 Mart. 15).

293. ... (Confirmatur in forma « brevis » ordinatio quaedam sedis apost., quod omnes eleemosynae in ecclesia b. Mariae de Portiuncula obvenientes sint pro fabrica utriusque ecclesiae (tam superioris quam inferioris) s. Francisci Assis. et aliorum eiusdem aedificiorum = 1515 Aug. 22).

Clementis VII.

294. Benedicto vicelegato Perusiae et Umbriae (ut, cum circa solemnes caeremonias in initianda et finienda indulgentia de Portiuncula a primis vesperis usque ad secundas diei 2 Augusti observandas ultimis annis quaedam dissensio inter fratres Min. Observ. apud ipsam ecclesiam de Port. existentes et fratres Min. domus s. Francisci Assis. exorta sit, cum utriusque domus fratribus agat eisque mandet, ut omnes antiquas caeremonias in processione et solemnitate huiusmodi ab eisdem fratribus observari solitas effectualiter et plene observent = 1526 Iul. 18; quod « breve » typis est expressum).

Pauli III.

295. ... (Ordo fratrum Min. Conv. a iurisdictione episcoporum ordinariorum et iudicum saecularium per litteras « breve » dictas eximitur seu exemptus confirmatur = 1535 Dec. 10).

296. ... (Exemptio ordinum fratrum Min. Conv. et sororum s. Clarae a solutione decimarum ex possessionibus ad eos vel eas pertinentibus confirmatur = 1540 Iul. 2; transsumptum typis expressum).

Iulii III.

297. Caesenatensi et Lipparensi episcopis et vicario in spirit. generali episcopi Assis. (ut Gentilem de Honofriis in possessionem ruralis ecclesiae s. Blasii de la Bastia dioec. Assis., ipsi a sede apost. collatae, inducant = 1552 Aug. 28).

Pii IV.

298. Amerino et Murano episcopis ac vicario generali in spirit. episcopi Assis. (ad instantiam fratrum Min. Conv. domus s. Francisci Assis. mandatur, ut illos, qui possessiones, pecunias, scripturas ad ipsam domum pertinentes occultant vel indebite detinent, ad eas restituendas publice moneant = 1562 Febr. 19).

Gregorii XIII.

299. ... (Indulgetur, ut, quotiescumque ad altare in capella s. Francisci Assis. missa celebrabitur pro anima cuiuscumque fidelis, quae Deo in caritate coniuncta ab hac luce migraverit, ipsa de thesauro Ecclesiae indulgentiam ita consequatur, ut Domini N. I. Chr. et beatae M. V. ac beatorum apostolorum Petri et Pauli aliorumque omnium sanctorum meritis suffragantibus a purgatorii poenis liberetur = 1577 Oct. 14).

300. ... (Simili modo pro altari s. Antonii in ecclesia s. Francisci de Leonessa dioec. Spoletan. = 1578 Dec. 5).

301. Universis Christifidelibus (in festivitate ss. stigmatum s. Francisci ecclesiam ipsius sancti Assisii visitantibus ad decennium indulgentia conceditur, et quidem anno I, V, X plenaria, aliis autem annis 7 ann. et 7 quadrag. = 1579 Ian. 24).

302. ... (Sodalibus confraternitatis in ecclesia b. Mariae castri seu terrae Rocchigiollae in honorem eiusdem b. M. erectae indulgentiae conceduntur = 1579 Dec. 19).

303. Assis. et Fulgin. ac Perusin. episcopis (ad instantiam guardiani et fratrum Min. domus s. Francisci Fulgin. mandatur, ut eos, qui aliqua bona et scripturas ad eam pertinentia occultant et indebite retinent, publice ad ea restituenda moneant = 1581 Apr. 18).

304. Nucerin. et Assis. episcopis (ad instantiam Antonii Fera « magistri » generalis ord. fratr. Min. Conv. ut supra nr. 299 quoad bona ad ipsum ordinem pertinentia = 1581 Oct. 15).

305. Priori ecclesiae Assis. (ut, si sibi utilius videbitur, fratribus Min. domus s. Franc. Assis. concedat facultatem vendendi vel permutandi quasdam petias terrarum = 1582 Ian. 18).

306. ... (Confirmatur iterum ordinatio supra nr. 298 relata = 1583 Nov. 8).

Sixti V.

307. Universis Christifidelibus (qui in festiv. ss. Francisci, Antonii de Padua, Bonaventurae, Ludovici episcopi ecclesias fratrum Min. Conv., Obs., Cap. et in fest. s. Clarae ecclesias monialium Clarissarum devote visitaverint annuatim, ad instantiam Clementis Bontadosii magistri gen. ord. Min. Conv. indulgentiae conceduntur = 1585 Sept. 28; « breve » typis expressum).

308. ... (In ecclesia et ad altare s. Francisci Assis. erigitur archiconfraternitas utriusque sexus Christifidelium, qui cordam per fratres Ord. Min. Conv. gestari solitam deferant, cui archiconfr. possint aliae confraternitates quarumcumque mundi partium per Magistrum Generalem eiusd. ord., qui pro tempore fuerit, aggregari = 1585 Nov. 19; exstant litterae tum originales, tum typis expressae).

309. ... (Omnia privilegia a summis pontif. ordini fratrum Min., qui hodie Conventuales nuncupantur, concessa confirmantur = 1588...).

Clementis VIII.

310. ... (Cum Ioanne Quaglia scholari Spoletanae dioec. dispensatur super defectu natalium, quem patitur de coniugato et soluta genitus = 1600...).

311. Vicario generali archiepiscopi Mediolani (conceditur facultas dispensandi cum fr. Silvio Zatuati ord. Min. Conv. super irregularitate, quam contraxit eo, quod mense Februarii praeterito in domo paterna seu fraterna loci s. Victoris eiusd. dioec. commorans suis fratribus accedentibus mandavit, ut quendam hominem, ipsum fratrem Silvium ense armata aggredientem et interficere volentem, occiderent, quod hi et fecerunt = 1601 Maii 21).

312. ... (Omnia privilegia ordini fratrum Min. Conv. concessa confirmantur). In apostolicae dignitatis culmine. Dat. (1602 Sept. 5).

313. Episcopo Ass. eiusque vicario in spirit. generali (ad instantiam guardiani et fratrum domus s. Francisci Assis. ord. Min. Conv. mandatur, ut illos, qui possessiones et scripturas ad eam pertinentes occultant et indebite detinent, ad eas restituendas publice moneant = 1604 Nov. 5).

Pauli V.

314. Sodalibus confraternitatis in ecclesia s. Dionysii castri Podii inferioris dioec. Assis. sub invocatione Corporis Domini institutae (indulgentiae conceduntur = 1608 Oct. 3).

315. Christifidelibus (ecclesiam s. Franc. Assis. in festo ss. stigmatum ipsius Sancti devote visitantibus indulgentiae conceduntur = 1609 Sept. 1).

316. Episcopo Assis. (ut supra nr. 313 = 1609 Sept. 13).

317. ... (Iis, qui processioni singulis feriis sextis in ecclesia s. Franc. Assis. in memoriam passionis D. N. I. C. post Completorium agi solitae intersunt, indulgentiae conceduntur = 1613 Iul. 6).

318. Vicario generali episcopi Assis. (ut, cum olim Simeon Antonellus laicus Assis. prope et extra muros Assis. ecclesiam in hon. s. Ioannis Bapt. construxerit, ut ibi singulis diebus festivis de praecepto per unum sacerdotem domus s. Franc. Assis. a se praesentandum et a custode ac conventu ipsius domus confirmandum missa celebraretur, praesentationem et confirmationem nunc de fr. Bartholomeo Tartalia factam approbet = 1614 Mart. 23; cfr. infra nr. 320).

319. ... (Iis, qui orationi 40 horarum in ecclesia s. Franc. Assis. ord. fratr. Min. Conv. in dominica Palmarum quotannis instituendae per aliquod temporis spatium devote interfuerint, indulgentiae conceduntur = 1617 Febr. 25).

320. ... (Sodalibus confraternitatis in ecclesia s. Ioannis prope et extra muros civit. Assis. in hon. Conceptionis B. M. V. erectae indulgentiae conceduntur = 1619 Ian. 15; cfr. supra nr. 318).

Gregorii XV.

321. Christifidelibus (ecclesiam superiorem s. Franc. Assis. in festo ss. stigmatum eiusdem sancti devote visitantibus indulgentiae conceduntur = 1622 Sept. 6).

Urbani VIII.

322. ... (Innovantur litterae supra nr. 313 et 315 relatae = 1625 Mart. 15).

323. ... (Sodalibus confraternitatis in ecclesia mon. s. Clarae Annesii dioec. Gebennen. in hon. ss. Ursulae et soc. virg. et mart. erectae indulgentiae conceduntur = 1626 Oct. 7; cfr. infra nr. 327).

324. ... (Ut supra nr. 322 = 1626 Nov. 13).

325. ... (Iis, qui processionem in translatione reliquiarum (veli) B. M. V. in festo Assumpt. eiusdem in ecclesia fratrum Min. Conv. Assis. comitati fuerint et ipsam ecclesiam devote visitaverint ibique prochrist. principum concordia, haeresum exstirpatione, s. matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, indulgentiae conceduntur = 1627 Iul. 28).

326. ... (Ad instantiam regentium et baccalaureorum collegii ss. stigmatum s. Franc. Assis. eidem eadem privilegia conceduntur, quae collegio s. Bonaventurae de Urbe a Clemente VIII sunt concessa = 1629 Sept. 22).

327. ... (Sodalibus confraternitatis in ecclesia s. Franc. Assis. in hon. ss. Ursulae et soc. virg. et mart. institutae seu instituendae indulgentiae conceduntur = 1634 Ian. 18; cfr. supra nr. 323).

328. Christifidelibus (septem altaria in ecclesia s. Franc. Assis. devote visitantibus, quotiescumque id fecerint. eaedem indulgentiae conceduntur, quae visitantibus septem altaria in basilica principis Apost. de Urbe sunt concessa = 1635 Apr. 30; cfr. infra nr. 331).

329. Superiori domorum regularium s. Laurentii ord. fratr. Min. Conv. Neapolitan. et vicario generali archiepiscopi Neapolitani (ut super nullitate professionis cuiusdam Francisci de s. Severino dioec. Salernitan. in Ordine fratr. Min. Conv. factae inquirant et referant = 1643 Febr. 6).

Alexandri VII.

330. ... (Ad instantiam Iacobi de R. ministri generalis ord. Min. Conv. exponentis, ad altare s. Franc. Assis. eleemosynas pro pluribus missis dari consuevisse, quam ibi persolvi possint, conceditur, ut illae, quae sic supersunt, ad dua altaria ipsi altari s. Francisci vicina, scil. ss. Reliquiarum et Conceptionis B. M. V., persolvi posse, ita ut earum persolutioni satisfiat, perinde ac si ad altare s. Francisci persolutae essent = 1659 Oct. 7).

331. ... (Innovantur indulgentiae litteris supra nr. 328 relatis concessae = 1665 Iun. 19).

Clementis IX.

332. ... (Ordinatur, ut officium et missa Concept. B. M. V. immaculatae cum octava in Urbe et universa S. R. E. ditione temporali de praecepto recitetur = 1667).

Alexandri VIII.

333. ... (Ad instantiam Antonii Fabozzi procur. gener. ord. Min. Conv. conceditur, ut indulgentiae die 2 Aug. a primis ad secundas vesperas in singulis ecclesiis fratrum Min. Conv. ex concessione Clementis X lucrandae etiam animabus Christifidelium defunctorum per modum suffragii applicari possint = 1690 Ian...).

Innocentii XII.

334. ... (Iis, qui ecclesiam s. Franc. Assis. in quocumque anni die devote visitaverint, plenaria omnium peccatorum indulgentia et remissio conceditur = 1695 Aug. 18).

335. Episcopis Assis. et Tudertin. ac Fulgin. (ut supra nr. 313 = 1696 Ian. 13).

336. ... (Ad instantiam Balthasaris Milazzo procur. gener. ord. Min. Conv. exponentis, sacerdotes eiusd. ord. Assisii in domo s. Franc. degentes et ad excipiendas peregrinorum confessiones approbatos numero minores esse, ministro generali ipsius ord. facultas conceditur constituendi et deputandi in ecclesia illius domus tres fratres Min. Conv. sacerdotes idoneos in poenitentiarios, dummodo prius ab ordinario loci examinati et approbati fuerint = 1699 Mart. 13).

P. Conradus Eubel O. F. M. Conv.

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM

BIBLIOTHECAE RICCARDIANAE FLORENTINAE.

(Continuatio) (1).

Cod. n. 298 membr. mill. 230×150, ff. 180, nitide ac pereleganter exaratus prope finem saec. XV. Corio ligatus et in dorso hanc sequentem exhibet inscriptionem: *Martiro | logium.* Duo in principio sunt folia membr. insiticia, aliaque duo ad calcem. Continet

[Kalendarium et Martyrologium].

Inter ff. 1r-6v. *Kalendarium festorum* nigris et rubeis litteris scriptum in quo haec indicantur festa Ord. Min.: « XVII Kl. Februarii. Sanctorum Mart. V.or fratrum de ordine minorum. Duplex maius. — II Kl. Febr. post LXX.am Officium pro benefactoribus. — XV Kl. Martii. Translatio Sancti Antonii Ordinis Minorum. Dx. — XVI Kl. Iunii. Translatio Sancti Bernardini conf. Duplex. — XIII Kl. Iunii. Sancti Bernardini presbiteri et conf. de Ordine Minorum. Duplex. — VIII Kl. Iunii. Translatio Sancti Francisci Conf. Duplex. — VI Kl. Iunii. Octava Sancti Bernardini conf. — Idus Iunii. Sancti Antonii presbiteri et conf. de ordine Minorum. Dx. O. M. — XII Kl. Iunii. Octava Sancti Antonii. — XII Kl. Augusti. Et dicitur Officium pro defunctis fratribus, benefactoribus. — IIII Non. Aug. Consecratio Sancte Marie de Angelis. Duplex maius. — II Idus Augusti. Sancte Clare Virginis. Duplex. O. M. — XIII Kl. Sept. Sancti Ludovici episcopi et conf. de ordine Minorum. Duplex. — XV Kl. Octubris. Impressio sacrorum Stigmatum beati Francisci. — IIII Kl. Octubris. Officium pro defunctis fratribus, benefactoribus. — VI Nonas Octubris. Translatio Sancte Clare Virginis. Duplex maius. — IIII Nonas Octubris. Natale beati Patris nostri Francisci. Duplex O. M. — VI Idus Octubris. Octava beati Francisci. Duplex minus. — VI Idus Nov. Translatio Sancti Ludovici episcopi. Duplex ».

In f. 7r. incipit **Martyrologium** per anni circulum. Kalendis Ianuarii. Littera **K.**, quae potius **H.** esse videtur, miro modo ornatur, minio et auro floribusque contexitur. In vacuo depicta perspicitur imago S. Francisci, qui dextera manu crucem portat, librumque pectori applicitum sinistra sustinet. Dimensio imaginis est mill. 40×40. Margo similiter huius folii a parte tantum dextra ceruleo, viride et rosaceo coloribus circumornatur, quibus flores et folia sunt depicta. — F. 68v « XIII Kl. Iunii.... Eodem die Sancti Bernardini presbiteri et confessoris de ordine minorum ». — F. 78v « Idibus Iunii.... Apud Paduam civitatem......... refulget » = Prout iacet in *Archiv. franc. hist.* I, p. 263 *a*); loco tamen *bono fine* in hoc codice legitur: *sancto fine.* — F. 105v. « Pridie Idus Augusti. Eodem die apud Assisium civitatem Ytalie natalis *S. Clare* Virginis ». — F. 130r. « IIII Nonas octubris. Anno dominice incarnationis................ coruscat miraculis. Amen ». Sicut habetur in Legenda prima Celanensi; codex vero iste erronee ponit mortem S. Francisci an. 1225, et loco: *expletis XX annis,* ait: *expletis* FERE *XX annis.* Cfr. *Archivum* I, p. 263 *b*). — Inter ff. 174r-180r lectiones breves inveniuntur, quae ad finem Primae recitari solent, quas inter adsunt lectiones pro festis S. Antonii, S. Ludovici et S. Francisci.

(1) Cf. AFH I, 116-25, 433-42.

Cod. n. 304 (M. III. 20) chart. mill. 240×180, ff. 178, praeter folium unum in principio pro custodia aliaque duo ad calcem, quae vacua remanent, sicut et ff. 98, 99, 173 usque ad 176. Ligatura recentior membranacea. Continet *Sermones*, quorum auctores ad Ord. Min. pertinent, fuitque exaratus saec. XV post dimidium. A fol. 2r-97r et 140r-172v tituli Sermonum necnon eorumdem divisiones rubeis caracteribus exhibentur. Codex fere per totum una tantum manus scripsit. In f. 1rv praemittitur tabula Sermonum, qui quatuor sunt supra quinquaginta. Ad calcem fol. 2r manus posterior scripsit: *Della libraria*...... Post haec duo verba, alia deleta, quae prorsus legi nequeunt, apparent. De iis quae in hoc codice continentur, notatu digna sunt:

1. (f. 67v-70v). [**Sermo fr. Cherubini** de martyrio].

Rubr. « Sermo bonus de Martyrio P. fratris Cherubini ». *Inc.* « Qui mihi ministrat me sequatur. Io. 12. In his sacratissimis verbis secundum expositionem Augustini ». *Des.* « per quam perditur vita corporalis quam committere peccatum mortale per quod perditur vita animae, scilicet ipsa gratia et amor Dei, ut dictum est. Benedictus Deus. Amen » = Auctor huius sermonis certe ad Ord. Min. pertinet, nam in exemplis, quae de S. Francisco profert, eum *Patrem nostrum* vocat. Probabiliter est vel *Cherubinus Florentinus* vel *Cherubinus Senensis,* de quibus cfr. Sbaralea, *Supplementum* ed. Romae 1806 p. 190-191.

2. (f. 74v-76r). [**Sermo de S. Francisco** ab anonymo O. F. M.].

Rubr. « Sermo bonus et devotus beati pris. nri. Francisci ». *Inc.* « Quasi stella matutina in medio nebulae et quasi sol refulgens in diebus suis sic iste fulsit in templo Dei. Eccli. 50. Omnipotens et clementissime Deus, dilectissimi » *Des.* « O cristiani sforciamose adoncha d'imitarlo segondo la nostra fragilitade et cussi facendo havremo la gratia in questo mundo e in laltro la gloria. Ad quam ille nos perducat qui sine fine vivit et regnat. Amen » = Partim latine partim italice scriptus.

3. (f. 161r-167v). [Tractatus **Fr. Antonii de Vercellis**].

Rubr. « Tractatus bonus et optimus P. fris. Anto. de Vercellis. De felicitate seu beatitudine ».

Inc. « Qui vero non crediderit condemnabitur. Marc. 16. Sepenumero, dilectissimi in Christo Iesu, obnixe optavi scire ». *Des.* « omnibus fidelibus concedere dignetur omnipotens et clementissimus Deus et Dominus noster Iesus Christus in presenti per gratiam et in futuro per gloriam. Qui gloriosus et felix vivit et regnat atque triumphat per infinita secula seculorum. Amen » = Tractatus in quindecim articulos est divisus. — Fr. Antonius de Vercellis, qui etiam *de Balocho* dicebatur, fuit Vicarius Prov. Obs. Mediolanensis. Cfr. Wadding. *Annales* an. 1469 n. XVIII. Plura scripsit, quae typis excusa fuerunt, ut videri potest apud Waddingum, *Scriptores* p. 21 et Sbaraleam, *Supplementum* p. 70-71.

Desinit codex cum *Sermone de Spe* a posteriori manu conscripto, qui ff. 177r-178r implet.

Cod. n. 308 (K. IV. 10) chart. mill. 200×150, ff. 152, praeter undecim folia insiticia in principio et quatuor ad calcem; fere per totum ab unica manu saec. XV exaratus. Ligatura chartacea recentior. In medio nonnulla folia vacua iacent. In uno foliorum insitic. haec adest nota: *Sermones sacri diversorum.* In alio folio etiam insiticio index operum praefigitur. Sermonum maxima pars est S. Antonini,

fr. Nicolutii Ord. Praed. et fr. Ioannis de S. Geminiano eiusdem Ord., quos Florentiae in conventu S. Marci an. 1451-1454 populo praedicarunt. Nonnulla vero in codice inveniuntur quae ad nos pertinent.

In f. 148r. **Breve Eugenii IV** fr. Antonio de Bitonto O. F. M. directum.

Nullibi hoc Breve editum invenimus, quapropter ipsum hic proferre opportunum credimus.

« EUGENIUS PAPA QUARTUS. *Dilecte filii, salutem et apostolicam benedictionem.* — Fide digna relatione percepimus in civitate Licii non parvam per haec tempora exortam fuisse commotionem, a die debite perceptionis sacratissimi corporis domini nostri Iesu Christi, et quod per aliquos religiosos sit affirmatum: non communicantes in die resurrectionis dominice mortaliter peccare, etiamsi si in die iovis sancta et aliis quibuscumque diebus infra annum pluries a frequentatis diebus communicassent, quod piis auribus est audire molestum. Recolimus alias per quoddam nostrum *Breve* scripsisse venerabili fratri nostro episcopo Liciensi (1), quod intelligebamus satisfactum esse, si paulo ante vel paulo post diem resurrectionis domini quis communicet. Mirati sumus postmodum [quod] nova controversia resurrexit. Videlicet *inimicus homo superseminavit zizania* (2). Nos igitur cupientes purgatum triticum in orreum domini congregare et innutilibus contentionibus finem dare, attendentes, iuxta doctrinam Augustini, quod solent circumstantie scripturarum illuminare substantiam veritatis (3) et non solum adiacentia, sed etiam praecedentia et subsequentia verba sunt consideranda prudenti, cum dicat canon ecclesiae (4): *Omnis utriusque sexus fidelis saltem confiteatur semel in anno.* Et infra: *Suscipientes ad minus in Pascha resurrectionis eucharistie sacramentum,* et sequitur: *Nisi de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationalem causam ad tempus ab eius perceptione duxerit abstinendum.* Dicimus expresse non esse intentionem legislatoris animas illaqueare fidelium sub culpa mortali ad communicandum precise in die dominica resurrectionis, sed terminum statuisse a pascha ad pascham cum dicit: *Semel in anno;* et infra: *Ad minus in pascha, nisi* etc. Mens enim magis quam verborum sonus est attendendus discrete.

Intelligimus itaque optimo iure esse satisfactum canoni, si in ebdomada sancta vel infra octavam Pasche resurrectionis dominice secundum meliorem dispositionem conficiatur, et aptiorem mentis devotionem fideles preparatione [sus]cipiunt et cum Domino Pascha celebre[n]t ad salutem. Et huic sententie volumus omnes acquiescere, q[uare] devotioni tue committimus, ut predicta, ubi oportere intelligas, populis nota facere *(sic).*

Datum Rome apud sanctum Petrum, sub annulo nostro secreto, die octavo Iulii 1446 pontificatus nostri anno sexto decimo. — Blondus. — A tergo: Dilecto filio nostro carissimo fratri Antonio a Bitonto ordinis minorum ». = Cfr. **cod. n. 255.**

In f. 148v invenitur *Breve* episcopo Liciensi (5) directum, de quo in praecedenti sermo fit, et in eo Eugenius IV eidem episcopo committit, ut per praedicatores idoneos populum moneat de intelligentia canonis: *Omnis utriusque sexus fidelis,* circa communionem in die

(1) Cfr. infra.
(2) Matth. 13. 25.
(3) *De Doctr. Christiana* l. 2, c. 14 et l. 3. c. 2. (P. L. t. 34, col. 45 et 65).
(4) *Conc. Later. IV,* can. 21.
(5) Tunc temporis preerat ecclesiae Liciensi fr. Guiducius Guidonis Ord. Min. — Eubel, *Hierarchia cath.* II, 195.

paschatis recipiendam. Incipit *Breve: A fide dignis personis.* « Datum Rome apud S. Petrum sub annulo nostro secreto die 7 aprilis pontif. nostri anno XV° ».

Cod. n. 310 membr. mill. 250×170, ff. 150, nitide binis columnis ab unica manu saec. XIV scriptus. Initiales et tituli rubri. Continet opus Iacobi de Voragine de vitis Sanctorum, quod *Legenda Aurea* nuncupatur. In primo folio est index seu catalogus Sanctorum, de quibus in opere tractatur.

Inter ff. 195-196 adest **Vita** S. Francisci.

Inc. « Franciscus prius dictus est Ioannes, sed postmodum mutato nomine ». *Des.* « suas litteras consueverat consignare ». = Opus Iacobi de Voragine saepius fuit editum. Cfr. Potthast, *Bibliotheca historica medii aevi.* Berlin 1896, t. I, p. 635.

Cod. n. 317 (M. III. 18) membr. mill. 215×145, ff. 56, nitide ac eleganter exaratus lineis plenis prope finem saec. XV. Ligatura recentior membranacea. In principio unum folium chart. et aliud ad calcem pro custodia. Alterum adest folium non num. membr. in principio codicis. Tituli capitulorum rubeis litteris exhibentur. Continet

[Tractatum de Gratia **Fr. Georgii Benigni** O. M. Conv.].

In f. 1r. cuius margines floribus variis coloribus depictis ornantur, litteris deauratis legitur: « Georgii Benigni Fratris Seraphicae Religionis ad virum magnanimum Laurentium Petri Cosmi Patrie Patris in opus septem questionum ab ipso propositarum Prohoemium incipit feliciter. Franciscus Berlengerius qui orbem luculenter ». *Des.* f. 2r. « Atque praemittendum censui ». Sequuntur carmina quae incipiunt: « Lo spirito talhora ase reducto ». *Inc.* opus fol. 2v: « Septem questiones ». *Des.* fol. 56r. his verbis: « Laurentii visserit aperire enitemur ». *Rubr.* « Finit opus septem questionum a Laurentio Medice viro Magnanimo patrio carmine acutissime propositarum ». = Circa opera fr. Georgii Benigni cfr. Sbaralea, *Supplementum* pp. 303-304, ubi etiam de hoc codice mentio fit.

Cod. n. 338 (L. II. 17) membr. mill. 180×130, ff. 224, partim lineis plenis (1r-98v; 193r-204v) partim binis columnis (99r-190r; 205r-224v) exaratus atque a pluribus scriptus manibus saec. XIII-XIV. Codex miscellaneus ex diversis compactus codicibus, continet inter alia:

(f. 99r-163r). Chronica Summorum Pontificum compilata per fratrem Leonem Urbebeterum Ordinis Praedicatorum.

In f. 151v agens de pontificatu Innocentiii III, ad inferiorem marginem manus saec. XV hanc notulam apposuit: « Nota quod anno 6 Innocentii incepit beatus Franciscus, et anno eiusdem Innocentii... (*rasum*) fuit regula approbata et confirmata. Ordo praedicatorum fuit confirmatus per Onorium anno primo et non per Innocentium. Iterum Ordo Minorum fuit confirmatus per Honorium et regula bullata anno 8.° Honorii ». In f. 192v haec leguntur: « Ad usum fratris *Nicholai Cattini de Florentia* ordinis Minorum; opusculum de casibus iuris et cronica summorum pontificum et imperatorum sunt in isto libro et aliqua alia ».

Cod. n. 341 (K. III. 7.) chart. mill. 195×140 ff. 220 praeter duo insiticia in principio. In insiticio primo haec inscribuntur: *Psalterium David Caccia di S. Bernardo e altri diversi opuscoli sacri;* secundum vero folium insitic. indicem tractatuum continet. Lineis plenis scriptus prope finem saec. XV tabulisque ligatus. Codex est miscellaneus et inter plura quae continet, haec habentur:

1. (f. 123r-156r) [Regula confitendi peccata a. S. **Iacobo a Monte Prandone**].

Inc. « Questa e la regola del ben confesare La qual compuose frate *Iacopo da Monte Blandone* della Marcha, famosissimo predicatore della observanzia di San Francescho alluminatore della fede cristiana. Nella qual regola si contiene, come luomo ella donna si debon confessare de suoi pecchati ».

« Ad devozione di ciaschuno peccatore e delle divote » (f. 150 r) « finis. De chasi riservati al papa o al suo summo penitenziario extracte della summa del Beato Antoni[n]o ». — *Des.* « ma rimandilo al vescovo suo o a chi puo provedere. finiti a dì 25 di Settembre 1490 ». = Hic tractatus S. Iacobi Piceni prodiit cum aliis Venetiis 1535 in 8. Sbaralea, *Supplementum* p. 376.

2. (f. 165v-181r.) [De lege divina a B. **Marco a Sancta Maria**].

Inc. « Libro intitolato della divina leggie e comandamenti desso omnipotente idio da legegli per le inscuole, botteghe, parrocchie et per qualunque altro luogo a piccoli et grandi, e impararsi innanzi a ogni altra cosa e observagli in vita da ogni humana criatura. — — Prohemio. Incomincia la divina opera cioe della divina leggie et comandamenti di Dio cioe desso omnipotente idio nel testamento vechio spetialmente de X morali, alloservanzia de quali e obligata ogni humana criatura capace di ragione socto pena di peccato mortale et damnazione eterna et socto molte altre pene temporale, corporale et spirituale como in exi appare chiaramente da exo honipotente, vivo et vero idio ad viva voce predecte et assegnate, la quale opera in tale forma reducta et predicata fu per me frate *Marcho dal Monte Sca. Maria* in gallo della Provincia della Marcha de Ancona dell ordine de frati minori professore indegno, nel Me CCCC^.^ LXXXVI del mese di dicembre nella inclita e amiranda xpristianissima cicta di Vinegia, nel tempo del serenissimo principe messere Agostino Barbaricho et laude et gloria desso omnipotente ydio di tal divina leggie e comandamenti datore, et a salute et chiara informazione di tutte le humane creature. Amen. Tavola di tucta lopera ». *Des.* « e errando confessarsene. Finisce il libro de comandamenti di dyo impresso in Vinegia per Niccolo de Baleger, dicto Castilia nel mille CCCC.º LXXXVI. Addì primo di febraro » = Hoc opus apud Sbaraleam non recensetur. Uti bene patet transcriptum fuit ex alio exemplari iam edito Venetiis 1486. De aliis operibus huius beati scriptoris cfr. Sbaralea, *Supplementum* p. 513.

3. (f. 183v.) [Litaniae Sanctorum].

In hunc modum fit in eis invocatio: « S. Ludovice, S. Francisce, S. Pat. Bernardine, Sancte Antoni or. Sci. Antoni da Padova » (sic).

4. (f. 206r-209) [Tractatus anonymi O. F. M.].

Intr. « Un santo padre dell' ordine del beato Francescho santo essendo pregato da divote persone che esso per sua scriptura dichiarasse, sicondo il suo discernere, tucte le significatione che della sca. messa pe gluomini grossi intendere possino allor divotione, le quali significazioni si comincia qui di sopto ». *Inc.* « Nella santa messa si debono » *Des.* « della sua santissima passione. Deo gratias ».

Cod. n. 349 (K. IV. 3) chart. mill. 210×140, ff. 275 a diversis manibus exaratus saec. XIV exeunte et c. medium saec. XV. Ligatura membranacea, et in folio custodiae, quod est in principio, index operum in codice miscellaneo contentorum praemittitur a recentiori manu scriptus. Ex diversis compactus est codicibus insimul ligatis. Inter plurima quae continet, ad rem nostram faciunt:

1. (f. 80r-84v, olim 129-133) [Tractatus **S. Bonaventurae** de divisione scientiarum].

Tit. « Bonaventura de divisione scientiarum ». *Inc.* « Omne datum optimum ». *Des.* « qui docet nos omnem veritatem. Amen. Explicit de divisione scientiarum secundum dominum Bonaventuram. Deo gratias ». = Codex iste collatus fuit a Patribus huius Collegii, habetque in editione operum S. Bonav. sign. L. Cfr. t. V, pp. XXXIV col. b. n. 2; 320-325.

2. (f. 84v-93v, olim 133-142). [Tractatus **S. Bonaventurae** qui *Incendium amoris* dicitur].

Tit. « Bonaventura ». *Inc.* « Ecce descripsi eam tibi ». *Des.* « in illis est fons vitae. Haec compendia (?) composuit dominus fr. bonaventura de ordine minorum etc. » = De eo cfr. S. Bonaventura, *Opera omnia* t. V, p. XXXIV, n. 2; t. VIII, p. XIV, n. 77.

3. (f. 144r-165v.) [Tractatus **S. Bernardini** de vita christiana].

Rubr. « Incipit tractatus de vita christiana secundum fratrem Bernardinum de Senis. Rubrica ». *Inc.* « [S]obrie et iuste et pie vivamus........ glorie magni Dei. Verba sunt Apostoli ad Titum 2. — Christiana vita de qua ad presens tractaturi sumus lex est aeterna ». *Des.* « optimam haberent interpositam gratiam. Ista gratia nihil aliud est quam gloria sempiterna, quam ex pietate et propter pietatem largire dignetur nobis piissimus dominus Ihesus Christus qui cum patre et sancto Spiritu vivit et regnat Deus in s. s. Amen ». — Est *Adventuale de Christiana vita* a S. Bernardino Senensi conscriptum, pluriesque editum. Cfr. Ioann. de La Haye ed. Venetiis 1745, t. III, p. 1-68.

Cod. n. 370 membr. mill. 200×140, ff. 363 duobus columnis exaratus prop. finem saec. XIII. Nonnullas parvi momenti habet additiones saec. XIV et XV. Ligatura recentior. Duo sunt in principio folia pro custodia, chart. primum, alterum membr. in quo recentissimo charactere notula haec est apposita: *Breviarium Monasticum. Notandum est quod pag. 355 occurrit officium de corpore Dni Nostri I. Christi compositum et ordinatum per Summum PP. Dnum Ioan.*^m^ *PP. Falsum, est nam origo huiusmodi festivitatis invenitur ann. 1246.* Breviarium quod hic *Monasticum* appellatur ad ordinem Minorum pertinet, plurimumque usui inservivit, ut ex foliis apparet, quorum aliqua munda parum habentur ex frequenti transitu digitorum. Etiamsi non ineleganter sit scriptus, quandoque lectu non facilis propter atramentum, quod fere omnino evanuit. Inter plura quae continet notamus:

1. (f. 1r-6v) [**Kalendarium**].

Martius. « IIII Kl. Obitum beati Martini pp. quarti apud Perusium (1) ». (Est adiunctum festum S. Thomae de Aquino). — *Madius* (add. « *Sancti Bernardini cfr. XIII Kl.* ») « VIII Kl. Translatio Sancti Francisci ». (Sequitur post additio saec. XV: « Et Sancti Cenobii »). — *Iunius.* « Idibus. Sancti Antonii confessoris de ordine fratrum Minorum ». — *Iulius.* Hoc loco legitur: « M.° CC.° LXXX.° inditione VIII die vigesimo VII° Iulii obiit frater Nevolonus ordinis fratrum penitentie, vir honeste et sanctissime vite in cuius obitu multi claudi et debilitati variis infirmitatibus sunt curati virtute Dei per eum

(1) Summus Pontifex Martinus IV « apud civitatem Perusinam quinto Kal. Aprilis ad Dominum migravit anno Domini MCCLXXXV ». Muratori, *Rerum italic. Scriptores* t. III P. II col. 432.

propter ipsius merita, et multa mirabilia fecit Christus per eum, ad cuius obitum tota civitas concurrit videntes mirabilia que fiebant compuncti corde magnificantes Deum ». — *Augustus*. (Add. manus saec. XV: « Transfiguratio Dni nri. Ihu. Xpi »). — « Idus. Sante Clare virginis ». (Add. saec. XV: « XIII Kl. Sancti Lodoici epi. et cf. »). — *September*. « IIII Kl. Hic debet fieri Officium pro benefactoribus et fratribus defunctis ». — *Octuber*. « IIII Non. Sancti Francisci cf. ». — *Dicember*. « VI Idus. Sancti Çenonis epi et confessoris et Conceptio beate Marie V. ».

2. (f. 8r-63v). **[Psalterium].**

Desinit cum Completorio, post quod sequuntur Litaniae Sanctorum, in quibus invocatur S. Franciscus, non tamen alii Sancti ex Ord. Minorum.

3. (f. 66r-222v). **[Proprium** de tempore].

In f. 66r *Rubr*. « In Christi nomine Amen. Incipit breviarium secundum consuetudinem romane curie. In primo sabbatto de adventu ad Vesp. Cap. *Fratres....* ».

4. (f. 224v-363v). **[Proprium** Sanctorum].

In f. 224v *Rubr*. « Incipiunt festivitates Sanctorum per anni circulum ». = Huius partis plura notatu digna sunt.

a) (f. 257v-260r). [**Officium** Transl. S. Francisci].

Rubr. « In Translatione Sancti Francisci officium fit sicut in nativitate eiusdem preter lectiones que leguntur de translatione eius. Sed si ante pentecosten hoc festum celebratur sub prima ant. cuiuslibet nocturni tres psalmi dicuntur et in fine invitatorii, antiphonarum, versiculorum et ℟℟. tam brevium etc. ». Lectiones incipiunt f. 258r. **Lect. I.** *Inc*. « Franciscus igitur ». — Novem lectiones desumptae fuerunt ex Leg. maj. S. Bonav. ex integro cap. XV, et habent eandem divisionem, quae in **codd. n. 231** et **n. 284** invenitur, respondentque nn. editionis Quaracchi. Cfr. S. Bonav. *Legendae duae*. Quaracchi, 1898, pp. 155-161 nota 1.

b) (f. 261v-265r) [**Officium** S. Antonii]

Rubr. « In sancti Antonii confessoris. Ad vesp. ant. *Gaudeat* etc. » = Antiph. et hymni prout in edit. P. Hilarini Felder loc. cit. = **Lect. I.** *Inc*. Anno Dominice Incarnationis. *Des*. transmigravit. = **Lect. II.** *Inc*. Hic cum tempore. *Des*. capillis extergeret. = **Lect. III.** *Inc*. Cumque die. *Des*. preces inclinavit. = **Lect. IV.** *Inc*. Sciens igitur servus Dei. *Des*. facto cesserunt. = **Lect. V.** *Inc*. Cumque iam. *Des*. administrantes. **Lect. VI.** Cumque reliquias. *Des*. fortitudine brachii sui. (Edit. fortitudine Spiritus Sancti). = **Lect. VII.** *Inc*. Dicebatque in corde suo. *Des*. sepe veniebant. = **Lect. VIII.** *Inc*. Ad quos die quadam. *Des*. constituunt. = **Lect. IX.** *Inc*. Fratres (ed. Fratribus) igitur. *Des*. utique collaudabis. = Hae novem lectiones sunt ex Leg. prima S. Antonii: *Assidua* ed. Kerval. Paris, 1904. Lect. I-V habentur p. 54s. nn. 1-8; Lect. VI-IX ibid. p. 29-30 nn. 1-10. Nonnullas continent variantes.

In f. 264v. *Rubr*. « Per ebdomadam lectiones ». *Inc*. « Beatus Pater Antonius cellam super nucem construxit ». *Des*. « Antonius VIa feria XIII die mensis Iunii anno dominice Incarnationis millesimo CC. XXXI ». = Lectio haec ex Legenda *In hispaniis* est conflata eiusque verba sparsim inveniuntur nn. 29, 30 et 31 ed. *Act. SS*. In eodem folio et sequenti adest alia lectio, cuius haec est *Rubr*. « Miracula eiusdem ». *Inc*. « Post mortem autem beati Antonii non statim ». *Des*. « qui et testimonium veritatis Paduani perhibeant ». = Haec etiam lectio ex praememorata Legenda *In hispaniis* conficitur verbaque hinc et inde sparsa inveniuntur nn. 32, 43, 47.

c) (f. 308r-312v). [**Officium** S. Francisci].

Rubr. « In vigilia Sancti Francisci. Ad vesperas ant. Franciscus ». = Omnia prout edidit P. Hilarinus Felder. Etiam hic sunt ant. 1ª « Hic vir in vanitatibus nutritus indecenter, plus suis nutritoribus se gessit insolenter. 2ª Excelsi dextre gratia mirifice mutatus, dat lapsis spem de venia, cum Christo iam beatus. 3ª Mansuescit, sed non penitus in primis per languores, qui captis armis, celitus ad plenum mutat mores ».

« Lectiones de spiritu prophetie ». = **Lect. I.** *Inc.* Beatus pater Franciscus consolatione ac gratia. *Des.* sicut sepissime faciebat. = **Lect. II.** *Inc.* Ubi cum diu perseveraret. *Des.* est in gratia respirandi. = **Lect. III.** *Inc.* Raptus est proinde. *Des.* multipliciter dilatabat. = **Lect. IV.** *Inc.* Ad vestrum quoque perfectum. *Des.* accellerat multitudo. = **Lect. V.** *Inc.* Quod cum audissent fratres repleti sunt. *Des.* suavitatis ac dulcedinis offerrentur. — **Lect. VI.** *Inc.* Postremo quaedam amaritudine. *Des.* ceteros foras emittat. = **Lect. VII.** *Inc.* Vir Dei Franciscus doctus erat. *Des.* macerie habitatio eius. = **Lect. VIII.** *Inc.* Felix certe devotione circuibat. *Des.* orationi erat intemptus. = **Lect. IX.** *Inc.* In ecclesiis vero derelictis. *Des.* in publico coram omnibus maneremus. = Lectiones novem ex Leg. prima Thomae a Celano excerptae fuerunt. = **Lect. I-VI.** ex P. I. cap. XI ed. P. Eduardi Alenconiensis. Romae, 1906 pp. 28-30 nn. 26-28 usque ad verba: *Haec omnia, quae sanctus Dei praedixit* etc. = **Lect. VII-IX.** ex P. I. cap. XXVII pp. 72-74 nn. 71-72 usque ad verba: *Vera* [*constantia.*] *Revera constantissimus* etc.

Post Officium diei festi aliae duae sequuntur lectiones quarum 1ª habet *Rubricam:* « Per octavam lectio ». *Inc.* « Tempore quodam beatus et venerabilis pater Franciscus ». *Des.* « imperfectum penitus reputabat ». = **Lect.** 2ª habet *Rubr.* « De visione Seraphim ». *Inc.* « Paciente (sic) moram in heremitorio ». « *Des.* « sanguine sacro ». = Hae duae lectiones ad Leg. I Celan. pertinent. 1ª P. I. cap. II pp. 94-95 nn. 91-92 usque ad verba: *Gustaverat enim et viderat* etc. — 2ª P. II cap. III pp. 97-99 nn. 94-95 usque ad verba: *Heu quam pauci* etc.

d) (fol. 321 r). [**Officium** S. Elisabeth].

Rubr. « In die sancte Elisabeth non fit de sancto Pontiano, sed in (sic) ante transfertur legenda ipsius ». Adest tantum oratio *Tuorum.*

e) (f. 358r-361r) [**Officium** Corporis Christi].

Rubr. « Incipit Officium de corpore domini nostri Iesu Christi compositum et ordinatum per summum pontificem Dominum Iohannem papam. In primis vesperis ant. *Sacerdos* ». = Est opus S. Thomae de Aquino.

(Continuabitur).

Ad Claras Aquas (Quaracchi) die 12 Oct. 1908.

P. Athanasius López, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

Hilarin Felder, *O. Cap. Dr., Geschichte der wissenschaftlichen Studien im Franziskanerorden bis um die Mitte des 13. Jahrhunderts.* Freiburg im Breisgau, Herdersche Verlagshandlung, 1904. in-8°; pp. XII, 557 (8 M).

Hilarin de Lucerne, *O. Cap. Dr., Histoire des Etudes dans l'ordre de Saint-François, depuis sa fondation jusque vers la moitié du XIIIe siècle. Traduit de l'allemand par le T. R. P. Eusèbe de Bar-le-Duc. O. Cap.* Paris, Librairie Alphonse Picard; Couvin, Maison St. Roch, Rome, Couvent généralice des Capucins, 1908, in-8°, pp. VIII-574. (10 Frcs).

Librum hunc eruditissimum, plurimisque desideratissimum quatuor ante annos primo lingua germanica excusum, doctissimi quique, cuiuscumque fuerint vel regionis, vel religionis, summis encomiis exceperunt. Stupebant omnes ob vastissimam scientiam auctoris, admirabantur, quanta cura perspicaci et indefessa undecumque auctor operis elementa conlegerat, quanta arte et methodo solida illo fundamine aedificium operis superstruxerat. Verba et locos vetustorum scriptorum, modernorumque investigat doctissimus P. Hilarinus Felder, Lucerna Helvetiae oriundus, ut non modo initia rei litterariae apud Fratres Minores, sed etiam apud Fratres Praedicatores, immo apud Studia generalia per saeculum XIII decurrens, mira et summa peritia exponat et illustret.

Si titulum operis inspicias, nonnisi circa 40 annos ab ordine incepto comprehendit; sed bene egit cl.mus auctor terminos istos praetergrediendo, rei litterariae illius aevi conspectum systematicum exhibiturus. Plura hac in parte, quam quispiam arctioris animi extraneam reputaret, plura etiam in parte Fratres Minores immediate spectanti, nova proferuntur, probanturque.

Auctor praeliminari investigatione, p. 1-30 (6-38) (1) perscrutatur: *quaenam sit natura Ordinis Minorum et quomodo se ad scientiam in genere habeat.* Quia Ordo iste novus *activus* est, 1-15 (6-20) et vitam Christi et Apostolorum imitans, se saluti populorum addicit, nunquam (uti infert auctor) potuit scientiam et litteras a suis excludere, 12 (17). Insuper *contemplativus* etiam est Ordo, et « *plus exemplo quam verbo* » (Leg. 3. Soc. 10), mundum Christo reducere debuit, 24 (29 s.) se dans « principaliter unctioni et postea speculationi » (S. Bonav. *in Hexaëm. Opp. V,*

(1) Numeri uncis ( ) inclusi paginas correspondentes versionis Gallicae indigitant.

440), 30 (36). S. Franciscus ergo (infert auctor) scientiam penitus prohibere nequivit, nisi naturam sui ipsius ordinis delere voluisset, neque modum scientiae invariabilem praefigere potuit, 30 (36). Quibus praelibatis, exponitur, quomodo *de facto* S. Fundator et ipsa religio se ad scientiam habuerunt. Dividitur totum opus, 32-546 (38-559) in tres partes, quae inscribuntur: Principia, 32-96 (38-106); Evolutio (externa) 97-316 (106-328); Structura (interna) 317-546 (329-546).

Pars prima agit de primo decennio Ordinis 1209-1219, de modis praedicandi Fratrum, 33-57 (39-65) et quid S. Franciscus de scientiae cultu censuerit, 59-87 (65-104). Caput I *duos* distinguit concionandi *modos:* exhortationes ad poenitentiam, 33-37 (39-42) et sermones formatos, 37-50 (43-57). Regula sic dicta *prima* Minorum sive anni 1221, (*Opuscula S. P. Fr.* 1904 24-62. Böhmer, *Analekten,* 1-26) licet paulatim efformata sit, utrumque genus clare distinguit cap. 17 et 21. *Exhortationes* illas *omnes* Fratres indiscriminatim exercere poterant ante et post annum 1209, *hos* vero B. Francisco suisque Innocentius III anno 1209 concessit, sed solum *ethicos,* non vero *dogmaticos* i. e. de rebus moralibus, non de Sacramentis etc. tractantes, et quidem post confirmationem a Ministro obtentam. « Poenitentiam » praedicabant Minores, i. e. in sensu lato vitam secundum praecepta Evangelii, 50 ss. (57 ss). Caput II primae partis et cap. III partis secundae, illa sunt, quae omnes legentes maxima animi attentione examinabunt. In Cap. II inquiritur, quae ratio inter S. Franciscum et scientiam intercesserit, 58-96 (65-104). S. Patriarcha neque doctus, neque penitus indoctus fuit, licet magis superne illuminabatur, 58-64 (67-72). Ipse neque per se, neque relate ad Ordinem suum *contemptor* scientiae erat, 67 (75) sed (exponit auctor) pro praedicatoribus voluit scientiam, secundum ordinis characterem, laicis vero illam penitus interdixit, 67-76 (77-82). Ob summam quam ambiebat paupertatem, noluit in conventibus multos libros; sed eos nequaquam omnino exsecrabatur 76-85 (84 ss.). Proficiente postmodum ordine in scientiis, libri, uti aliae res, in dominium ecclesiae Romanae transumpti sunt, 86-88 (94-6). S. Pater minime concessit, ut studia litterarum sacrarum « *spiritum orationis et devotionis* » ullo modo extinguerent, *alias* vero litteras profanas, v. gr. philosophiam, artes liberales, ius etc., S. Pater, uti omnes illius aevi viri religiosi, minime admisisset, 88-96 (96-104).

Haec summo amore et studio exposita sequitur *Pars secunda,* annos 1219-1250 comprehendens. Inde ab anno 1219 Instituto per S. P. Franciscum fundato iuridice in ordinem monasticum seu conventualem excrescente, paulatim, non violenter, 98-107 (106-15) ob maiorem in dies numerum Clericorum, 107 (116) ob Ministros doctos, 108-110 (117-9) ob conventus formatos variis in urbibus atque terris, 110-112 (119-121) activitas Ordinis valde crescebat: Ecclesia Romana, Ordines novos et vigore iuvenili refertos Praedicatorum et Minorum, litteris instructos, aptiores sibi reputans, promovit et adiuvit, 112-123 (120-131).

Ex tunc historiam *scholarum* seu, uti tunc dicebant, *Studiorum* Fratrum Minorum per dictam periodum texit, ordiens a Studio *Bononiensi,* 123-159 (131-68) quod Fr. Petrus Stacia an. 1220 inchoaverat. Per longum de *S. Antonio,* Lectore Bononiae, agit, 131-149 (139-58) quem ante habitum franciscanum indutum sacerdotem fuisse censet, 133 (142) et *primum* in Ordine lectorem, 138-141 (147-50) a S. P. Francisco epistola authentica institutum, 136 s (145 s). Studium Bononiense, quamquam pro Minoribus Italiae summi momenti postea fuerit, 149-159 (158-68) superabatur a Studiis Parisiis et Oxoniae institutis. *Parisiense* studium gene-

ralissimum, Caput III, 159-254 (168-264) digerit, eius exordia 159-76 (168-86) et famosos Doctores. Advenerunt Minores Parisios an. 1219, sed an. 1224 nondum « Cantariam » i. e. chorum habebant; domus alta et longa, quam in Valle Viridi (Vauvert) construxerant, an. 1229, nescio quam ob causam, misere corruit. Tunc alia 'infra muros... cuius fundus et proprietas ad Abbatem S. Germani' pertinebat ab Abbate ipsis commodata est, quam S. Ludovicus IX, pretio soluto, acquisivit et auxit. Anno 1224 (vel 1225) Magistri *Haymo de Faversham* et eius socius *Simon de Sandwich* (Sanwyz) habitum sumpserunt, quos alii mox secuti sunt. Sic scholam *privatam* aperire Minores potuerunt. Cum an. 1231 *Alexander Halensis* Ordinem intrasset, qua Magister regens Studii magni Parisiensis, et lectiones suas celeberrimas in aula conventus iure prosequeretur, *prima cathedra publica* Fratribus Minoribus devoluta est, 177-211 (186-221) eodem prorsus modo, quo prius Fratribus Praedicatoribus obtigerat. Doctor Irrefragabilis iure suo usus, Fr. Iohannem de Rupella qua baccalaureum 'Universitati' praesentavit, qui iam an. 1235 'magister regens' extitit, 212 (222).

Probatur deinde, contra auctores antiquos et modernos, Fratres Minores, ut FF. Praedicatores, *duas cathedras* theologiae in Universitate habuisse usque ad an. 1254, quo B. Ioannes Parmensis Minister Generalis, ob bonum pacis cum Professoribus saecularibus, unam cathedram cessit, 229 (239). Qua in re cl. auctor putat Generalem nimis importunis et invidis illis concessisse, id quod Fratres Praedicatores non fecerunt. Uterque Fr. *Alexander et Ioh. de Rupella* an. 1245 obierunt, cum iam Fr. *Odo Rigaldi* magister, FF. *Iohannes Parmensis, Guillelmus de Melitona, Richardus Rufus, S. Bonaventura* et *Robertus de Bastia* Baccalaurei exstiterant, 231 (241). Iohannes Parmensis Halensi in cathedra successit, 224 (235). Palam facit postea, 232-254 (242-65) quem influxum Studium generale Parisiense in Provincias Gallicas, 232-242 (242-52) et Germanicas, 242-54 (254-65) exercuit, quibus inde lectores mittebantur. Eminet inter hos Fr. *Bartholomaeus Anglicus,* qui Studium Magdeburgi in Saxonia rexit (1230) et, uti invicte demonstratur, tunc primam Encyclopaediam celeberrimam aevi illius conscripsit: *De Proprietatibus Rerum,* 249-53 (260-64). Caput IV describit originem conventus et scholae Oxoniensis, in qua primitus Robertus Grossatesta (Grosseteste, Greathead) aliique magistri saeculares Fratribus Minoribus lectiones impertibant, 260-278 (271-89). Hos excepit *Fr. Adamus de Marisco* (Marsh), cuius vitam ex parte perbelle depingit Dr. P. Hilarinus, 278-304 (289-314) postea adumbrans, quid Studium Oxoniense pro aliis in Anglia, forisque praestiterit, 304-16 (315-28).

Pars *tertia,* quae longius, latiusque Ordines Praedicatorum et Minorum praetergreditur et ad historiam generalem studii litterarii saeculi XIII spectat, describit singulari cum peritia, disciplinae scholasticae ordinem atque methodum. Analogiae enim gratia, pluries Ordo Fratrum Praedicatorum respicitur, qui simul cum minoritico per illud aevum principatum tenebat in studio Parisiensi et alibi. Hos duos: « *ordines studentes* » *Fr. Rogerus Bacon* prae caeteris nuncupabat, 57, 117, 120 (65, 126, 129). Animadversiones acres et acutae huius Fr. Minoris Anglici, eiusque iudicia quandoque liberiora, temporum suorum defectus propalantia et severe increpantia, plurimas quaestiones mire elucidant. Eis, quamquam hinc inde diffidens, P. Hilarinus innumeris in locis aptissime usus est sano dicrimine. Ad Fr. Rogeri Baconi(s) animum singularem intelligendum plura hic contulit circumspectus auctor. Agit

in capitulo primo, de *Scholis* sive *studiis*, secundum Statuta Ordinis, 318-322 (330-34) de Studiis generalibus et particularibus, 322-8 (334-41) de publicis et privatis, 328-32 (341-44) de quibus monendum est scholas Conventuum nostrorum tunc plerumque publicas fuisse, quarum lectionibus saeculares etiam interesse potuerunt. Secundum Cap. *Discipulos*, 332-58 (345-372) et *Lectores* describit, 358-380 (362-95). Ante novitiatum quodammodo in grammatica et logica instructi esse debebant Candidati, qui, expleto tirocinio religioso, *statim* ad studium *S. Theologiae* transibant (i. e. ante an. 1250); postea vero primo ad studium *Artium* et *Philosophiae*, 342 (353). Approbatio pro Praedicatione cursui ordinario terminum quemdam imponebat, 349 ss. (361 ss.) quamquam omnes sacerdotes lectionibus ordinariis semper interesse deberent, 367 (381). Magis eximii Fratres specialiter ad *Lectoratus* officium excolebantur, quocum onera et privilegia quaedam nexa erant, 358-80 (372-94). « Dies legibiles » quibus *Lectiones ordinariae* Magistri vel Lectoris et *Lectiones extraordinariae* Sublectoris sive Baccalarei praescriptae erant, tamen numerum 150 vix superabant per totum annum, 369-383)! Ad Lectorem solum spectabant *Disputationes ordinariae*, dum *Disputationes Quolibetales*, solemniter semel vel bis in anno factae, Studiis generalibus reservabantur, 370 (384 s). *Sublector* scholae diversus penitus erat a *Socio* Lectoris, qui hunc comitabatur in itinere, ei diu noctuque assistebat, « quaternos » scribebat etc.

Ultimo capite evolvitur *Programma Scholasticum*, 380-346 (395 559). Ab antiquo *sola Theologia* addiscenda erat religiosis; sed paulatim ab ista regula fundamentali recessum est, quae tamen exeunte saeculo XIII oblivioni nondum data erat, 380-5 (395-400). Breviter pertractat doctissimus auctor, quid de incumbendo in studium *Iuris*, 386-90 (401-6) scientiae *Naturalium* et *Medicinae*, 390-402 (406-18) *Artium liberalium: Linguarum*, scilicet, *Mathematicae, Musices*, 402-447 (418-62) ac *Philosophiae*, 447-490 (462-504) maiores nostri senserint. Revera in omnia ista genera incumbebant Fratres Minores saeculi XIII magis quam Praedicatores et prius quam ipsi, etiam in Philosophiam Aristotelicam, quam anno 1210 Parisiis reprobatam et proscriptam *Alexander Halensis* in Studium illud primus invexit, tempore, quo Dominicani magnis suis Magistris adhuc carebant. Quamvis schola minoritica primaeva « augustino-platonica » iure vocetur, ope doctrinae aristotelicae perfici studuit, 477 (490 s). Alias praenominatas scientias praesertim schola nostra *Oxoniensis* commendabat, et earum antesignanus praecipuus Fr. Rogerus Baco factus est, 480 ss. (494 ss.).

Theologici studii expositio coronat opus, 490-546 (504-59). Omnes aliae disciplinae isti tunc famulabantur, qua ancillae humiles neque semper utiles. Accuratissime hic disseritur de Theologiae fatis, quomodo « Sacrae paginae » i. e. Bibliae suffectae fuerint Sententiae, 499 ss. (512 ss.) quid boni, quidve mali philosophia *Dialectica* ei tulerit, 510 ss. (526ss.) quomodo 'Spirituales' 519 s (533 s) et Rogerus Baco, 521 ss. (534 ss.) contra Dialecticos, omnia infestantes et opprimentes, contra « *Theosophos* » et « *Theophantes* » aevi illius invexerint. Quoad gradus Magisterii theologici haec notamus. Contra P. H. Denifle O. Praed. his in rebus versatissimum cl. Auctor demonstrat saeculo XIII Magistros regentes in Theologia, non solum textum Bibliae sed *etiam* Sententias legisse et explicasse, 531ss. (542ss.). Saeculo dicto Parisiis scholae theologiae sic efformabantur: infimus erat *Lector Cursorius*, seu *Cursor* seu 'Baccalareus non formatus' pro « Lectione cursoria Bibliae » seu « Lectione Bibliae biblica » per

duos annos et quinque in Studio Theologiae peractos; alter Baccalaureus « Sententias » legebat item per duos annos, post quos « formatus » exstitit, per quatuor annos, non docens sed in « Facultate » praedicans vel disputans; postea Licentiatum accepit, et « incipere » (Principium) potuit uti Magister. Utrique enim « Magister regens » praeerat, qui « Lectione ordinaria » Bibliam commentabatur, et disputationes instituebat circa textum Bibliae vel Sententiarum, 538 s. (550 s.). Paulatim studia particularia conventuum hanc Lectorum triadem aemulabantur. Aliae, quae digeruntur de lucta inter textum Sententiarum et Bibliae, de invasione dialecticae etc., grandi utilitate et oblectatione in opere optimo stilo composito et clare omnia exponenti perlegat oportet studiosus lector.

Praemissa accurate exponenda nobis erant, ut intelligeretur, quantam rerum novarum copiam illustres disceptationes P. Dr. Hilarini Felder ibi explicent, admiranda habilitate et sollertia. Plura per transennam ab ipso tacta summario isthoc praetermitti debebant.

Sed etiam libro adeo laudando censuram hic, illic discrepantem non possumus quin apponamus. Omnis libri pagina numerosis, accuratisque notis bibliographicis fulcitur, uti hodiedum mos atque praeceptum est. Immo copiosissimo et exactissimo apparatui suo critico auctor locos intentos et discussos quasi semper inseruit ad verbum. Pro hoc labore omnes, quibus librorum copia non suppetit, gratias auctori sinceras dicent. Sic instructus liber et quasi armatus, eo maioris utilitatis certe erit; quilibet etiam assertiones auctoris facili negotio examinare poterit. Quoad rationem quae S. P. *Franciscum inter et Scientiam* intercesserit, valde dubitamus, an auctor aequius ac benevolentius sententiam protulerit. Magna quidem vi logices haec pars evolvitur quin tamen conclusiones ubique eodem iure a praemissis derivent. Sed S. Fundator non semper idem sibi ipsi stetit, et quaeri debet, utrum e natura Ordinis postea penitus evoluti (non sine causis extraneis), et ex eius officiis et finibus multo magis variis eruendum sit, quid Institutor revera censuerit de necessitate vel utilitate scientiae pro assequendis finibus Ordinis. Fines enim eius non semper iidem fuere quoad varietatem, multo minus quoad vias tenendas, ut fines isti attingerentur. Qui vult finem, vult etiam media, aiunt quidem Philosophi, sed si non est idem penitus finis et variis viis ad illum perveniri potest, Historicis inquirendum est, quomodo variaverint fines, et quibus viis de facto processum fuit, ut ad fines illos perveniretur. Et variaverunt quoque viae. Non licet ad formulam quamdam logicam sive abstractam res, earumque evolutiones condensare. — Hoc praesertim, ubi agitur de Viro Sancto ingenii singularis, cuius erat S. Franciscus. Probat auctor Sanctum « Idiotam » minime scientiam *per se* execratum esse, sed nihilominus plus eam verebatur et metuebat, quam *in Suis* adamabat. Neque « *Ordinem studentem* » fundare voluit, neque quae proferuntur, ut probetur Sanctus scientiam ex animo voluisse aut promovisse, hoc revera evicerunt. Hinc vel illinc *logice* hoc inferri *potest*: cf. *Exiit*, *art. II*. n. 6. Sbaralea, *Bull. Franc.* III, 409, Bonaventura, *Ep. de tribus quaest.* n. 6 Opp. VIII, 332; *Apol. Paup.* c. 12, n. 13 Opp. VIII 320; sed de facto S. Pater conclusiones adeo *largas* inde nunquam traxit. « *Lectionem* » commendans respicit lectionem *spiritualem* seu aedificatoriam, quam vocant; et Testamentum Novum in partes scindens et unicuique tribuens, aedificationem quidem sed nullatenus scientiam sic promovere potuit. Paupertas *absoluta* ab-

solute scientiam, hoc nomine dignam, et humanam [non infusam] excludebat. — Inspicienti tibi probationum huius sententiae locos, plerosque e fontibus non adeo primigeniis haustos esse (sed e S. Bonaventura etc.), apparebit, quanquam, p. 84 (92) auctor dicat hunc non semper totam mentem S. Institutoris attigisse et hac in quaestione Ordinem a primo tempore quadamtenus deflexisse, 85 (95). Circa an. 1250 'evolutio scientifica' in Ordine S. Francisci florentissima erat, ideoque hic status explicandus; 'Spirituales' et antiqui Fratres illi non favebant, sed et docti inter eos scientiam reprobare non potuerunt, quin seipsos certo ictu ferirent. — Non tacendum videtur Dr. Fr. Xav. Seppelt *hanc partem* libri P. Hilarini fortiter aggressum esse in Diss. *Wissenschaft und Franziskanerorden, ihr Verhältnis im ersten Jahrzehnt des letzteren. Eine Kritische Auseinandersetzung mit P. Dr. H. Felder*, ap. *Kirchengeschichtliche Abhandlungen herausgegeben von Dr. M. Sdralek*. Breslau 1906, tom. IV, 149-178; aliosque iam ante ipsum cf. *Literarischer Handweiser*, LII, Münster 1905, 648 s., et *Etudes Franciscaines*, *XIV*, Paris 1905, 84-89. Tamen contra Dr. Seppelt cum P. Hilarino censemus Innocentium III an. 1209 (10) Minoribus facultatem dedisse *praedicandi* poenitentiam non solum *exhortandi* ad poenitentiam, id quod etiam Laicis licebat. — Inquisitione praeliminari auctor noluit «*praeiudicia*» creare pro evolutione historica rei litterariae in Ordine, 1 (5) attamen melior methodus fuisset, investigandi statim *inductive*, quid S. Patriarcha diversis temporibus intenderit et sibi, suoque instituto proposuerit. Miramur, quod P. Hilarinus hoc in opere nondum P. Ferdinando ab Araules O. F. M. cedens, *Vitam anonymam B. Antonii de Padua* (*AA. SS. Iun. III*, 198 ss) Iuliano Spirensi O. F. M. tribuerit, 133 (141). — *Alexander de Villa-Dei*, auctor celeberrimi *Doctrinalis* puerorum († 1250) vix sodalitio Minorum adscribi potest, quod contra opinionem communem et P. H. Felder, 421 ss. (437 ss.) *hoc in periodico* alias probaturi sumus. — Epistola encyclica Fr. Gregorii de Neapoli O. F. M. referenda est in diem 20 ian. non anni 1219 sed 1228: cf. *Gallia christiana XII, instr.* p. 158. Plurimas censuras de libro latas vide AFH I, 169.

In fideli et eleganti versione gallica quam, moderante ipso auctore, P. Eusebius eiusdem consodalis perfecit, non est, cur longius immoremur. Paucissima in notis adiuncta sunt v. gr. p. 8 textus in originali editione praetermissus, quaedam notae bibliographicae, v. gr. p. 41, n. 7, 254 opus de B. Aegidio, quod AFH I, 128 recensetur; alios textus ex c. 520 (533), alias particulas capitum, titulis appositis pro numeris, interpres magis distinxit, 333 (345, 55, 61 etc.). Utilius vero fuisse censemus si interpres titulos paginarum retinuisset, vel respective mutasset, loco tituli generalis libri ubique repetiti. Hoc, typorumque diversitas numerum paginarum auxit, sed habes genuinum opus gallice redditum, quod auctor germanice conscripserat.

Possunt adhuc extrahi et indigitari hoc in opere perdocto et praeclaro plurimae res notatu dignissimae; praefata vero sufficiant ad librum insignem commendandum, quem celeberrimus quidam rei historicae franciscanae cultor, cl.mus v. P. Sabatier, praedixit fore manuale omnium in historiam Ordinis Minorum incumbentium. Hoc votum, vel si mavis prophetia, eo magis, eoque largius implebitur, ex quo duplici textu liber maiori plus duplo studentium numero patebit.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Grimley Horatio, *Saint Francis and His Friends. Rendered into English from Franciscan Chronicles.* — Cambridge, University Press. 1908. In-16° pp. XVI-272.

Huius venusti libelli titulus: *S. Franciscus et Amici eius* splendidum argumentum denotat; clarorum enim virorum, sanctis non exceptis, amicitiae animum semper movent. Accuratum S. Francisci vitae summarium dat initium operi, dein complura pristinarum narrationum de S. Francisci sociis Bernardo, Aegidio, Elia etc. ceterisque amicis Cardinali Ugolino, Domino Orlando, Domina Iacoba de Septem Soliis etc. tractantium compendia sub 38 capitibus disposita sequuntur. Mirum fortasse primo aspectu erit, inter amicos S. Francisci Latrones apud Montem Casalem et Lupum Eugubii fuisse relatos; cum vero quasi pro certo amicorum appellationem Sanctus eis non denegasset, ne nos quidem obtrectabimus.

In anglicum sermonem translatio diligens fuit atque accurata; et iuvat nos animadvertere, iaculatoriam orationem S. Francisco tam familiarem: « *Deus meus et omnia* » proprie conversam « *My God and My All* » (p. 37), auctor quoque in hoc alios non esse imitatum dictam precem perperam reddentes: « *My God, My God* » (quos inter Arnold, *The Little Flowers of S. Francis*. 5. Ed. London 1901, p. 4; et Heins, *The Story of S. Francis of Assisi*, London 1908, p. 20). Minus tamen accurate reddidit verba S. Francisci ad Fratrem Bernardum de Quintavalle: « Faciemus dici missam »; « *Let us attend Holy Communion* » (p. 38) auctorisque circa « *Canticum Solis* » sententiae non pauci resistent scil.: « *Saint Francis.... in its early lines recognizes the sun.... as transcending in its splendour all other sacramental symbols of the Divine Presence in the world* » (p. 263). His exceptis, reliqua sane magni aestimanda, operibusque de S. Francisco in Angliam nuper editis, hic libellus optima additio tuto censendus.

P. Paschalis Robinson, O. F. M.

Finke Dr. Heinr. *Acta Aragonensia. Quellen zur deutschen, italienischen, französischen, spanischen, zur Kirchen- und Kulturgeschichte, aus der diplomatischen Correspondenz Iaymes (1291-1327).* — Berlin und Leipzig, Dr. Walter Rothschild, 1908. 2 tomi gr. in-8°, pp. (IV) CLXXXX et 975 (I: IV, CLXXXX, 510; docc. n. 1-339. II: 511-975; docc. n. 340-609).

E locupletissimo Archivo Coronae antiqui Regni Aragoniae Barchinonae cl.mus H. Finke, Professor Historiae in universitate Friburgi (Brisgoviae) duobus his voluminibus plurima documenta in lucem protraxit. Quamvis nulla facta gravia historiae sive politicae sive ecclesiasticae hucusque ignota, rerum praeteritarum indagatoribus ibi revelentur, plurima tamen ex eis, quae sunt « *ambaxiatorum* » (uti vocabantur) apud Curiam Romanam vel apud alios principes relationes, nova luce, cum facta caeterum nota, tum personas, alte, altissimeque locatas adspergunt. Saepe, quomodo machinationes et politicae et aliae orsae sint, clandestinaque consilia ab artificibus callidis structa fuerint, intueri nos sinunt. « *Nova* » et « *novitates* », quae undequaque ad Curiam vel ad Aulas Principum conflabantur Regi Aragoniae Iacobo II (1291-1327), qui rem politicam universam sui aevi attentis oculis insequebatur, epistolae istae

atque narrationes transmiserunt. Ex ipsa harum natura patet, eas non semper veri apicem attingere, imo persaepe, ut philosophorum modernorum stilo loquamur, has relationes subiectivas quam maxime esse. Ideo vero iucundiora lectu sunt. Cf. l. c., p. LXX, CLIII seq., CLXXII.

Nostrum non est ibi relata de Summis Pontificibus huius spatii temporis, vel de aliis Praelatis, hic discutere, sed ea hic sola commoramus, quae de *Fratribus Ordinis FF. Minorum* ibi narrantur, vel quae Ordinem attinent. Notitiae et documenta et epistolae hic primum publici iuris factae, plerumque desumpta sunt ex serie « *Cartas reales diplomáticas* » (CRD) praelibati Archivi (*Archivo de la Corona de Aragón*) cf. p. LXVIII-LXXII. Quamvis Clemens P. V, die 4 Martii 1305 a legatis regis Iacobi II petierit, ut mandata regis latine verterent, quia linguam eorum (cathalanicam) intelligendi quidem, sed non legendi capax esset, « *et el dix nos, que ell entenia be nostre Romanç, mas nol sabria legir, mas que tantost lo tornassem en Lati* » (p. 768, n. 479), non necessarium censemus omnes prorsus passus occurrentes latine reddere. Magna pars documentorum latine exarata est. — Auctor eruditissimus et documentorum investigator diligentissimus ex hoc Archivo iam plura desumpserat pro opere suo: *Aus den Tagen Bonifaz VIII. Funde und Forschungen. (Vorreformationsgeschichtliche Forschungen. Bd. 2)*. Münster, 1902, in 8°, XIV, 296, p. CCXXIII et nuperrime pro op. *Papsttum und Untergang des Templerordens I. Bd. Darstellung. II. Bd. Quellen. (Vorref. Forsch. 4. 5)*. Münster, 1907, gr. in 8°, p. XVI-398, 400.

Miratur editor, quod die 26 Dec. 1294 Iacobus II custodes filiorum Caroli II, regis Neapolis, inter quos **S. Ludovicus Tolosanus** postmodum episcopus et O. F. M., severe iussit, ut arctius illos custodirent. Vetat, quin ullus ex eorum familia « intret castrum Siurana » nec armatus ibi stet, neve praesertim « *remaneat nec intret de nocte in castro predicto, nisi certi Fratres Minores, capellanus, medicus, et coquus,... et scutifer Raimundi Berengarii* ». 20-1, n. 15. Die 12 octobr. 1291 permiserat, ut « Franciscus eorum fisicus » intraret (9, n. 5, al. 1); sed 20 mart. et 11 april. mandaverat, ut quidam e dicto castro removerentur (l. c. n. 5, al. 2 et 3.) An. 1292 (?) die 22 sept. et 10 nov. captivorum medicus Franciscus et Frater Minor **Franciscus**, facultatem accipiunt in Provinciam proficiscendi l. c. n. 5 not. Memoratur eorum captivitas etiam p. 735, n. 452. Addimus, quod Franciscus ille Frater Minor videtur fuisse *Franciscus de Apta*, cui Caelestinus V dederat facultatem S. Ludovico dandi primam Tonsuram et Ordines minores: cf. Sbaralea, *Bull. Franc.* IV, 332. *AA. SS.* Aug. III, 779, et in Sancti testamento memoratur ut Franciscus Brun, unus e sociis et familiaribus Sancti. *AA. SS.* l. c. 788. Die 4 Mai 1323 Iohannes P. XXII, Vitali de Villanova, legato Iacobi II, contendenti, ut Iohannes, filius regis, Archiep. Toletanus, Cardinalis crearetur, obiecit, se nolle regios Cardinales, atque Carolum II omni vi, sed frustra, laborasse, ut filius suus S. Ludovicus, inter Cardinales cooptaretur. '*E el* [rey Carles] *feu tot son poder, que sent Loys fos feyt cardinal ne nuylls temps nou poch obtenir*'. Hoc revera ignotum nobis fuit et Sancto illi certe gratum. — An. 1304, die 1 Ianuar. quattuor proposuit idem rex e suis, e quibus unus Cardinalis nominaretur, inter hos « *Fr. Bernardum Peregrini, priorem prov. Fr. Praed. in provincia Aragonensi ac Fr.* **A. Olibe** [Oliba], *ministrum ordinis FF. Min. ex partibus nostris oriundos, viros quippe virtute conspicuos et praeclaros, praeditos scienciis* etc. p. 156, n. 106. Neuter tamen creatus fuit. Ibidem « *prior dels frares Prehicadors et frare Bernat Pelegri e frare A. Olibe del orde dels frares Menors*

et frare Dalmau de Mensuli [O. Templ. cf. 751], *procurador de lurs covents et encara lo ministro provincial dels frares Menors*, quia ad partes regis steterant, quando Alphonsus, Iacobi II filius, clerum Barchinona expulerat. Die 28 Ianuarii ab Episcopo in Concilio provinciali increpati fuerunt, 823-4, n. 511. Ex Regestis regiis 239, comperimus Regem die 12 Ian. 1311 Guardiano O. F. M. Barchinonae scripsisse: « ... *Quia Fratrem* A. Oliba, *diu in vestro ordine laudabiliter conversatum, clare fame, viteque honeste... litterarum scientia apud bonos et graves multipliciter commendatum pocius typo malicie seu invidie, ut tenet communis oppinio, quam iustitie zelo ducti gravi carceri mancipastis* ». Mandat, ut statim laxetur. Rex scripsit etiam Cardinali ep. Portuensi (i. e. *Ioh. Minio* O. M.), ut pro Fr. Olibe ageret, « *quem sicut audivimus vos familiarem habuistis* », et nunc carceratur, quia « *fratres de quibusdam per devium ambulantibus arguebat, et quia dubitabat ex eo sibi dampnum inferri, sedem apost. appellarat* ». Oliba liberatus fuit, cum ei rex 3 nov. 1311 scripserit, omnia sua vota nunc impleta esse (p. 890, n. 567). Ap. Ehrle ALKG, III, 16, 17, 445 nominatur iste « Fr. Arnaldus Clibe, minister Aragoniae ».

De Fr. **Poncio Carbonelli** plura inveniuntur. Postquam Iacobus II eum ad Fridericum germanum suum, Siciliae regem, die 25 sept. 1314 misit, ut hunc dissuaderet, ne plures *Fraticellos* in Siciliam reciperet (p. 670-1, n. 422), eundem « *guardianum FF. Min. Barchinonensem* » die 3 Julii 1315 in eandem insulam ablegavit, ut pacem inter dictum Fridericum et Robertum, regem Neapolis, conciliaret (717, n. 448 nota). De hac legatione die 25 febr. 1316 Panormo, cum *socio* suo *Fr. Bernardo de Villanova*, regem informavit (715-7, n. 448). Prius, 12 Jan. 1316, regem certiorem iam fecerat per aliam epistolam, cuius tenorem tunc repetiit. Illa ep. ab ipsius manu est; CRD 10381. Cl.mus Prof. Finke, p. CLXI, de hoc Fratre ait « Relationes eius planae, tanquam speculum, animum huius viri temperatum et excelsum reflectunt » (1). Aliae eius epistolae exstant in CRD 11386, 12698, 10923. Altera eiusdem guardiani epistola, conditiones. Roberti pro quaestione illa Siciliana componenda praebet (p. 718, n. 449, anni 1316 vel 1317 ineun.). Cum circa finem anni 1316 Petrus Ferdinandi de Ixar Neapoli Robertum inducere vellet ad pacem faciendam, « praesens erat » ut eum disputantem iuvaret Fr. Poncius (721-22, n. 450).

Eodem anno fuerat Capitulum Generale Neapoli: *Anal. Franc.* III, 470; Wadding, *Annales Min.* ad an. 1316, n. 3, 4. Die 1 dec. 1316 Ixar Neapoli Barcinonem scripsit « *Intendo procurare, quod unus tractatorum* (pro dicta pace) *sit dom.* **Philippus de Maioricis,** *qui est persona multum conveniens et multum communis utrique parti. Feci remanere Neapoli fratrem Poncium Carbonelli a tempore, quo primo fuit Neapoli usque modo, propter hoc, ut semper esset presens in his, quae ego decernerem et facerem et haberem copiam (?) maioris consilii* ». Vult eum ducere inde ad Papam, et tunc ad regem cum notitiis mittere (725). Die 12 dec. 1323 rex ad filium suum Primatem Toletanum scripsit, se « litteram ... propria manu scriptam per religiosum Fr. Poncium Carbonelli de ord. Min. in nostris manibus resignatam » habere (p. 860-1, n. 541). Erat iste Iohanni Archiep. Toletano a confessionibus, p. CLXI, not. 2. Post haec patet celebrem illum Poncium Carbonellum non ante an. 1297 obiisse, neque necessarium videtur duos eiusdem nominis Fratres coaevos circa annum 1300 distinguere. Cf. Wadding, *Annal. Min.* ad an. 1214, n. 30, I², 213; ad an. 1297,

(1) « Seine klaren Berichte scheinen ein Spiegelbild der abgeklärten Persönlichkeit des geistig hochstehenden Mönches ».

n. 35, V², 380; ad an. 1286, n. 33, V², 187. Sbaralea, *Supplem. ad Scriptt. O. M.* Romae 1806, 623. Minime enim constat Poncium Carbonelli fuisse magistrum S. Ludovici; cf. *Vitam coaevam* Iohannis de Orta: *An. Boll.* IX (1890) 295; *AA. SS.* Aug. III. 778, § 2, n. 17. AFH I, 283; *Catal. SS. Fratr. O. M.* ed. Lemmens, Romae 1903, 43; Barthol. Pisanus, *Conform. Anal. Franc.* IV (1906), 310, 324; multo minus vero Poncium Carbonelli esse eundem ac *Poncium Potugati*, 'Spiritualem' carceratum, (*Chron. VII Trib.* ap. Ehrle, *Arch. für Lit. u. KG.* II (1886), 300, 386; IV, 444), quanquam Waddingus ll. cc. sic censuit et eum secutus est Nic. Antonius, *Bibliotheca hispana vetus*, II Matriti 1783, 94, aliique. Poterat legatus noster P. Carbonellus an. 1334 esse Provincialis Aragoniae (Eubel, *Bull. Franc.* V, n. 51, p. 26). Non autem liquet eum esse Poncium Carbonellum O. F. M. qui 7 aug. 1345 nominatus, est episcopus Seleuciae (Eubel, V, n. 331, p. 166), et librum composuit pro absoluta Paupertate Christi, ob quem, etiam Armenice versum, Clemens VI Archiepiscopum Soltaniensem iussit 31 iul. 1346 contra Poncium procedere (l. c. VI, n. 381, p. 185 s.) et cuius [vel alterius?] *iam demortui* 'Postillam super Bibliam' Barchinona sibi transmitti imperavit Gregorius XI, 1374, 4 april. (l. c. VI, n. 1393 a, p. 531 s.). Nomen cum *Poncii*, tum *Carbonelli* in Hispania vulgatissimum erat.

Gerunda 12 Julii 1321 Iacobus II Iohanni P. XXII litteras dedit, e quibus *primo* comperimus tunc agendum fuisse apud Papam de **Martyribus Marrochitanis** canonizandis. « *Intimamus*, ait rex, *ad nostrum noviter quarundam personarum dignarum fideli relatu pervenisse auditum, quod martires venerandi, Oddo videlicet presbiter, Berardus subdiaconus, Petrus, Occursius*, [Accursius] *et Adiutus de ordine FF. Minorum in primo b. Francisci exordio sic apud Marrochs* (!) *constante*[*r*] *pro fide ortodoxa certarunt, sicque usque ad finem perseverarunt, quod tanquam fideles et fervidi Christi pugiles, agone martirii peracto et superato feliciter, sese Deo gratam et acceptabilem hostiam immolarunt, de quibus clarius et lucidius beatitudo papalis debet in proximo, ut pro certo didiscimus* (!), *informari et penes sanctitatem vestram pro illorum canonizacione insisti* ». Harum futurarum precum se adiutorem instantem rex facit (p. 754-5, n. 469). Officium SS. Martyrum Ordini Minoritico recitandum concessit tandem Sixtus IV 7 Aug. 1481. Wadding, *Ann. Min.* ad an. 1220, n. 53, I², 357-8. — De potentia regis Marochii an. 1309, cf. p. 765, n. 477 et p. 776.

Non solum de « passagio » Crucigerorum in *Terram Sanctam* saepius tractatum fuit, sed mense sept. 1322, legatis suis ad Soldanum 'Babyloniae' in mandatis dedit Iacobus rex ab eo petendi, ut **SS. Sepulchrum** Fratribus Praedicatoribus Aragonensibus perpetuo custodiendum traderet: *Item preguen lo solda de part del rey Darago, que per fer li seynalada honor e per mostrarli special amor li placia atorgar et ordonar la guarda et la administracio del sant Sepulcre, per tots temps a la orde dels frares Preycadors, qui es fort aprobada orde en la Crestiandat. Axi empero quels dits frares, qui en lodit serviy seran deputats, sien tota hora naturals dels regnes et deles terres dedit rey Darago.* 756, n. 470.

Consilium illud diu perdurasse non videtur; certe effectum nullum obtinuit. Die 23 Augusti 1327 ad eundem Soldanum scribens, tacens de FF. Ord. Praed., ei commendat, ut SS. Sepulchrum meliore statu teneatur, FF. Minores et omnes Christiani ab eo protegantur: « ... *hajam entes per alcuns Christians frares Menors, qui son, pochs temps ha,*

vengutz de Jherusalem, que la esglea del dit sant Sepulcre non es tan reverenment ne tan sufficient, con mester seria servida, per ço nos pregam la vostra altea, ab aquella affeccio, que podem, que vos asenyaladament per esguart de nos vullats atorgar, que religioses frares Menors puxen anar per vostres regnes e terres franchament e que nols sia demanat trahut, peatge, ne dret algun, e quels dits frares Menors specialment, e tots altres Christians sien en vostra comanda e defeses per vos e per vostres almirants. 759, n. 472. Nomina illorum FF. Min. ignorantur. Sed coniectare licebit, eos fuisse Fr. **Raymundum de Miedis** et socium eius, qui, ut Fr. **Arnulfus** Ord. Min. regi scripsit, Nicosia die 25 Ian. anni 1322 (vel 20?) « de peregrinacione Terre sancte feliciter regredientes aplicuerunt Famagustam », ferentes « rumores de terra Sarracenorum et regni Cypri multos.... set pro Christianis paucos bonos ». 757. CRD 10796. — Sitne iste Raym. de Miedis idem ac ille P [*R?*] *de Mija vila* « *qui esta letra nostra vos* [soldano] presentara » (scil. n. 472) pronuntiare non audemus. — CRD 10132 habetur a rege recommendatio Fr. **Iohannis Talonis** de Perpignano O. F. M., electi Lydoniensis [vel Lindinensis, qui deest ap. Eubel, *Hier. cath.* I, 320 et *Bull. Fr.* V, app. II] et qui in Romania pro Rege Friderico Siciliae laboraverat. Ex mandatis die 8 sept. 1314 datis patet Soldanum Babyloniae omnibus Aragonensibus « *qui iran a visitar la casa sancta* » protectionem suam promisisse; p. 751. n. 467. 1.

Cum Magister Arnaldus de Villanova coram Papa et Cardinalibus dixisset, regem Iacobum et Fridericum eius fratrem dubitasse « utrum tradicio evangelica esset ab invencione hominum vel divinitus inspirata » (p. 892), Fr. **Iohannes Minius** O. F. M., ep. Portuensis, haec statim reseravit, ut 26 oct. 1309 regi nuntiavit (885, n. 562) « religioso viro fideli servitori et amico vestro et nostro *fratri R*[*omeo*], Ministro Provinciae Aragoniae, ut per ipsum possetis de illo informari ad plenum et deliberare per consequens, quid agendum » 885, n. 562. Rex indignabundus die 1 oct. 1310. Clementi V rescripsit « prefatum, ait, magistrum Arnaldum manifestissime, salva papali reverencia, conspeximus mendacem » 893, n. 570, p. 891-5. Eiusdem tenoris litteras, epistolam Fr. **Romei Orticii** commemorantes, eodem die misit Cardinali *Iohanni Munio* O. M., cf. 895 et Menéndez Pelayo, *Los Heterodoxos españoles*, 1, 773. — Idem rex 21 Julii 1313 scripsit Magistro Bernardo Gonterii, illuminatori suo: 928, n. 601. « *Cum nos velimus, quod vos illuminatis quandam bibliam, quam venerabilis et religiosus Fr. Romerius* [sic! sed idem est] *minister Fratrum Minorum in provincia Aragoniae scribi fecit ad opus nostri* (!), *idcirco vobis expresse mandamus, quatenus dimissis aliis negotiis quibuscumque, dictam bibliam illuminetis in illo loco et eo modo, prout dictus minister duxerit ordinandum* ».

Aragoniae rex Iacobus II, 12 mart. 1298. concessit ' Fr. **Dominico de Iacca** *de ordine Minorum* ' ut libri qui e pecunia, quae supererat a legacione, quam pro rege ' *in Romanam curiam vel alia loca fecit* ';... « *empti sunt, vel alii, quos... de predicta pecunia emi mandamus* (i. e. **rex**), *dentur et assignentur conventui Fratrum Minorum Iacce, ita quod nullo tempore a conventu illo valeant separari* » 907, n. 582. — Filius regis Petrus, cum scivisset Eduardo II, regi Anglorum, esse quinque neptes e quibus unam uxorem ducere posset, die 25 oct. 1326 Iacobo II scripsit, ut Fr. **Berengarium Folcrandi** O. F. M. in Angliam mitteret « *per veer les dites donzelles* » (502. n. 333). Pater, precibus filii annuens, dictum « *religios frare Berengar Folcra del orde dels frares Menors* » mense novembri

eo misit; sed filius nulli earum nupsit (502, 334 nota). — E contra Iacobus II filiam suam Isabellam in matrimonium locaverat Friderico Pulchro, duci Austriae, aemulo illi Ludovici IV, Bavari dicti, an. 1313. Cf. p. 342-384, n. 230-258. Cum Otto Abbas S. Lamberti, unus nuntiorum Friderici Pulchri, qui ad hunc sponsam deducebant, neque Fratrem Praed. neque *Fratrem Min.* Isabellam « infantissam » comitantem vellet, Iacobus 25 oct. 1313 hoc nequaquam permisit, quia filia sua secus confessore careret (348, n. 236). *Fr. de Ponts* (ord.?) sponsam in Germaniam secutus est, sed ante diem 20 Iunii 1315 inde in patriam rediit. 365, n. 245. cf. Zeissberg, *Elisabeth von Aragonien, Gemahlin Friedrichs des Schönen von Oesterreich*, in: *Sitzungsberichte der Kais. Akademie d. Wissenschaften in Wien. philos.-hist. Cl*,. CXXXVII, 1898, 31 seqq. Cum ipse Iacobus II, uxore orbatus (cf. Finke, CLXXX ss. CVIII ss.), Clemenciae, filiae regis Ungariae, matrimonio iungi vellet, Robertus rex per « G. Scarrerii, **Laurentium** *lectorem et* **Eliam** *guardianum de ord. Min. Neapol.* » Barchinonam adventantes, hoc dissuadebat. Iacobus vero rex die 7 jun. 1312 Fr. **Ferrandum** (Fernandum) **Garcie**, custodem Fr. Min. conventus ' Valentiae ' et dom. Guil. de la Ceria Neapolim ablegavit; quibus « revenientibus de legatione » rex Roberto respondit 23 sept. 1312 (p. 297, 98, n. 202, p. 293-8). Agebatur quoque in illa legatione de Sardinia. — Die 31 julii 1291 Iacobus II Friderico, fratri suo « tenenti... locum suum », in Sicilia nuntiaverat: « *Cum... ex quorundam fidelium nostrorum relatibus celsitudo nostra didicerit, quod quidam frater Minor monoculus et pusillus stature,* **Vicencius** *nomine cum uno socio suo eiusdem ordinis de partibus Ianue nuper in Siciliam venerit, seminaturus perversitatis et sedicionis semina in agro puritatis nostrorum fidelium Siculorum* ».... Fridericus eum capiat, ut de eo faciat ' iudicium ultionis, ' p. 8, n. 4. — Addit cl. editor *Vincencium* illum forsan iubente Carolo II, vel Nicolao IV, qui contra Siciliam opem Ianuae implorabant, illuc ivisse. Nicolaus IV in hunc finem Fr. *Gentilem* O. F. M. ep. Reginensem (Calabriae) Ianuam ablegaverat, l. c. nota. — Langlois, *Les Registres de Nicolas IV*, n. 6837 s. — De Nicolao P. IV eiusque conatibus politicis agunt docc. 1-4, 7, 64.

De Cardinale **Iohanne Minio** de Murovallium O. F. M. legati Iacobi regis ' conclave ' Perusii et inde Spoleti observantes, renuntiarunt 17 Aug. 1304 duas esse partes Cardinalium, alteram Matthaei Rubei, cuius erat Fr. **Gentilis** O. F. M., alteram Napoleonis Ursini, quocum stetit « Fr. *Iohannes de Mora* » O. F. M. (p. 181), « qui communem omnibus se redebat, nec ad partem aliquam declinabat ». De consilio etiam suae partis hic « Domino Mathaeo in principio adherebat... Set cum ad nominacionem Summi Pontificis convenissent et pars altera dictum fratrem Iohannem nominasset et parti alteri obtulisset, ipsa pars, videlicet domini Mathei nec nominare eum ipsum voluerunt nec in eum eciam consenserunt ». Et idem evenit ancipiti Fr. Nicolao Alberti O. P. 182, n. 118, (180-183.). Dicti legati die 6 jun. in conventu FF. Min. Perusii « *en la casa dels frares Menes* [pro Menors] *en Perusa* » cum legatis communis Florentiae et Lucae convenerunt (p. 179, n. 117). De hoc Fr. « Ioh. de Mora » [Murro], cfr. n. 562, p. 885, 890, n. 567 not., 895, n. 571 nota, cf. *hic* 141, ubi de Arnaldo de Villanova et 139. Die 25 oct. 1311 *Ioh. Minius* Avinione ad Iacobum II scribit, ut alias quoque litteras toti collegio Cardinalium dirigeret ob verba illa « per mendosum et phantasticum illum magistrum Arnaldum » contra Regem prolata. De Arnaldo plura nova documenta affert eruditissimus Prof. Finke, cf. praecipue p. 700-8, 872-96.

Aragoniae rex 11 ian. 1304 ad Benedictum P. XI Fr. Bernardum Peregrini O. Pr. misit « quia, ait, fama discurrens et frequentativa relatio auditum nostrum sepius titillavit, quod propter Fratres Predicatores et *Minores* nationis Castellae in domibus ipsorum *Murciae* habitantes insurrexit pluries scandalum et de peiori cotidie suspicatur ». Quapropter Castellani eo non mittantur; de hoc Nuntius Papam edocere debebat. 157, n. 107. — De Fr. **Guilelmo de Curia** O. F. M. quem Bonifatius VIII pluries legatum pro rebus mere politicis tractandis ad Iacobum regem Aragonum misit, 1300-01, nolumus hic plura ponere: cf. p. 76-82, 85-6, 100; cf. quoque Finke, *Aus d. Tagen Bonif.*, p. XVIII: allegandum quoque fuisset *Bull. Franc.*, IV, 501, 517-8. Ipsum ac Fr. Philippum de Maiorca, filium regis Iacobi I Maioricarum alias tractandos reservamus, itemque *Raymundum Lullum*, aliaque quae ad ordinem franciscalem spectant. De *Spiritualibus* etc. cf. *hoc fasc.* p. 158ss.

Die 3 iul. 1322 (vel 23) Fr. Guido de Terrena O. Carm., qui die 15 April. 1321 (Eubel, *Hier. cath.* I, 337) nominatus fuerat ep. Maioricensis, Avinione ad Iacobum, qui expetiverat, ut Fr. **Bernardum Fusterii** O. F. M. in carcere episcopi retentum, liberaret, scripsit: hoc negotium.... « *non est ita leve nec per me potest expediri. Multa enim suspecta de haeresi sunt ibi. Et ex eo, quia anno preterito, inquisicione facta de predictis apud Maioricas, necessario habui mittere processum ad dom. papam....* (Ioh. XXII). *Cum autem fui hic, pluries et pluries... supplicavi instantissime dom. pape, quod ad expeditionem dignaretur procedere negocii supradicti vel hoc committere. Ad quod respondebat: 'Faciemus, Faciemus'; nec aliud potui obtinere... cum ligate sint manus mee* ». Rex autem idem a Cardinali *Napoleone Ursino*, quem eius legati per antonomasiam « *amicum* » suis litteris appellabant, (cf. p. 394ss., 616ss.) postulaverat. Napoleo responsum dedit « Dominus papa ipsius fratris negotium specialiter cordi habet, ita quod visum est nobis pro meliori eiusdem fratris supersedere a loquendo super hoc... pro eo » 756, n. 498 et not. De Napoleone Ursino, celeberrimo cardinali et in Pontifices potentissimo atque fautore Fratrum *Spiritualium, Fr. Ubertini de Casali* et sequacium *Angeli Clareni* plurima inveniet hic eius biographus; cf. s. v. p. 964, p. CLXI-CLXXII. — Epistola 3 ian. Avenione data commemoratur quidam Fr. **Gaddus**, O. F. M. qui dicto '*Amico*' Pisis litteras miserat de legatione quadam Syndici ad Alphonsum, regis filium in Sardinia (608, n. 390 not.). — In litteris Iacobi eiusdem 7 jun. 1311 sermo occurrit de *Guardiano* (tacetur nomen), *ord. Min. Perpiniani*, qui cuidam episcopo e partibus Romaniae, pro filio imperatoris C. P. uxorem quaerenti, de filiabus Iacobi locutus fuisset, et postea « noviter accessit ad Avinionem ». Ipse lector faciliter coniectabit, cur regis de illo episcopo inveniendo adeo interfuerit! — Nolumus tacere p. 14, n. 9 memorari quemdam *Fr. Petrum Iohannis,* sed O. Praed., et quidem in epistola 23 April. 1294 Cardinalis Benedicti Gaetani (postea Bonif. VIII) et duorum aliorum Cardinalium e conclavi data, ad Rogerium de Lauria, ut Fr. Petrum Ispanum, « quem merito habet (S. Collegium) de litterarum apostolicarum falsitate suspectum » capiat et eum FF. Leoni suppriori Fr. Praed. de Urbeveteri et *Petro Iohannis* tradat. — Alludimus quoque ad ineptam illam narrationem de partu monstruoso *imperatricis christianae Tartarorum,* caeterum sterilis, post peregrinationem « ad B. Mariam de Nazareno » una cum viro peractam. Partus fuisset partim homo, partimque animale et post susceptum baptismum factus fuisset « totaliter homo ». Ob hoc portentum imperator et plurimi ad baptismum prompti essent, et ad debellandum Saracenos cum Christianis (747, n. 464). — Pro aliis cf. *hoc fasc.* p. 158ss.

Etiam **Clarissarum** monasteria commemorantur. Die 5 nov. 1298 Syracusis Iacobus II Matri suae Constantiae suadet, Neapolim se conferre, una cum filiabus vel, si hoc displiceret, « *alibi in aliquo locorum de regno, Salerno videlicet vel Gayeta, in monasterio sacrarum monialium, de ordine s. Clare, tamdiu devotum impendere domino famulatum, quousque negocio, quod prosequimur... disposito, in regnum nostrum Aragonum insimul revertemur.* » (54, n. 38) — Epistula 3 iul. 1327 rex dixit Elisendam, uxorem suam, Monasterium *Dominarum « de la orden dels frares Menors »* fundasse (759, n. 470 not.). Regis mater « *Constantia Dei gracia regina Aragonum et ordinis S. Clarae humilis ancilla Christi* » mortua est Barchinonae in parochia S. Michaelis in domo Petri Manni tanquam « religiosa » CLXXVII, not. CRD 11841.

Ille vero G. de Oulomarii, qui Bernardo de Averçone scripsit Avenione 16 April. 1323: « *Salutate, si placet, plurimum dominam coniugem vestram... et rogetis eam ex parte mea, quod oret patrem nostrum b. Franciscum pro me in cordis tenuitate et lacrimarum habunda efusione...* » non erat nisi saecularis et, ut videtur, de tertio ordine S. P. Francisci.

Ex paucis his e divite rerum copia excerptis, patet, quam bene elucubrationes istae cl.mi Dr. Prof. H. Finke etiam de historia franciscana meritae sint, quantasque gratias ei hos ob labores sint rependendae.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Stephanus Schoutens O. F. M. — *Geschiedenis van het voormalig Minderbroedersklooster van Antwerpen* (1446-1797) *door P. Fr. St. Sch. Minderbroeder.* 2e druk. Antwerpen, Drukkery Van Os-de Wolf, Bomstraat 49-51. — 1908, in 8°, pp. 446.

Prodiit nuperrime editio altera emendatior monographiae antiqui nostri conventus Antverpiensis, auctore impigerrimo P. Fr. Stephano Schoutens O. F. M. Editio prima prodierat ibidem apud eundem an. 1894 (in-8°, pp. 424).

Lectoribus benevolis hocce volumine haud vulgarem offerri opellam, eo propatulo iam liquet testimonio doctissimi Domini H. Sermon, flandricarum Academiae Litterarum insignis socii, qui librum hunc coetui doctorum offerre haud dedignatus, aperte fatetur opus huiusmodi fontibus authenticis depromptum, maximo fore decori litteris belgicis.

Nec mirum, mehercle; Antuerpiensis enim Minoritica sedes, sin aetate, numero saltem ac gravitate virorum sanctitate simul ac doctrina conspicuorum, ceu iubar lucidissimum in firmamento Seraphico antiquae provinciae Inferioris Germaniae enituisse perhibetur. A primo fundationis aevo siquidem haud pauci ponderosi Franciscales coenobium antverpiense incoluere, quorum nomina hodiedum a nostratibus dictitantur gloriose, puta FF. Henricus Harphius, Cornelius Zierickzeensis, Henricus Pippinck, Adrianus Hofstade, Iohannes Knyff, Petrus et Franciscus uterque Paludanus, Rumoldus Costerus, Cornelius De Vroom, Michael de Lyra, Henricus de Bercha, Iohannes Troyus, Ioh. van Leuven, Alb. van Leyden, Iacobus Pinckaert, Cornelius Wouters, Iacobus a-Kempis, Hermannus Ianssens, Franc. Zegers, I. Bapt. Andriaenssens, aliique haud pauci; sed et praecipue praecellentes illi, rei publicae optime meriti Iohannes Neyen, Ioseph Bergaigne, necnon Henricus Sedulius; quin et plures Minoritae extranei, conventus Antverpiensis alumni, adducuntur in medium (cap. VII) inter quos P. Christophorus a Capite Fon-

tium, Franciscus Panigarola, Alfonsus Lupus etc., qui respective negociatoribus Gallis, Italis, Hispanis, Lusitanis in metropoli commerciali suo tempore versantibus verbum Dei nativo sermone praedicare solebant.

Peculiari autem attentione dignum censemus caput XIV, p. 169-199, ubi de erigendo philologico sacro antverpiensi Musaeo, tantopere a doctissimo Patre Lectore Wilhelmo Smits concupito, tandemque, post non unum telum imbelle, a fundamentis perbelle excitato in nostratum studii sacri emolumentum perenne. Tunc exponitur ruina conventus (200-20) ab eversoribus Gallis peracta. Pace restituita, frustra pro restituendo conventu Minores adlaboraverunt, cap. XVIII, (243-51); alio in loco urbis postmodum sedem obtinuerunt. Describit etiam conventus et ecclesiae structuram (252-73), quam, extensam et variam, oculis offert frontispicium. Agitur tunc de Confraternitatibus religiosis (273-88); datur elenchus Guardianorum (289-336); de *Stationibus* Patrum praedicantium et *terminis* eleemosynarum (337-59) tractat, de *Patribus* (360-4) et *Matribus Spiritualibus* (365-9) Conventus, deque Benefactoribus insignibus (369-408) et fatis ultimorum Fratrum Coenobium gloriosum antverpiense incolentibus (409-40), demumque Sigilla annorum 1448 et 1648 praebet (441).

Liceat proinde scriptori ob perlatos hoc in opere, aliisque plurimis, indefessos labores sincere gratulari, nonnullis vero neotericis mere ad carpendum promptioribus inferre Patris nostri Augustini Dewitte illud immite dictum:

« Invide, qui carpis, que non capis, invide carpis!
Invide qui carpis, fac meliora: legam »!

Plerumque enimvero verificatur et illud tritum:

« Extersis oculis aliorum dampna videmus:
Ad discernenda propria visus hebet ».

Bruxellis. Fr. Hieronymus Goyens, O. F. M.

Engelhardt P. Zephyrin O. F. M. — *The Missions and Missionaries of California.* — San Francisco: The James H. Barry C°. 1908. In-8° gr. pp. XVIII-654.

Quodcumque de Missionibus Californiae pristinis argumentum, speciali quadam ratione Americanos attrahere videtur. In ipsa quidem California maxime circa ista primaevi cultus, humanitatisque vestigia sollicitudo iam eo feliciter devenit, ut institueret archaeologicam de vetustis patriae monumentis societatem, cui restaurandarum, servandarumque veterum Missionum cura obversatur. Neque iam deest de hac materia magna librorum copia. Tot inter libros pluris minusve faciendos de Californiae Missionibus ultimis temporibus editis, primus, qui recentioris criticae postulatis respondeat, hic merito dici potest. P. Zephyrinus, almae Provinciae SS. Cordis Iesu in Statibus Foederatis alumnus doctissimus, plurima iam ad historiam missionum praesertim Ordinis Minorum Californiae et Arizonae spectantia in aliis operibus egregie exposuit (1), et nuperrime de Californiae Missionibus scriptum in *Encyclopaedia Catholica* (tom. III s. v.) vulgavit. Earum ipse historiae describendae prae caeteris aptus erat, quippe cum in argumento maxime versatus, tum hispanico sermone peritissimus.

Volumen istud, quod inferiorem tantum Californiam prospicit et

(1) Cfr. *The Franciscans in California,* Harbor Springs, Michigan 1897, et *The Franciscans in Arizona,* ibid. 1899.

veluti prooemium est ad superioris Californiae Missionum historiam, quatuor in partes dividitur. Pars I• (3-58) pristina itinera atque explorationes enarrat; II• vero (64-285) *Iesuitarum* tempus disserit (1679-1767); III• (289-509) *Fratrum Minorum* (1767-1773); IV• (513-600) denique *Fratrum Praedicatorum* periodum pertractat. Insunt quoque XI appendices (601-623), quibus complures quaestiones, principi argumento incidentes, seorsum tractantur, necnon omnium Missionariorum elenchus (285-509-599) et 29 paginarum completus index (625-654). Complures insuper hominum imagines ex antiquis picturis depromptae, tabulaeque innumerae, quarum aliae regionis prospectum, aliae Hispanorum gubernatorum et primorum evangelizatorum autographa referentes, ditant librum.

Breve post exordium (1-17), in quo de Missionum origine tum in Ecclesia, tum in Fratrum Minorum Ordine disserit, prima itinera atque explorationes secus in Californiam peracta cl. auctor describit (18-58). Prima vero fixa *Iesuitarum* Missio in inferiore California mense Octobri 1697 condita refertur, duce P. Ioanne Maria Salvatierra S. I., qui 70 annos natus, assiduo labore confectus, occubuit. Dein compluribus, gravibusque difficultatibus superatis, Missiones usque ad annum 1767 floruere, quo anno, Carolo III rege omnes Societatis Iesu professores e regni finibus pellendos decernente, Californiam relinquere Iesuitae coacti fuere (271 et seq.). Nulla interiecta mora ad *Fratres Minores* eorum Missiones transierunt, ipsisque praefectus P. Iuniperus Serra, tunc temporis parum notus, qui Evangelium Indis prope civitatem Mexicum praedicaverat (289 seq.). Ipse lubenti animo grave munus assumpsit, et statim Missionibus inferioris Californiae instaurandis operam dedit. Anno vero 1773 Fratres Minores universam regionem cesserunt *Praedicatoribus*, qui modo ibi advenerant, et in Californiam superiorem profecti sunt (460 seq.). De gestis Praedicatorum parum dici potest; ipsi enim, a Iesuitis et Minoribus in hoc se secernentes, nullum gestorum suorum vestigium post se reliquerunt. Missionum historia, iis ducibus, paulatim declinat usque ad religionis eversionem post Mexicanum bellum (587 seq.).

Hic per summa capita historiae P. Zephyrini prospectus. Ea mens auctori fuit, ut ipsemet in praefatione inquit (p. V), « ut narrationem plenam atque accuratam plano, concisoque sermone praeberet ». Et ad propositum auctorem pervenisse, iure fatendum. Ipse enim historiam scripturus omnes autographos Codices invisit, tabularia hactenus inaccessa historiographis adiit, quare librum investigationibus, suamet prima manu peractis, locupletare potuit. — Summo autem studio curavit suis sententiis auctoritatem comparare, operumque consultorum index, fere omnia quae de hoc argumento tractaverant ab ipso fuisse inspecta, ostendit. Plus semel cum Bancroft (622), Hittell (284), North (592), aliisque de rebus Californiae scriptoribus disceptat P. Zephyrinus, ipsosque nonnumquam, praecipue vero in eo, quod ad Missionariorum censuram attinet, haud incorruptos fuisse iudices, clare demonstrat. Nonnullas circa quaestiones multa, quae caeteri non dixerunt, scribit; et controversiam de primo in Novi Mundi Apostolico Vicario amplissime et optime pertractat.

Quare auctori gratulamur de hoc opportuno ac pretioso libro edito: quod si caetera volumina eadem cura exarata fuerint, certo libris de Missionibus Americae Sept. hactenus vulgatis eximia additio merito aestimanda erunt. Credimus vero, P. Zephyrinum si occasionem haberet nonnulla Hispaniae archiva perlustrandi, inibi diversa inventurum esse originalia documenta pleraque inedita, quorum quidem divulgatio in II volumine, operis valorem eiusdem fortasse augeret.

P. Paschalis Robinson, O. F. M.

Kunz Fritz, *Der heilige Franz von Assisi. Mit Text von* HEINRICH FEDERER, — München, Verlag der Gesellschaft für christliche Kunst, 1908 in-4° 48 pp. M. 5. Geb. 6. M. et 10 M.

Le plus récent livre allemand sur St. François d' Assise n'est pas un ouvrage d'érudition, c'est une oeuvre d'art exquis et charmant. Il n'est pas volumineux non plus, sa 48 page est la dernière. On peut donc lire d'un trait ce beau livre, et la plupart des Lecteurs feront bien ainsi. Tant le style et les vues de Heinrich Federer sont originales, sa plume pleine de vie sait décrire en quelques traits, des paysages ombriens et donner des aperçus psychologiques profonds et attrayants. Les titres des quelques chapitres, qui composent cet ouvrage sont caractéristiques. Ces titres sont pour le plus en italien: *Preludio* 1-3, François et le paysage franciscain 8-12; *Il Povero* 13-18; *Il Pazzo* 19-23; *Conversatio Spiritualis* 24-29; *Colloquium* 29-36; L' Extase 36-41; La Simplicité de St. François (*Die Franziskus-Einfachheit*) 41-47; *Coda* 47 s. Mais il faut le dire tout de suite, M. H. Federer a eu besogne bien facile, car il a pu s'inspirer à des peintures du goût le plus fin. Elles sont de M. Fritz Kunz, qui a été longtemps en Ombrie pour étudier le Saint Poverello sur les lieux mêmes. M. H. Federer compare Kunz à Giotto p. 3-7, dont il a la simplicité grandiose et originale, mais qu'il surpasse en finesse psychologique. C'est au service de ce pinceau admirable que M. H. Federer a mis sa plume, pour nous faire saisir davantage les beautés merveilleuses des compositions du maître. Aussi les reproductions « à quatre couleurs » sont-elles réussies à merveille. Le frontispice représente S. François en face. Les couleurs sont humbles et un peu ternes, mais animées par l'expression d'une sainteté épanouie. Le chapitre intitulé: St. François et le paysage Franciscain fait cadre au tableau «*Idyll*». St. François, l'ami de la nature sur la cime d'une colline, est assis sur des rochers bleuâtres, seul, non, mais seul au milieu d'une perchée de petits oiseaux. Et la *Conversatio spiritualis!* St. François y parle avec force et insistance à deux de ses Frères, types ombriens; le groupe est illuminé par les derniers rayons d'un soleil qui se meurt. Les *dessins* aux fonds noirs, aux traits rares et burinés ne seront pas tous du goût de tout le monde, mais celui de la p. 27: l'Ange jouant le violon devant St. François, ne manquera pas de plaire. La *Stigmatisation,* aux couleurs tantôt vives, tantôt évanouies, transparaissantes par les mains stigmatisées du Saint au regard fixé sur le Séraphin, et le tout transporté dans un azur éthéré, est sans doute un chef-d'oeuvre de divin enthousiasme. Le '*Ritorno*' (retour) nous montre le Saint extatique et stigmatisé assis sur un mulet, descendant les pentes escarpées de l'Apenin. Le peuple accourt pour le vénérer, mais lui, absorbé en Dieu, ne s'en aperçoit plus. C'est à peine que Fr. Léon, conduisant la bête de somme, en prend notice. Le Poverello stigmatisé ne vit plus que pour le ciel. En effet il dit bientôt après adieu à la terre, qu'il avait pourtant égayé, et la dernière image nous le montre dans le cercueil ouvert. Les Clarisses agenouillées autour le pleurent, mais on voit qu'elles savent, où réside dès maintenant leur saint et vénéré Père. C'est avec la plus grande admiration que l'on lira les pages pleines de poésie de M. H. Federer; prenez p. ex. le *Colloquium* 29-36, certes, vous en serez ravis. Si ce n'est pas une scène vraiment historique, les éléments qui la composent le sont bien, tout enjolivés qu'ils soient par le narrateur

qui prête à chacun des Compagnons un caractère nettement dessiné. Mais pourquoi s'est-il avisé d'appeler *Siricius*, 'le petit frère pâli par des mortifications sans mesure'? (p. 32). Serait-ce Fr. Morico? En tout cas il faudra, dans une nouvelle édition, changer ce qui est dit du lieu de la Stigmatisation (39). Que le souhait final de l'écrivain et du peintre se réalise! Après avoir goûté tant de fois « *des heures franciscaines, des heures saintes et d'or* » « *Stündchen goldener, heiliger Franziskuszeit* », ils voudraient procurer de semblables aux autres. « Des heures de joie et de liesse, où l'on oublie le fracas et l'agitation du jour, et où un sourire vous monte sur les lèvres, un sourire qui ne vient pas de droite où de gauche, de l'humanité sombre et sèche, mais qui vient d'en haut, de quelqu'un qui sourit éternellement. Que ces images puissantes, (dit M. Federer), et les paroles minces et humbles, qui les accompagnent, fassent naître un sourire franciscain « *ein solches Franziskuslächeln* » dans tous les lecteurs de ce livre, pour les rendre plus contents et plus gais qu'ils ne le sont ».

Nous sommes bien convaincus, que ce souhait tout franciscain sera parfaitement réalisé et que ce livre, unique dans son genre, fera passer à tous ses lecteurs des heures d'une *joie parfaite* et suave, pour différente qu'elle soit de celle que le Poverello décrivait à la Pecorella di Dio.

P. Michel Bihl, O. F. M.

Koscinski Konstanty. *Franciszkanie i Bernardyni w Nowem nad Wista.* Poznan, 1906. 1 vol. in-16°, pp. 117.

Chez nous en Pologne, l'histoire des ordres religieux est bien négligée. Il y a beaucoup de documents, mais à l'exception de ceux de la Compagnie de Jésus, ils ne sont ni publiés ni examinés. Par exemple dans la bibliothèque du chapitre de Wloclavek (Gouvernement de Varsovie, Pologne russe), on trouve des dizaines de volumes manuscrits concernant les Franciscains, Réformés; les Prémontés etc. Ne comptant que 117 pages, in-16°, étant donc une brochure plutôt qu'un livre, l'ouvrage de M. Koscinski est pourtant d'une assez grande importance. Il décrit l'histoire du couvent et de l'église de Nowe ou Neuen'urg, petite ville sur la rive gauche de la Vistule, dans la Pologne prussienne. Le couvent a été fondé en 1266 par Mestwin II, duc de la Poméranie orientale. Mais les Franciscains, appelés par lui, ont cessé d'exister en 1415. La Poméranie orientale se trouvant alors sous la domination de l'Ordre Teutonique, les Conventuels furent remplacés par des Franciscains *strictioris observantiae* allemands de la province de Saxe. Malgré la protection des rois de Pologne, qui s'étaient annexé ce pays en 1466, la Réforme mit fin à cette branche de l'ordre de St. François. En 1604 les Franciscains de la stricte observance de Pologne, que l'on désignait là sous le nom de Bernardins, reçurent le couvent. Depuis lors ils le possédèrent jusqu'en 1822, bien qu'en 1772 le gouvernement prussien eût occupé cette province. Malgré ses promesses officielles de maintenir les églises et couvents catholiques, le nouveau conquérant promulga déjà en 1797 la suppression du couvent. Le dernier religieux est mort en 1822. Après avoir détruit le cloître en 1842, on donna, en 1845, l'église à la paroisse protestante. En 1899 enfin un incendie anéantit les dernières restes du couvent.

Il est regrettable que M. Koscinski n'ait pas fait usage de la chronique du couvent de Nowe, qui se trouve dans la bibliothèque de Wloclavek. Son ouvrage se serait ainsi complété par des notices intéres-

santes. Mais malgré ses lacunes, le livre est bien documenté. L'importance de sa publication ne se limite pas à cela. Son plus grand mérite est d'avoir pris l'initiative des recherches historiques sur l'histoire des Franciscains polonais. Il est vrai, qu'il y a déjà quelques publications de documents franciscains, mais celles-ci se rapportent surtout aux provinces de la Petite-Pologne, de la Russie et de la Lithouanie. La plus grande des provinces polonaises, celle de la Grande-Pologne comprenant la Pologne prussienne et deux tiers de la Pologne russe, n'est, jusqu'ici, qu'une *terra incognita* en fait d'histoire franciscaine.

M. Koscinski cependant en a bien mérité. Il a été le premier qui ait entamé l'histoire des Bernardins de la Grande-Pologne.

K. J. Kantak.

P. Serafino Gaddoni O. F. M. — *Maria Pacificatrice. Affresco nella Chiesa dell' Osservanza d' Imola.* — Imola, Stab. tip. Giulio Ungania, 1906. — In 12⁰ pp. 23. (*Estratto* dal settimanale « *Il Diario* » an. 1906).

Idem. — *Il P. Candido Barbieri dei FF. MM.* Biografia (1819-1907). — Modena, Tip. Pont. ed Arciv. dell' Immacolata Concezione, 1907. — In 12⁰ pp. 74. (*Estratto* dal Periodico: *L' Angelo delle Vergini*, an. 1907, fasc. 6⁰ sgg.).

Idem. — *La Madonna delle Grazie venerata nell' Osservanza d'Imola.* Cenni storici (sec. XV-XX). — Modena. Ibid. 1908. — In 12⁰ pp. 74. (*Estratto* dal medesimo Periodico, an. 1907, fasc. 10⁰ sgg. e 1908, fasc. 1⁰ sgg.).

Idem. — *La storia di un Monumento a Giulio II. L' origine del Monte di Pietà d'Imola.* Memorie storiche imolesi. — Carpi, Tip. Ravagli, 1908. In 8⁰ pp. 24. (*Estratto* dalla miscellanea « *Erudizione e belle arti* » Nuova serie, an. IV, fasc. VII-VIII-IX).

Sono quattro, non più che opuscoli; per i quali però l'A., lavorando su terreno quasi vergine, inesplorato e tutt'altro che ricco di documenti, molto ha dovuto sudare nelle ricerche, ragionare nelle congetture, e molto ha raccolto e a molto è riuscito, da dover ricorrere a lui ed essergli assai grato qualunque storico vorrà toccare anche solo di sfuggita i medesimi argomenti e parlare degli uomini e dei fatti a cui egli accenna. Noi ammiriamo e incoraggiamo questi modesti e pazienti ricercatori di memorie locali, gli amici appassionati dei nostri archivi tetri e polverosi, ai quali essi ridanno ordine, aria e luce, e tanta ne traggono per la nostra storia gloriosa. Ecco un'occupazione magnifica, piena di compensi e di sorprese consolanti! Noi la indichiamo e raccomandiamo vivamente ai nostri giovani, che vogliono fare.

1. *Maria Pacificatrice* è un affresco devoto e assai bello e pregevole. Rappresenta la Vergine, in piedi, che apre le braccia e l'ampio manto, ad accoglierví sotto numerosi guerrieri, che da una parte e dall'altra le si accalcano e inginocchiano intorno. S. Francesco e S. Bernardino, ai due lati della Vergine, una mano pongono su la sua spalla, e con l'altra reggono e fanno anche più largo il ricovero del manto. Sotto l'affresco c'è un'iscrizione, in gran parte cancellata dal tempo e dalle vicende subite dal dipinto. C' è la storia di queste vicende, e l'A. la racconta dai documenti; ma nessun documento che dica la causa, il

committente e l'autore del dipinto. C'è l'anno (1472), e un nome.... E l'A., su la scorta della storia Imolese di quegl'anni e da alcuni ragguagli che scorge nel dipinto, ne trae la congettura, che fonda assai bene, che quivi sia rappresentata e celebrata la pace tra Taddeo Manfredi e suo figlio Guidazzo, signori d'Imola, avvenuta appunto in quell'anno. Il pittore resta da identificarsi.

2. Il *P. Candido Barbieri* è stato veramente un santo frate della Provincia di Bologna e un infaticabile e prodigioso apostolo, sì nel Modenese (1844-56 e 1879-1903), come nell'America del Sud (1856-78). Con la sua vita s'intreccia la storia di un periodo assai travaglioso per quella Missione, e la storia dell'ultimo trentennio della sua Provincia, ma specialmente del Convento di Modena. Un frate che ha sempre fatto, e che non ha mai parlato; che ha sofferto come un martire, ma che di tutto ciò non mostra se non una cicatrice di lancia, la quale non si può nascondere; un missionario che pare uscito dalla scuola di S. Leonardo da Porto Maurizio, e del quale riproduce, ancora ai nostri giorni, gli esempi e i frutti. L'A., pur dovendo lottare ancora con la mancanza di notizie e di documenti, dopo averne aspettati invano da dove forse se ne trovano dei preziosissimi, sospinto in fretta dall'ansia dei devoti al santo Frate, da poche lettere del morto e dalle notizie raccolte dalla bocca de' suoi vecchi compagni, ha saputo trarre una non troppo scarsa ed assai edificante Biografia — che però non deve essere l'ultimo lavoro su quell'anima umile e grande. Intanto l'A. ci ha salvate dalla dispersione queste preziose e fondamentali notizie; alle quali, ritornerà egli stesso — noi speriamo — per una più ampia e completa biografia, e verranno i giovani, a veder nuovo esempio della virtù e dell'ideale francescano.

3. La *Madonna delle Grazie* è una monografia molto semplice, per quanto diligentissima e originale, intorno a questa dolcissima imagine di Maria, che segna cinque secoli della storia d'Imola con un profondo solco di grazie e d'amore. L'A. l'ha scritta per i devoti della Vergine insieme e per gli studiosi della storia. Alle vicende di questa miracolosa e veneratissima Imagine s'intreccerebbe molta storia della città e del convento, presso il quale si trova; ma l'A. è stato parco a toccarvi se non quanto era assolutamente necessario, rinunziando allo splendore facile della prima, e riserbando la seconda a un suo più ampio lavoro. Il quale noi ci auguriamo presto. Accanto all'attiva e continua protezione della Vergine delle Grazie su la città d'Imola, noi troviamo accennato in questo libretto a una grande attività e influenza dei Frati Minori in Imola, a molti loro fatti gloriosi, a molti uomini grandi (1), che è bene trarre dall'oscurità. Intorno a questa sacra Imagine sorse il convento e scorse la loro vita; ma ha tutta questa storia un raggio molto più largo, che tocca spesso ai più alti avvenimenti dell'Ordine Francescano.

4a. Giulio II, il Papa bellicoso, fu più volte in Imola, andando alle sue imprese guerresche. E più volte albergò in quel convento dell'Os-

(1) I due lavori seguenti ne dicono qualche cosa. Vedi anche la disputa su la Immacolata Concezione, tenuta in Imola sotto Sisto IV (cf. P. T. Strozzi, *Controversie della Concezione*, Palermo, 1703, lib. VII, p. 377). Per gli uomini degni di miglior memoria, basta ricordare il P. Alberto Marchesi da Cotignola († 1581), il P. Giacinto Cerchiari († 1833), il P. Gioacchino da Verucchio († 1889) ecc.

servanza, e dall'orto dei Frati passò in rivista le sue truppe. Gl' Imolesi gli avevano decretato, ancora vivo, un monumento; ma poichè si tardava di venirne a capo, i Frati chiesero al Comune il materiale in parte già pronto, e sul luogo stesso donde il Papa aveva passato in rivista i suoi soldati, eressero in suo onore una elegantissima e minuscola cappella (1507), ricordo di pietà e anche di libertà. Il tempo fu molto ingiusto verso quest'opera insigne d'arte e di culto; e anche gli uomini, non ostante ora l'abbiano dichiarata monumento nazionale. Ora è labente, inservibile, inrestaurabile, dicono: cadrà.... Resta il lavoro del P. Gaddoni a dire la gloria dei passati e l'ignavia dei presenti!

4b. Alla lunga lista dei M. di P. fondati per opera dei Francescani si deve aggiungere anche quello d'Imola, eretto nel 1512, per l'iniziativa e la cooperazione dei PP. *Orfeo da Bologna*, *Tommaso Cocchi* da Imola e *Alberto Marchesi* da Cotignola. L'A. però, detto in breve dei preliminari e poi dei soliti contrasti dai soliti oppositori, si limita a riprodurre due documenti inediti, originalissimi, scritti in capo al libro mastro dello stesso Monte. Uno è la descrizione minuta interessante per i costumi del tempo e di simili casi, della solenne inaugurazione del Monte di Pietà, scritta da Viano de li Viani, uno dei primi due notai del Monte stesso. L'altro è la memoria fatta nello stesso libro, di una eredità rilasciata al Santo Monte, dalla moglie di un tal Giov. Filippo Mantuano, famoso usuraio, e dai Frati Minori dell'Osservanza, costituiti eredi per testamento, ma che credettero giusto rilasciare a vantaggio dei poveri ciò che era, non solo loro ricchezza, ma loro sangue.

Al bravo e infaticabile P. Gaddoni i nostri rallegramenti, e l'augurio che non abbia a mancargli nè la lena e la fiducia nel lavoro, nè l'appoggio dei veri amanti delle nostre tradizioni e della nostra storia.

Quaracchi.

P. Benvenuto Bughetti, O. F. M.

Ortiz del Barco, Juan. — *Crónicas Motrileñas. Los Franciscanos.* — San Fernando. Imprenta de Manuel Jiménez Ruiz, sucesor de Gay, 1908. Un vol. en 8º págs. V-176.

La obra del Sr. Ortiz del Barco contiene cosas buenas para la historia franciscana. Hubieramos sin embargo preferido que tratase el asunto más concretamente sin perder el tiempo en minuciosidades y detalles, que para el caso poco ó nada importan. Hasta la pág. 39 se ocupa de la historia é historiadores de Motril, y en especial de Mercado, cuya obra no aparece. En este mismo lugar (pp. 25-39), trata del santuario de la Virgen de la Cabeza, donde en 1613 se establecieron por primera vez los franciscanos. Continúa (pp. 41-43) hablando sobre el estado de la iglesia en el siglo XIII y sobre la fundación de las Ordenes religiosas en este periodo, y en especial de la Orden de Menores. No dice el Sr. Ortiz de donde toma lo relativo á S. Francisco (p. 43), pero ciertamente está poco conforme con las primitivas *Leyendas* del Santo.

Afirma rotundamente el Sr. Ortiz que S. «Francisco pasó luego dos veces á España, á la Siria y al Egipto», lo cual no es creible, pues ningun biógrafo del Santo lo dice. Trascribe luego el autor algunos elocuentes párrafos sobre S. Francisco del eminente tribuno D. Emilio Castelar (pp. 45-46). En las págs. 47-49, afirma cosas que no pueden pasar sin correctivo. Cree el Sr. Ortiz que la primera Regla de S. Francisco es

la aprobada por Honorio III, mediante la bula *Solet annuere;* la segunda la hecha para Sta. Clara y sus monjas; y la tercera la que escribió para los seglares. Cualquiera ve que en esto hay al menos falta de precisión. Lo que escribe sobre la tercera Orden contiene varias inexactitudes. Nos llaman la atención las expresiones siguientes: «La regla tercera .... la instituyó para los seglares que viviendo en el mundo, *anudaran las relaciones con los Hermanos y con los legos*». (?) «Sixto V les dió (*á los terceros seglares?*) General aparte, que duraba 3 años y Gregorio V, (*sic*) que pudiesen instituir en sus Iglesias las Cofradías de la cuerda, la cual orden se reformó en Francia por los años de 1596 por diligencias de Fr. Vicencio y Fr. Francisco Murart». (Sobre Fr. Vicente y Fr. Francisco Mussart cfr. *Annales Min.* ad an. 1595 n. I. sgs.). El Sr. Ortiz no acierta á distinguir entre la tercera orden Regular y secular. Dice asimismo que algunos de los franciscanos espirituales y rigoristas «bajo la dirección del general Miguel de Cezeno (*Cesena*) se adhirieron á Luis de Baviera, mas seguida la muerte de este Príncipe, se reconciliaron con la Iglesia, en el Concilio de Costanza, y desde este momento aquella aprobó su existencia bajo el nombre de *Fratres regularis abservantiae*». Hermoso origen de la Observancia en la Orden franciscana!! Afirma luego que «Fr. Cesáreo dió principio á los reformados que llamaron *cesarenos* en 1289». Débese tener en cuenta que Fr. Cesáreo murió hacia el año 1237. Cfr. Goluvovich, *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa* t. I, 117-19. Dejando otras cosas, escribe poco después que por la bula de Leon X *Ite*, se hizo «la unión de los Padres Observantes y Claustrales». Muy sabido es que por dicha bula se estableció la separación. Siguen á continuación otras expresiones poca exactas, y algunas ajenas de precisión. Dice por ejemplo (p. 49): «Fué muy célebre, la (Recolección) que después de la unión, tuvo origen en España en 1525, cuyo principio nació en el capítulo que se celebró en Castilla por los años de 1502, siendo Vicario General de los Ultramontanos el R. P. M. Fr. Marcial Boulier». Un poco genérica es la expresion referente al Capitulo de Castilla; el Sr. Ortiz escribiendo en España no debiera llamar al P. Boulier, Vicario General de los *Ultramontanos* sino más bien de los *Cismontanos;* y la razón es muy conocida á cuantos entienden algo de historia franciscana.

Si el Sr. Ortiz hubiese omitido todas estas generalidades acerca de la Orden franciscana, no deslucirían tanto su obra, en la que se encuentran cosas bastante preciosas. Comienza en la pág. 50-57 á hablar de los franciscanos en Motril, y sigue publicando valiosos documentos; entre otros parte de la *Memoria* escrita en 1646 por el P. Diego Navarro (?). Hay en la *Memoria* datos de gran valor, asi sobre el convento como sobre el P. Alonso de Váscones, célebre escritor, y el H. Sancho Leal. Desde la pág. 59 hasta la 66 habla del convento de los Capuchinos en Motril, donde da á conocer documentos preciosos, por ej. el Acta del Cabildo de Motril (18 de Abril 1644) y el Acuerdo del Ayuntamiento (27 de Marzo de 1713) sobre la fiesta de la canonización de S. Felix de Cantalicio.

En 1630 los franciscanos construyeron nuevo convento en Motril, y con motivo de su traslación á él hubo graves disturbios, á causa de la veneranda imagen de Nuestra Señora de la Cabeza. Sobre esto publica el Sr. Ortiz el Acta de visita del Cardenal Spínola, arzobispo de Granada, que lleva la fecha de 11 de Marzo de 1630; una exposición del Ayuntamiento de Motril, sin duda del mismo año, aunque en ella no

se expresa la fecha; y un Acta de la sesión tenida por el Ayuntamiento en 5 de Junio de 1680, en la cual se consignan los atropellos é irreverencias cometidas por los frailes franciscanos en la capilla de Nuestra Señora de la Cabeza. El Sr. Ortiz se occupa de todo esto (p. 67-78) y trata de defender á los franciscanos contra las acusaciones del Ayuntamiento. Relata (pp. 89-95) el heroismo de los frailes Menores en la peste de 1680, y toma la relación de una obra rarísima, escrita por D. García Niño de Guevara, contemporaneo á los sucesos. En la pág. 120 sig. hay un documento fechado en Motril (10 de Enero de 1850) con motivo de una procesión celebrada per los franciscanos. Era entonces Guardián de Motril el P. Diego de Montes. En la pág. 121 y sig. hay tres documentos referentes á la predicación de nuestros religiosos; el uno firmado en Guadix, Abril 6 de 1793, por Fr. Diego Tellado, hace referencia á un sermón predicado en Motril por el P. Felipe Márquez; otro es una carta de Fr. Cristobal, escrita en Motril, 24 de Enero de 1797, aceptando un sermón; el tercero de 10 de Enero de 1829 se refiere al tiempo que debe durar la predicación de los religiosos, es á saber, $^3/_4$ de hora á lo sumo. Publica en la pág 123 una petición de Fr. Juan Jurado, Predicador conventual del convento de la Concepción de Motril. El documento está sin fecha, pero pertenece al siglo XIX, al tiempo en que el P. Joaquin Company, siendo arzobispo de Zaragoza, continuaba aún gobernando la Orden, en calidad de General. En la pág. 124 hay una carta de Fr. Pedro de Quesada (Córdoba, octubre 17 de 1779) sobre la cátedra de Teologia Moral en el convento de Motril. Es muy importante lo que el Sr. Ortiz publica acerca de sus dos parientes franciscanos el P. Agustín Rodríguez de la Torre (pp. 132-39) muerto en 4 de Enero de 1860 y el P. Fernando Molina Antúnez (pp. 140-43).

Apesar de los defectos que cualquiera puede encontrar en *Los Franciscanos* del Sr. Ortiz del Barco, nadie deberá negar que hay en esta obra noticias que, á no ser la diligencia del ilustre publicista, hubieran ido en mal hora con perjuicio de nuestra historia. Por esto, pues, nosotros agradecemos muy de corazón el trabajo realizado por el benemérito escritor.

Fr. Atanasio López, O. F. M.

COMMENTARIA EX PERIODICIS

1. — Acta Ordinis Fratrum Minorum. Ad Claras Aquas.

Annus XXIV (1905): = **Ex Curia Pontificia:** Decreto Sum. Pont. Pii PP. X « *Singularitas regiminis* » dat. die 29 iun. 1904, firmatur unitas et hierarchia Ordinis inter provincias Hispaniae et Ministrum Gen. totius Ord. FF. Minorum, p. 5-8. = Duae litterae *autographae* eiusd. Sum. Pontificis, quibus commendantur opera scripta a PP. Bernardino Sderci et Dominico Facin O. F. M., p. 241, 282. = *Decretum de praecordiis S. Franc.* p. 293. (Silentium utrique parti in quaestione dissentienti imponitur, salva traditione). = **Ex Curia Generalitia:** Litterae encyclicae de obitu Rmi Aloysii Canali ex-Min. Generalis, p. 219. = *Conspectus generalis trium Ordinum an. 1904,* p. 107, 159. (*Summa*: Circumscriptiones 12, Provinciae 77, domus 1498, religiosi 16,801). = *De B. Carolo de Blessis* Duce Britanniae ex 3 Ord. Min. p. 57. (Acta et decretum de eius cultu). = Petitiones pro approbatione cultus *B. Ioan. Duns Scoti,* p. 113 et passim = De beatif. Ven. servi Dei *Fr. Mariani ab Arce Casali,* p. 161. = *De B. Christophoro a a Romandiola,* Beato et Sancto nuncupato, p. 222. = *Causae servorum Dei et Beatorum ex Ord. Min.* p. 162. (Sunt numero 82 causae). = Examen de scriptis *Ven. Mariae Agnetis Clarae Steiner* fundatricis Clarissarum in ascet. Nucerino, p. 248. = Pro causa *Ven. Franc. a Neapoli,* pp. 252, 295, 323. = Solemnia ad sepulchrum *B. Joan. Duns Scoti* (cum phototypia eiusdem sepulchri, p. 257-58. = Decreta in causa Nolana *B. Joan. Scoti* p. 322; pro translatione *B. Leopoldi a Gaichis* p. 323; in causa *B. Bonav. a Barcinona,* p. 323. = **Ex Missionibus:** *Prospectus generalis Custodiae seu Provinciae Terrae Sanctae an 1903-4,* p. 59-78. (*Summa:* Conventus et Hospitia religiosorum 54, FF. Missionarii 492, paroeciae et totidem ecclesiae 46, sanctuaria 55, scholae 58, alumni 4604, ad fidem conversi an. 1903 num. 413). = *Prospectus Vicariatuum et Missionum Ord. Min. in Sinis, ann. 1904,* p. 115-27. (*Summa:* Vicariatus 9 et totid. episcopi; FF. Missionarii 178; Missionarii et Ord. sacerdotes 67; sorores franciscanae 94; ecclesiae et sacella 927; christianitates 2091; scholae 413; alumni 15,455; catholici 124,232; catechumeni 48,868) = De laboribus in Rep. Argentina, p. 201. — Status Missionum Ord. FF. Min. in superiori Aegypto, in Marochio, in Tripolitano, in Tunetano et Mozambico, pp. 288-306, 332. = Missiones in America Sept., p. 413; in Amer. Meridion. p. 355, 383, 418. = **Varia:** Pro renata ephemeride « *La Voce di S. Antonio* » autographon Sum. Pont. Pii X et Rmi P. Dionisii Schuler Min. Gen. ad Directorem, p. 391. = Bibliographia, p. 41 et passim. = Necrologia, p. 45 et passim.

Directio Periodici.

2. — Augusta Perusia, rivista di Topografia, Arte e Costume dell' Umbria, diretta da Ciro Trabalza. Perugia, Unione Tipog. Cooperativa.

Anno I (1906): — **Luigi Lanzi,** *Il Convento di S. Francesco presso Stroncone,* p. 7-9. (Ne dice l' origine e le principali vicende. Fondato da S. Francesco nel 1213, ampliato nel 1328, concesso alla Riforma dell' Ordine di Fr. Paoluccio Trinci nel 1388, rifatto a nuovo, sopprimendo quasi tutto l' antico, verso la fine del sec. XVI — come l' A. ricava anche da un manoscritto francescano che ha presso di sè. — serba però ancora qualcuno dei suoi tesori artistici, fra i quali un frammento d' affresco del secolo XIII. con, « fra gli antichi, il più bel ritratto di S Francesco »). = **Idem,** *Il Convento dell'Eremita presso Iesi,* p. 75-79. (Racconta una visita a questo Romitorio

che S. Francesco si ebbe dai Benedittini, rievocandone, dietro il Gonzaga, il Waddingo e gli scrittori locali, le memorie storiche e leggendarie). = **Idem**, *Il Santuario di Greccio,* p. 147-151. (Tradizioni popolari intorno a S. Bernardino da Siena, lungo la via da lui percorsa andando da Stroncone a Greccio (1425); indicazioni topografiche sui fatti di S. Francesco in Greccio; descrizione del Convento, che conserva ancora la cappella del Presepio, le traccie del primitivo dormitorio, refettorio, il rifugio del B. Giovanni da Parma, e tante dolci memorie). = **Giul. Urbini**, *Eusebio di S. Giorgio,* pag. 33-40, 49 57, 65 69. (Accurata ed esauriente biografia storico-artistica di questo pittore perugino (1465?-15...?), di fama inferiore al merito, che spesseggia di soggetti francescani e ha due affreschi in S. Damiano d' Assisi). L' ultimo fascicolo (XI-XII) è dedicato nella maggior parte a Iacopone da Todi, in occasione del suo VI Centenario = **C. Trabalza**, *Il VI Centenario Iacoponico* (Dice come lo si stava celebrando, ed enumera specialmente gli studi critici intorno al poeta). = **Piero Misciatelli**, *Iacopone da Todi e gli Apocalittici francescani,* p. 158-163. (Dà e giudica a modo suo [caratteri sinceri e forti, ma senza la primitiva carità francescana] la fisonomia di questo gruppo di foschi poeti e profeti, che va da Fr. Iacopone a Fr. Bartolomeo da Salutio) = **Giulio Navone**, *Iacopone da Todi,* p. 163-171. (È il testo della Conferenza tenuta dall' autore in Roma, il 6 Maggio 1906, nel Liceo. E. A. Visconti. Cf. AFH, I p. 182) = **G. Bertoni**, *Per le laudi di Fra Iacopone,* p. 171-2 (Dà, inedita, una laude anonima, da un Codice della Collezione Campori nella Biblioteca Estense di Modena, il quale ne contiene altre due pure anonime, ammesse di Iacopone nella Edizione del Tresatti) = Inoltre **Federico Berardi**, *Lo scoglio di S. Francesco,* p. 172. (È nell' Isola maggiore del Trasimeno, dove si narra la pia leggenda di questo scoglio rammollitosi sotto le ginocchia di S. Francesco, quando passato il Trasimeno a piante asciutte, là s' inginocchiò a ringraziare Iddio). — Vedi anche in ogni Numero le rubriche: *Note e Notizie e Schede e Appunti bibliografici,* ricche di notizie francescane. **P. Benvenuto Bughetti** O. F. M.

3. — Revue des Questions Historiques. Paris.

1907. Tome 82 (Livraison 163e et 164e). = **Doncoeur P.**, *La condamnation de Jean de Monzon par Pierre d'Orgemont, évêque de Paris, le 23 Août 1387. 176-187.* (L'auteur y publie de nouveaux documents sur cet incident fameux dans l'histoire du dogme de l'Immaculée Conception; ils décrivent les différentes phases du procès de I. de M. (*de Montesono*). Les Franciscains n'y intervinrent pas). — **Comptes rendus.** En parlant de Kirsch: *Portiuncula-Ablass,* **Ub. d'Alençon** note à la p. 320 que « Benoit d'Arezzo est sujet à caution »; mais qu'il y a encore d'autres témoins en faveur de l'Indulgence. Si le parti de la Portiuncule inventa l'indulgence, comment expliquer le passage du Bx. François de Fabriano, « qui n'était pas (?) de ce bord ». Le problème est à reprendre; il est embrouillé, puisque c'est « une question primitivement classée parmi les *secreta Ordinis* ». Le P. Ub., tout « en se tenant, sur l'heure sur la réserve » espère que la question pourra être éclairée à l'aide de Benoit d'Arezzo, [mais voir quelques lignes plus haut!], de Franc. de Fabriano et de Wadding. — **Livr. 164.** Au sujet de la *Vie de St. François* par M. Schnürer: Le P. Ub. croit qu' « un tel travail se prête difficilement à l'analyse » 610.

4. — Revue Bénédictine, *publiée par les PP. Bénédictins de l'abbaye de Maredsous.* Paris, H. Champion, Fribourg, e. Br Herder.

XXV Année. 1908. N. I. — D. Ursmer Berlière, *Épaves d'Archives Pontificales du XIV siècle.* Suite et fin. 19-48. (Aliquot locos inde extrahemus

alia occasione). — **Idem**, *Jacques de Vitry. Ses relations avec les abbayes d'Aywières et de Doorezeele*, 185-194. (Eduntur quinque epistulae celebris cardinalis Iacobi Vitriacensis an. 1213 et 1234, ad res monasteriorum in Awiria et Dorzele spectantes). Idem. *Trois traités inédits sur les Flagellants de 1349*, 334-357. (E codice 64 Hospitalis Cusani (saec. XV) evulgat tres tractatus contra flagellantes. I°, *Magistri Egidii de Feno*, [Gilles van der Hoye], decani Curtacensis p. 341-44, qui Flagellatores novatores putat et timet, ne in heterodoxiam deflectant. II°, *Magistri Alardo de Denterghem*, praepositi S. Martini Yprensis, qui contra praedictum paenitentes flagellis in se saevientes defendit, 345-48, III. *Anonymi* cuiusdam, qui olim et ipse illius sectae fuerat, tamen modo eorum paenitendi genus tanquam nimis insolitum condemnat. 353-57. (*Mutilus*)). — **Idem**, 391-2 encomiastice recenset Hil. Felder, *Histoire des études dans l'Ordre de St. François*, 1908. « L'exploration d'un terrain en grande partie inconnu, la vaste érudition de l'auteur, les résultats étonnants auxquels il était arrivé, la sûreté de sa critique avaient frappé dès l'abord (293) les savants des toutes confessions ... Un superbe livre d'érudition, qui constitue la plus belle synthèse qu'on puisse imaginer de l'histoire de la science dans l'Ordre franciscain ». **P. Michel Bihl**, O. F. M.

5. — Dietsche Warande en Belfort. — Redaktie, Markgravenlei 188. Antwerpen. *Uitgever*, Gent. *A. Siffer;* Leuven, Keurboekerij.

Ann. 1907 n° 2. **Stanislaus P.**, O. F. M. p. 200-204. (Accurate enumerat opiniones, quas **Dr. W. Goetz**, in libro suo, *Zur Geschichte des hl. Franz von Assisi.* Gotha 1904, circa opuscula S. Francisci et circa antiquas nostras Legendas promit. Censet proculdubio opus D. Goetz natum merito videri franciscanis studiis serio studentibus, stimulos addere). = **Fierens A.**, *Historische Kroniek* n° 287 ff. Cf. hoc period. I 448-9. = **Idem**, *Over Geschiedenis.* n° 7. 116-118. (Adumbratis recentibus controversiis de Indulgentiae Portiunculae, arguit auctor e testimonio illo noto B. Iohannis de Alvernia anni 1311, Indulgentiam iam an. 1268 extitisse. Porro S. Bonaventurae Legenda Maior an. 1263 et 1266 approbata fuerat. Ast, ait, hac in Legenda cap. II. n. 6-8 indulgentia subobscure indigitatur. Insuper, cum loci illi hausti sint e Leg. I. Celani 26. et Leg. II eiusdem 30 ed. Ed. Alencon. 1906 liquere in promptu est, etiam locis istis Indulgentiam verisimiliter indicari. — Quare autem S. Bonaventura, Minister Generalis, nonnisi obiter Gratiam illam indicaverit, latiore adhuc indiget expositione, quam aliis locis se daturum promittit cl. auctor. Sic *Silentium* illud, quod saepe contra Indulgentiam profertur, evanesceret). = **D. M.** n° 8-9. (Censura benevola, libri **Ioh. Ioergensen**: *Den Hellige Frans af Assisi*, quin in materiem operis nimis ingrediatur. Opus hoc dignum plane reperitur clarissimo auctore danico, quippe qui, licet poëta celeber, phantasiae nil omnino indulgens heroëm scientifico discussum ventilabro, oculis mere exhibet studiose legentium. Calamo egregio historico-critico exactum, monumentum est in memoriam Divi Fundatoris Ordinis Seraphici erectum, stylo quippe ad unguem perpolito, argumento autem haud mediocris momenti, utpote historicae veritati firmissime inniso. Optandum certo, quatenus praeclarum opus D. Joh. Joergensen, non germanice tantum sed et plurimis idiomatibus publici fiat iuris).

6. — La Revue Générale. — Bruxelles ed. Goemaere.

42e année, t. LXXXIV. (1906) **Arnold Goffin**: *Sainte Claire d'Assise* p. 877-894. (Hisce paucis piissime digerit laudatus auctor, rei franciscanae utique amantissimus, curriculum illud mirabile divae Virginis Clarae, Patris Francisci primae plantulae, ipsiusque spiritu paupertatis omnimode, humilitatisque quam plenissime refertae. Non est autem nisi Prologus Veteris Le-

gendae Virginis Clarae a Thoma Celanensi olim conscriptae, iamque anno 1563 gallice translatae a Minorita Francisco Dupuis (ad usum nempe Sororis Clarae des Bruyères, abbatissae in Jearre) quae in lucem denuo prodiit apud Bloud, Lutetiae Parisiorum. 1907. **P. Hieronymus Goyens** O. F. M.

7. — **Theologische Quartalschrift,** Tübingen, Laupp.

1906. Annus LXXXVIII. — Kirsch Dr. P. A., *Der Portiuncula-Ablass*, 81-101, 221-291. (In prima dissertatione nova documenta profert ad historiam *canonisticam* (de: *toties quoties* etc.) Indulgentiae Portiunculae; in II. vero dissert. authenticitatem historicam indulgentiae Port. aggreditur, vires exserens, ut probet, eam nonnisi c. annos 1288-95 a "*zelantibus*" inventam esse. Cfr. de hac dissertatione, quae seorsim quoque prodiit AFH I, p. 31 sq.). — **Franz Adolph,** *Des Frater Rudolfs Buch: de officio Cherubim*, 411-436. (Ex hoc libro, qui probabilibus argumentis Fratri Rudolfo de Bibraco O. F. M. adscribitur et in cod. 639 Universitatis Lipsiensis in Saxonia Regia exstat, cl. F. plurimos locos ideas religiosas et ethicas medii aevi illustrantes extrahit, aptoque commentario instruit). — **Bihl Michael,** O. F. M. *Zur Geschichte der Andacht des "Engel des Herrn"*. (Ope antiquae et coaevae Biographiae Fr. Benedicti Sinigardi de Aretio, ed. P. Hier. Golubovich. Ad Cl. Ag. 1905. p. 25. demonstrat auctor, in devotione "*Angelus Domini*" de cuius origine franciscana docti hodiedum communiter conveniunt, etiam quasdam partes habuisse Fr. Benedictum, qui Aretii istam "*antiphonam.... instituit*".

8. — **Mitteilungen des Instituts für oesterreichische Geschichtsforschung.** Innsbruck, Wagner, 1906.

Tom. XXVIII: = Schönbach Ant. E., *Des Bartholomaeus Anglicus Beschreibung Deutschlands gegen 1240;* 54-94. (Cl. Prof. Schönbach, Encyclopaediam (uti nunc aiunt) Fr. Bartholomaei Anglici O. F. M. an. 1230, lectoris in studio nostro Magdeburgi in Germania, (quem librum auctor: *De proprietatibus rerum*, inscripsit), erudite illustrat, et capitula libri XV de Germania (Alemannia), regionibus slavicis ac septentrionalibus tractantia (pp. 69-80) tersius edit, quia ex quo cl. P. Hil. Felder. *O. F. M. Cap.: Die Gesch. der wissenschaftlichen Studien im Franzisk. i. d. erst. H. des XIII Jahrh. Freiburg*, 1904, 248-253, probavit, librum istum esse dicti lectoris Magdeburgensis, partes iam dictae multo maius pretium acquisiverunt, cum vel ipse Fr. Bartholomaeus alias res ipse vidisset, alias ab oculatis testibus comperisset)

9. — **Mühlhäuser Geschichtsblätter,** *Zeitschrift des Altertumsvereins für Mühlhausen in Thür. und Umgegend.* Mühlhausen, C. Albrecht, 1905-1906.

Annus VI. — Iordan, Dr. R., *Die Niederlassung der Minoriten (Franziskaner) in Mühlhausen i. Th.* 14-16. (Optime Prof. J. locum Iordani a Iano, ubi de fratribus Minoribus Muhlhusium adventantibus agit, illustrat, praesertim ex antiqua inscriptione in conventus nostri, tria iam saecula aboliti, ecclesiae turre adhuc subsistenti). = **Heydenreich Dr. Ed:** *Ein mittelalterliches Necrologium aus dem Mühlhäuser Minoriten-(Franziskaner) Kloster* 17-36. (Verbis de *necrologiis* medii aevi factis, Dr. H. e codice tabularii urbis eiusdem edit Kalendarium praedicti conventus (25-27) ac postea (32-36) partem i. e. mensem Ianuarium, Necrologii (et libri memorialis) fratrum Minorum [saec. XIII-XVI]. Plura de eo, data occasione, hic disserentur).

P. Michael Bihl, O. F. M.

MISCELLANEA

E Documentis ad historiam « Spiritualium » nuper per cl.mum v. Dr. Prof. Henr. Finke editis. — Postquam supra pag. 137-44 de maiore parte notitiarum, quae inter *Acta Aragonensia* ab eruditissimo v. H. Finke edita occurrunt, disseruimus, hic quaedam « *Regesta* » uti aiunt, documentorum ponemus, quae ad historiam « *Spiritualium* » quos vocant, spectant. His cl. v. H. Finke partem specialem libri sui consecravit, quem inscripsit: *Die Spiritualen in Sicilien*, p. 661-667 n. 418-427. Ipsi notas addimus. Alia huc spectantia postea inseremus ex aliis libri partibus.

N. 418. p. 661-677 (CRD. Ap. 97). Preces supplices Spiritualium (1), in Siciliam advenientium ad regem Fridericum II, cui observantias suas exponunt. — (Charta ruinosa valde est, ita ut plura exciderint).

« *Supplicant regie maiestati.... per aspersionem sanguinis Ihesu Christi, et per merita almi confessoris eius b. Francisci* **fratres Iacobus et Henricus** *ceterique fratres venientes novissime ad solium regni vestri....* » ut eos protegat (661). — Tum motiva recessionis suae a communitate exponunt. « *Cum ipsi ut veri Christi fideles, verique catholici credentes.... quidquid sancta mater ecclesia profitetur, et ut vere obedientie filii servare cupientes, quae promiserunt domino evangelii videlicet perfectionem Altissimo promissam in regula eis tradita a sanctissimo patre suo Francisco....* (2) *revelata sibi a Christo et* [*per*] *plures Romanos pontifices approbata et confirmata, sine cuius observantia predicti fratres salvari non possunt, se a communi transgressorio modo vivendi subtraxerint et hoc quidem non fecerint inconsulte de capite proprio, sed de consilio plurimorum solemnium cardinalium et magistrorum* (3) *in theologia et in utroque iure doctorum super hoc consultorum* (4), *quibus manifesta erat causa et innocentia predictorum* » 661. nota.

Tunc pandunt principia « observantiae » suae. Eos convenit « *omnibus esse subiectos praecipue domino summo Pontifici, tanquam capiti primo et uno verorum fidelium... praelatis... in quibus divina maiestas non esset offensa, aliisque temporalibus dominis et rectoribus cunctisque fidelibus.... Sic indicat nomen* « Minores ».... « *Insuper debemus omni proprietate nudari, tam in speciali quam in communi, ita quod pro nulla re temporali.... liceat litigare. Si autem dicatur, quod dominus papa sibi apropiavit dominium rerum illarum, quibus fratres utuntur, et ex hoc nunquam proprietarii dici possunt, bre*[*viter*] *respondetur, quod dominus papa sibi non sumit dominium illarum rerum, quibus fratres ex virtute regule uti non possunt, ut puta pecuniae* » etc. (662-3) « *sicut Nicolaus III in b.* Exiit (5) *declaravit* ». Nolunt ergo recipere pecuniam, nec superflua in rebus, edificiis, vestibus, permittere, (663), nec granaria; « contenti erimus paramentis... ecclesiasticis atque libris necessariis solis » nec cumulationes sinere, nisi in locis ubi « *non esset spes, quod possent mendicando transigere vitam suam... Quod nunquam est verisimile accidere posse* (6) *in me-*

(1) Cf. Ehrle, *Archiv f. Lit. u. Kirch.-Gesch.* I 156 II 139 IV 25-8, 158-60.
(2) Regula 1223; cap. I *Opusc. S. P. Francisci*, 63 Ad Cl. Aq. 1904.
(3) Orig. et Finke: *magnorum*.
(4) Cf. Ehrle II 138.
(5) Sbaralea, *Bull. Fr.* III, n. 217 p. 409-10.
(6) Orig. et Finke, *accedere*.

diculliis (?) *civitatum in quibus consuerimus moram contrahere, nec alibi ubi habitatio est, nisi, quod absit, taliter habundaret in nobis iniquitas, quod ex hoc caritas refrigesceret populi christiani* » 664 (1).

Servare haec volunt « *tam ex virtute regule et preceptis et testamento beatissimi Patris nostri Francisci* (2), *quod diligenter servare intendimus* » quam etiam ex declarationibus « *Summorum pontificum super regulam predictam... maxime illius, que incipit:* « Exivi de paradiso (3), *noviter in concilio hedite et tradite fratribus sub bula papali pluribus elapsis iam mensibus* ». Item obedientiam et castitatem exercere volunt; sed illam iuxta restrictionem in cap. X Regulae (4) ubi, aiunt, S. Franciscus « *non dixit, quae praelatis placebunt mandari, nota: et non sunt contraria anime et regulae nostre...* (665); si vero praelatus talia praeciperet « *non.... praelatus... censendus est, sed potius dissipator. Cui non obedire in talibus, est vere obediens esse Deo et regule iam promisse et a tali pro causis dictis* (?).... *secedere, non est a pastore fugere* ».

Praefata tradiderunt « culmini regio » eiusque prudenti consilio « et vellemus toti mundo diffundi »... ut intelligerent omnes, eos pacifice sic velle regulam suam observare et quod « *non observantes habominabiles apostate nostre regule* [iudicar]*emur* (?) *et contemptores ecclesiae et summi pontificis et b. patris nostri Francisci...* (5) » 666.

n. 419, 666-68. **Alexander de Alexandria, Minister Generalis** O. F. M. (6) supplicat regi Iacobo II Aragoniae, ut Friderico regi Siciliae, fratri suo suadeat, ne « predictos profugas ullo modo foveat. — Florentiae 13 nov. 1313. MCCCXIII ».

« *Cum plures nostri ordinis fratres de provincia Tusciae... non recte sapientes, suis pravis studiis ac multiplicibus scandalis perturbaverint... matrem suam,... sub quibusdam exterioribus signis... velantes malitiam, in quibusdam se colligentes locis seorsum ab obediencia et unitate ordinis temeritate nepharia recesserunt... sanctam communitatem caninis blasfemabant latratibus...* » Volens prius clementer cum eius agere « *pluries et pluries valentes fratres ad ipsos premisi, offerens plenam veniam de premissis... Ipsi vero, paucis exceptis, qui redeuntes benigne recepti sunt... recedentes nocturno tempore versus Siciliam, sicut asseritur, sunt profecti, numero circiter quadraginta... Sperant autem, prout quidam qui redierunt ex eis, asserunt, sub... regis Frederici... patrocinio colligi et defendi* » 667. Iacobus hunc retrahat, ne hoc praestet « *talibus pestiferis legum et discipline refugis, ecclesiae rebellibus, spiritu schismatico agitatis, excommunicatis, infamibus, pseudofratribus et ypocritis* ». CRD 4776.

n. 420. 668-9. Iacobus Frederico litteras Fr. **Alexandri** mittens, eum obsecrat, ut ob regium suum honorem et indignacionem papae profugas predictos expellat. [*Nihil novi addit*]. — Valentiae 11 febr. 1314. Regesta

(1) Cf. *Specul. Perf.* ed. Sabatier, Paris 1898. c. 4. p. 13ss. *Opuscules* I, 884 II Cel. II, c. 26; c. 40. ed. Ed. Alenc. 214, 224. — Cf. Ehrle III 52ss. 165ss. cf. 181.

(2) *Opusc. S. P. Fr.* 76-82. — Sciunt omnes Gregorium IX bulla *Quo elongati* testamento vim obligandi abiudicasse; cf. Sbaralea, *Bull. Fr.* I, 68-70. Cf. Ehrle, 52. III 168.

(3) Data fuit 6 Mai 1312. Eubel, *Bull. Fr.* V n. 195. p. 80-6.

(4) *Opusc.* S. Fr. 72. *Et quicumque scirent* etc.

(5) Apparent hic retorsisse argumentum, quod Fratres Communitatis contra eos adhibebant. Ehrle 1, 526ss. IV, 33ss. III, 13ss. etc. Cf. Eubel *Bull. Fr.* 137ss. n. 302. — Vocem partim ablatam Finke legit [iudic]*emur*.

(6) Erat in hoc munere an. 1312-1315. Wadding *Annal. Min.* ad an. cit. VI² 167, 213, 223. *Anal. Franc.* III, 467.

Arch. Barchin. 337. f. 336. — Eodem die Iacobus etiam responsum mittit Min. Generali, cuius epistulam « *Fr. Romeus Orticii minister ord. Min. in provincia Aragonensi* » regi detulerat. (l. c. nota).

n. 421. p. 670 Fr. **Alexander** Min. Glis Iacobo scribit Fridericum profugos illos fovere « *et apud vos, ut audio, suis intendit eos informationibus excusare* ». Deprecatur, ne rex sic ordini Minorum noceat, « *quem supra firmam petram fundatum et positum divina clementia ab omnibus conquassacionibus procul dubio defensabit, ad quod fratres, quamvis imbecilles et pauperes, totis studiis se exponent* ». Caeterum Pontifex mox eligendus hoc non feret « *equanimiter vel silenter* ». Neapoli 1 Aug. 1314. CRD 4956.

n. 422. p. 670-1. Iacobus Friderico. « *Quia nunc quorumdam relatu audivimus, quod nedum fratres predicti rebelles ac profuge, sed plures etiam alii illorum rebellioni et inobedientie adherentes... transfretarunt* » (671) in Siciliam et ibi foventur, denuo insistit, ne Fridericus ita agat. « *Fidem credulam habeatis* » illis, omnibus quae « *comissimus religioso* Fr. **Poncio Carbonelli**, *guardiano Fratrum Minorum conventus Barchinonensis ad partes Siciliae* [cum his litteris] *accedenti vobis pro parte nostra oretenus explicanda* » Reg. 337. f. 337v.

Sub eadem die Rex Petro de Monte Molono Trinacriae portulano *Fr. Poncium Carbonellum* commendat, qui ei quaedam communicet. p. 671 nota ad n. 422.

n. 423 p. 671-2. Petr. Fernandus de Ixar Iacobo II. 'Rex Fridericus omnes illos profugos mittit in *Tunisiam*, et abire debent post 8 dies. Conveniet rex cum soldano Tunisiae, ut dicti Fratres in regno eius sint, sed praedicandi facultate eis interclusa. Soldanus eos *Gerbam* mittet. Ut ex ore regis audivit, Fridericus a Sicilianis et praecipue a Messinensibus coactus fuit dimittere Fratres illos, cum ei dixissent: Se ad omnia pro illo sustinendum esse paratos sed non titulum haereticorum:' « *que toda cosa sufririan per el, mas que no suffririan titol dereges, ço es factores et mantenedores de ereges, que si el papa los* [*terria por*] (1) *ereges, que ellos por tales los terrian.* Omnia fecit tamen Fridericus contra propriam voluntatem « *tanto es encendido et encarnado en los dits freyres* ». Messanae 8 Mai 1317 (2). CRD 5669.

n. 424. p. 672-3. Iohannes Burgundi ad Bernardum de Aversone, regis Aragoniae notarium inter alia hoc de Fr. **Ubertino de Casali** Avinione 20 febr. 1318 scribit: « [*Fr.* U]*bertinus de ordine fratrum Minorum, qui erat in domo Neapoleonis* [Ursini et qui] (3) *faciebat se quasi caput et ductorem illorum, qui se dicebant spirituales. Nunc autem* (?)... (4) *fecit se monacum nigrum. Et qui prius se dicebat urgeri consciencia, quia fratres sui M*[*inores*] *non satis stricte suo iudicio tenebant regulam, nunc in se laxiorem valde assumpsit* ». CRD 10741 (5).

n. 425. p. 673. Iacobus Friderico. Cum audierit eum « *admisisse, et admissos... in insula nonnullos ex memoratis fratribus...* (contra papam et superiores)... *rebellantes, nec non etiam alios, qui sub beguinatus colorato nomine novum vivendi sive religionis modum inconsulto et prorsus*

---

(1) Haec verba supplevimus. Paulo superius *factores* intellige *fautores*.

(2) « *VIII dias de Mayo anno domini MCCC°XVII.* », sed post regestum Finke perperam posuit 1316.

(3) Item haec tria verba quae in cod. *desunt*, supplevimus.

(4) *Desunt* alia tria verba in cod.

(5) Ubertinus 1 Oct. 1317 a papa licentiam obtinuerat transeundi ad Benedectinos Monasterii Gemblacensis. Eubel, *B. Fr.* V. 127, n. 287. Wadding ad an. 1317, n. 15.

invito summo pontifice... satagunt erronee invenire, aliquem de approbatis ordinibus... assumere non volentes... » instanter ab eo flagitat, ne ullum admittat vel protegat, 9 Iunii 1321. CDR Reg. 338. f. 31 v.

n. 426. p. 674-5. Bagnolis ap. Avenionem 15 Iul. (1324?) Cardinalis Neapoleo Ursinus regi Iacobo. Quia litteras regias sabbato 11 iul. in via ad villam suam 'de Bagneolia' accepit, ipse rem in eis contentam agere non potuit... « *Comisimus tamen in continenti cuidam nostro familiari solicito et discreto, scil. Fr.* **Ubertino de Casali,** *quod cum cedula nostra* » de hac re ad papam accederet. « *Qui iussa perficiens, statim eadem die in vesperis accessit ad palacium* » et ibi ei responsum fuit ex parte papae « *quod reverteretur in mane. Qui soliciter rediens et ad ipsius presenciam accedens, ore expressit,* (negotium)... *et sibi litteram regiam nobis missam, videndam et ponderendam dimisit. Qui sapiens antistes per eundem fr. Ubertinum infrascripti tenoris sub bulla sua nobis litteras destinavit. Iohannes episc.* etc. Reg. 246 f. 232. (1).

n. 427. p. 675-6. Perusii 28 Aug. (1327). 'Capitanei partes ecclesie atque Gelfi' in urbe dicta, Iohanni XXII scribunt, se excusantes, quod decepti 'litteras' dederunt duobus Fratribus minoribus, qui ad curiam ibant, plurium principum « *litteris fidantiae* » muniti, ut ibi agerent negotia Fr. **Michaelis de Caesena,** generalis ministri Ord. Minorum. « *Littere date ex parte nostra, fratribus Iohanni Fedangole Bichini et Humili Benoditi de Perusio, fuerant impetrate, tacita veritate, ignorantibus nobis, quod predicti venirent ad curiam in favorem generalis Ministri Ordinis Fratrum Minorum* (2), *qui ex unione quam habet cum Bauaro, expectans, ut dicitur, fieri papa per eum, conatur ad sanctitatis vestre non modicum detrimentum et scandalum, necnon ad dicti ac universalis ecclesie divisionem et scisma, et quantum in eis est subversionem totalem fidei orthodoxe. Insuper ignorantibus nobis, quod cum falsis relationibus ad nos venirent, dicentes, quod generalis nimia infirmitate gravatus coram sanctitatis vestre presentia non poterat comparere, quod scimus certitudinaliter esse falsum, sicut oculis corporeis vidimus manifeste* ». Datum Perusii V Kal. Sept. X indictionis (3). CRD separata charta.

---

(1) Agebatur de dubio quodam Iohannis, archiep. Toletani, quod Papa hisce solvendum tradit Legato suo in Hispania.

(2) Id est Fr. Michaelis de Caesena.

(3) Cum annus non indicetur, eruditissimus editor hanc epistolam assignavit anno 1328, iudicans p. 677 *indictionem falsam* esse, quia Fr. Michael nonnisi mense Maii 1328 in Italiam fugisset. Attamen nos *indictionem* recte numerari censemus et epistolam anno 1327 attribuimus (qui X indict. revera fuit). Quia: 1° Perusini non ausi fuissent in ep. Papae missa Michaelem simpliciter *Generalem O. M.* nominare 28 Aug. 1328, cum Papa eum iam 6 iun. 1328 hoc officio privasset. Eubel, *Bull. Franc.* c. V, 346-9 n. 714. 2° Dicunt duos illos adhuc in via esse ad Curiam « *nunc ad curiam venientes* » Finke 676. De facto, Papa 8 nov. (sept.?) 1327 Caesenati scribit, se « Iohannem Fidensolae et Humilem Beneauditi » O. M. litteras Caesenatis portantes et nuntiantes eum esse in itinere ad Curiam Avenionem versus, benigne recepisse. *Bull. Fr.* V, 334 n. 687. Etenim 8 iul. 1327 Papa eum illuc vocaverat, *Bull. Fr.* V 325 n. 667, et quidem Romae tunc morabatur, l. c. *not.* 8, et aegrotabat l. c. 341. n. 704. *not.* 5, et 2 dec. 1327 Avinionem venit (l. c.). De *ista* ergo mora Perusini loquuntur, non de illa anni 1328. Uterque nuntius Michaelis, iam ab an. 1322 invisi Iohanni XXII, a tempore Capituli Perusini, assecla Ministri Generalis fuit. Cf. *Bull. Fr.* 364 n. 742 et 581 n. 991 (Processus contra Humilem), et Ioh. Fedanzolae, qui ab officio Inquisitionis haereticae pravitatis amotus fuit, l. c. 375. n. 769.

n. 393. p. 616-8. Fr. Ferrarius de Apilia O. Praed. legatus Iacobi ad Curiam Romanam, Avenione 7 febr. (1324) huic scribit inter plurima, cum ageretur de pace inter Pisanos et Aragones, ob captam ab his Siciliam concilianda, pro qua Neapoleo Card. Ursinus, quem Iohannes XXII, « totum Gebellinum » dixerat (p. 615), plurimum laboravit:

« *His diebus amicus* [i. e. Neapoleo Card. Ursinus] *dixit michi, quomodo intendebat in dicto negocio aliquos assistentes sibi recipere, videlicet me et fratrem* **Hubertinum** [de Casali], *qui regium honorem diligebat. Et ego dixi sibi* [i. e. amico], *quod certus eram, quod regia magestas confidebat de persona sua* (1) *sicut de persona vestra regia... Quamvis regia potestas secure possit confidere de eo, tamen ipse nolebat tantum presumere de prudencia sua, quod vellet aggredi tantum negocium sine aliquo assistente...* (2) » p. 617. CRD 4283.

De Nicolao V antipapa sermo est in epist. a Fr. Ferrario de Apilia ad Iacobum II data die 27 mai 1328. n. 293. p. 437-8. Nuntiat Bavarum nuper die 18 april. Romae Iohannem a Pontificatu deposuisse et die 12 Mai: « *Bauarus cum omni clero et populo elegerunt in papam Fr. P. de Coruario, ordinis fratr. Minorum, qui est oriundus de terra dominorum de Anthiochia* (3)... » « *Hodie... (27 Mai.) recessit de curia de nocte* **minister generalis** *fratrum Minorum cum* **Fr. Bonagratia** *et quibusdam aliis magnis viris eiusdem ordinis* (4). *Et dicitur et censetur communiter, quod vadunt ad istum novum creatum in Roma. Dicto autem ministro fuit mandatum per istum dominum in virtute sancte obediencie sub pena excommunicacionis cum publico instrumento, quod a curia nullatenus se absentaret. Alia nova ad presens non sunt* ». — In mandatis, quae Iacobus rex legato Guilelmo Costa, pro filio suo Alphonso ad Fridericum Siciliae eunti dedit, Ilerde 29 (vel 28) iun. 1328 habes: « *Certum est etiam, quod dictus rex Fredericus adhesit et adheret Bauaro memorato et per consequens apostatico prelibato* ». Fridericum orat atque obsecrat, ut ab eis desistat 439. n. 294. p. 439-40 (5). — Attamen, accepto illo nuntio, protestatus est Fridericus « *quod, quantum ad dictum antipapam et omnia tangencia negocium eius, ipse non adhesit, nec adherere sibi intendit* »; quod Bavarum scriptis ab hoc dissuaserat, quod « *gratias multas et diversas* » a Nicolao ablatas respuerat, nec processus Bavari contra Iohannem XXII publicaverat (442). « *Item cum multi magni viri de Trinacria tam religiosi, quam seculares vellent solvere interdictum* », hoc

(1) Hae laudes Cardinalem attinent, non Ubertinum, uti e contextu apparet.

(2) An hoc in negotio *Ubertinus* vel Ferrarius aliquid praestiterit, non dicitur. Sed vix ad hoc devenerunt, cum post pugnam navalem apud Callarim (de qua n. 394. 619: 29 febr. 1324), pax inita fuit, quae Ferrario multum displicuit, n. 396, 625.

(3) Adnotat eruditissimus auctor de tali patria, vel quomodo tale nomen explicetur nihil inveniri apud alios, praes. Chroust *Die Romfahrt Ludw. d. B.* Gotha 1887, 154ss. et C. Eubel in *Historisches Jahrbuch* XII, München 1891, 278.

(4) Auctores alii cf. Riezler. *Literar. Widersacher,* Leipzig 1874, 68 et Müller *D. Kampf Ludw. d. B. mit d. röm. Cur.* Tubingen 1879, I 210 fugam die 25 assignant, ut animadvertit simpliciter Finke. — Addam quod, cum Nicol. Minorita ap. Eubel, *Bull. Fr.* V. 390 nota, scribat, Caesenas « *die iovis* in sero, *quae fuit 26 dies mensis maii... recessit de dicta curia Avenionensi...* », Ferrarius minus accurate diem sequentem indicat, qua mane fuga *percrebuit*. Bulla, qua fugientes capi iubet papa, emanavit die 28 mai. *Bull. Fr.* V, 345 n. 711.

(5) N. 295 p. 441-2 Alphonsus III rex Aragonum 8 oct. 1328 gratulatur Papae ob discessum Bavari et Antipapae ab Urbe, quam rem e litteris Pontificis « nudius tertius » rescivit. Fuisse videntur litt. ap. Eubel V 357 n. 726.

vetuerat atque verba iniuriosa in Iohannem Papam inhibuerat « *sub pena mortis* », quanquam maior pars Siculorum pro antipapa inclinaret. — Die 20 iul. (1330). Reg. Alfonsi f. 51 sq.

Quae n. 298. p. 446-8 narrantur de combustione processuum contra Iohannem XXII (1), qui Parisiis valvis ecclesiarum affixi fuerant, nota iam erant. Evenit hoc die 18 iunii, dominica SS. Trinitatis « *multum mane ante ortum solis* », coram convocatis omnibus religiosis et magistris Parisiensibus. Post concionem episcopi « *ut omnis error positus in cordibus multorum cessaret et exiret de mente ipsorum, contra quosdam, qui suspecti habebantur, de contentis in dictis processibus deliberacione habita cum quibusdam, qui sunt vere zelatores fidei et qui diligunt honorem ecclesie, specialiter cum...* (2) *generali ministro Minorum, fuit ordinatum, quod unus de Fratribus sui ordinis, qui esset minister et magister in sacra pagina* (3), *post predictam publicacionem predicaret et post sermonem suum diceret verba, que sequuntur. Et sic factum fuit; et accepit thema suum: Fidelia omnia mandata eius* etc. [Psl. 110, 7] *et post sermonem suum in presentia dicti generalis et omnium aliorum, qui repraesentant totum ordinem, dixit, quod ipse nomine ipsius generalis et tocius ordinis approbabat omnes processus contra illos duos pessimos Marsilium et Iohannem et contra illum Bauarum et contra illum Petrum de Coruaria et illum Michaelem et contra quoscumque alios tanquam veros, fideles et legitimos rite et legitime factos et omnia alia mandata et ordinationes et reprobabat omnes processus factos per istos Bavarum et Michaelem et alios et omnia mandata et ordinationes eorum...* » Demum « *dicti processus fuerunt positi in quadam magna patella, ubi erat magnus ignis carbonum, et in combustione fuit magnus ignis et, ut apparebat, totus populus et omnes reliqui... fuerunt multum delectati* ». CRD Ap. 79.

Bernardus Iorda Iacobum regem Aragoniae certiorem reddit Nicolaum resipuisse et litteris suis Iohanni Papae missis, culpam suam confessum esse. Minus autem recte addidisse videtur antipapam litteris illis deprecatoriis dixisse: « *E finalment conclusia (Nicolaus), que tenia a pagat quel papa le fes far sa penitencia en Roma e que remangues aqui* [i. e. Avenione] *penitencier del papa* » 449. n. 299 (4). Primum utique Nicolaus poenitens scripsit suis litteris, non vero secundum, de quo fama Bernardum Iorda decepit. « *Et propono firmiter, ait Nicolaus, in civitate Pisana et etiam in Urbe atque ubique locorum renuere...* » misericordiamque implorat. Cf. ep. eius ap. Raynald. ad an. 1330 n. 63. *Hunc* locum Iohannes P. repetit in bulla 13 iul. 1330 ad Nicolaum data, *Bull. Fr.* V, 472, n. 861, aliisque in bullis, l. c. 470 nota. De poenitentia agenda, sed non de Nicolao poenitentiario nominando sermo ibi est. Neque in carcere suo, quamvis honorifico, isti muneri postea vacavit, cf. Eubel, *Hist. Jahrb.* XII, 287ss.

P. Michael Bihl O. F. M.

(1) Ludovicus Bavarus, Nicol. V et Caesenas eos Parisios miserant. Cfr. Denifle-Chatelain, *Chartular. Univ. Paris.* 1891 II, 327. *Bull. Fr.* V, 397. *Continuat. Guil. de Nangis*, ed. Géraud II, 109, qui falso ergo combustionem diei 11 iun. tribuit.

(2) Nomen deest; est vero Geraldus Odonis qui loco Michaelis de Caesena in capitulo Pentecostes, 11 iun. illius anni Parisiis habito, electus fuerat.

(3) Sec. Cont. G. de Nangis l. c. fuit Fr. Henricus de Semons, doct. theol. et minister prov. Franciae... *Chart. U. P.* l. c., de eo l. c. II, 431, 458s. 471. Eubel, *Bull. Fr.* l. c. et 508 n. 920.

(4) Iul. 30, (1330); CRD 3399.

Nota Fr. Francisci Ariminensis O. M. Conv. de relatione S. Bernardini Senensis ad Fratres Observantes. — Nota, quam infra damus, legitur in Codice Libri Conformitatum Fr. Bartholomaei Pisani, qui olim erat Bibliothecae Phillippicae (Cheltenham), nunc vero penes me est. Codex, qui mox accurate describetur in periodico *Études Franciscaines,* scriptus fuit anno 1465, eratque prius Conventus Fratrum Minorum Arimini. Nota evulganda addita fuit a manu quadam coaeva in margine inferiore fol. 81 (fruct. VIII part. II). Videtur probabiliter ab ipso Fr. Francisco Ariminensi O. F. M. (1) scripta, qui medio saeculo XV floruisse legitur. Erat S. Theologiae Doctor, in scholasticis exercitiis egregie doctus et ecclesiastes insignis (2); an. 1438 interfuit Concilio Ferrariensi al. Florentino; an. 1447 in aede maiori patriae urbis coram proceribus in funere Eugenii IV orationem habuit (3). Anno 1455 qua minister Provinciae Bononiae subscripsit articulis unionis a PP. Conventualibus propositis (4). Nota eum monstrat fuisse *Socium* Ministri Glis (5) Gulielmi de Casali (6) c. 1440 et amicitia S. Bernardino Senensi iunctum esse. Nota ista decidit dubium, an S. Bernardinus Minister Terrae Sanctae fuerit, necne (7). Particularia narrat de Capitulo in sylva prope Scarperiam in Mugello ab Observantibus habito (8). Constabat iam S. Bernardinum studia inter Observantes promovere voluisse; nunc accedit, Sanctum Fratres ignaros facultate audiendi confessiones simpliciter privasse (9). Maioris momenti est id, quod Fr. Franciscus Ariminensis narrat, quomodo Observantes se habuerint ad S. Bernardinum circa ultimos annos vitae eius. Quamquam id quod de hoc narrat Fr. Franciscus, hostis Observantiae, non accipiendum sit

---

(1) De eo cf. Sbaralea, *Supplementum ad Scriptores ord. Min.* Romae 1806, 248; I² (ibid. 1908) 257. Wadding, *Annales Minorum* ed. II; V 808; X 215s; XI 80; XII 276, Petr. Rodulphius, *Historiarum Seraphicae Religionis libri III, Venetiis 1586,* fol. 269. Flaminio Bottardi, *Memorie storiche dell' Oss. Prov. di Bologna.* Parma 1760, I 423. Giac. Picconi O. F. M. *Serie cronologico-biografica dei Ministri e Vicari Provinciali della minoritica Provincia di Bologna.* Parma 1908. 106-8, qui nihil novi auctoribus allegatis addit, nisi quod moneat, hunc Franciscum diversum esse ab illo qui a Sigism. Pand. Malatesta in conventu Gratiarum supra Ariminum trucidatus fuit, quia Secretum Confessionis violare renuerat. 107s.

(2) Wadding, *Annales* ad an. 1438 n. 2. XI², 29.

(3) Sbaralea l. c. e *Chron. Arim.* ap. Muratori, *Rer. Ital. SS.* XV, 958.

(4) Eos habes cum Subscriptionibus ap. Wadd. ad an. 1455 n. 57. XII² 1735, 273-77. Erat ergo Franciscus partis Conventualium.

(5) Sbaralea l. c. dicit « anno 1437 *socius ordinis* erat, eoque munere... interfuit... concilio... Florentino, ex actis ».

(6) De eo cf. Wadding, IX, 195, 321, X, 142, 149, 161ss, 179, 198ss, XI, 2ss, 28ss, 80, 97, 156. *Analecta Fr.* II, 289, 294ss, 307.

(7) Cf. *AA. SS.* Mai. V, 137. Deest. ap. Girol. Golubovich O. F. M. *Serie cronologica dei Revmi Superiori di Terra Santa.* Gerusalemme 1898 cf. p. 23-5.

(8) Wadding, ad an. 1449. n. 21-22. Eodem tempore Conventuales Comitia Generalia celebrarunt in coenobio S. Crucis. « Soli supplicationi publicae seu processioni conventualium interfuerunt Observantes; ab aliis Comitiorum gestis abstinuerunt ». Epistola die 2 iunii 1449, durante Capitulo et assentiente, Fr. Antonius de Rusconibus, Glis Minister Fr. Capistranum « in congregatione Fratrum, qui de Observantia vulgariter nuncupantur *in loco Nemoris de Mugello* celebrata » in Vicarium Cismontanorum electum, confirmat l. c. n. 22. p. 30.

(9) Cf. Bernardin. Aquilan. *Chronica FF. Min. Observantiae* ed. L. Lemmens O. F. M. Romae 1902, 25-6, quomodo Perusii Casus Conscientiae legerit S. Bernardinus Sen. et scrupulis agitatus fuerit circa confessiones.

ut totam rei veritatem, omnino negari minime poterit. Conferenda hic sunt verba illa generali modo a Maphaeo Vegio dicta: « de iis Fratribus eius, qui sub observantioris, (quam falso quidem profitebantur) vitae nomine gravia in ipsum multum machinati sunt (1) » et B. Bernardini Aquilani Chronica (2).

« In Aquila iacet pater *Sanctus Bernardinus,* quem canoniçavit papa Nicolaus 5[us] 1450, anno videlicet iubilei in festo penthecoste, cum fieret Capitulum generale, et die precedenti fuisset ellectus in generalem ministrum *Angelus de Perusio* in Ara Celi. Hic sanctus Bernardinus, inter alia sua bona, fuit homo valde gratiosus a toto ordine dilectus et qui nunquam voluit divisionem ordinis, que post mortem eius facta est per Eugenium 4[m], cum esset generalis ille maledicte memorie magister *Antonius de Rusconibus* provincie Mediolani, cui etiam sanctus Bernardinus tunc minister Terre Sancte, dedit vocem, ne frater *Albertus de Sartiano* fieret generalis, in conventu Paduano in capitulo Generali, licet dictus Albertus diceretur de observantia, propter quod fuit ab illis sic nominatus tribulatus et persecutus usque ad mortem, quam in conventu fecit et non apud illos.

Alia causa, quare sanctus Bernardinus fuit ab illis de observantia tribulatus fuit, quia cum esset vicarius generalis *Gulielmi de Casali,* cuius *ego magister Franciscus de Arimino* tunc eram socius citramontanus in tota Italia super illos de observantia nuncupatos, ipse privavit confessionibus omnes ignorantes, quia volebat, ut audientes confessiones fidelium essent docti et non ignorantes. Cum ergo maxima pars confessorum, ymmo quasi omnes essent ignorantes, armaverunt se contra illum et articulaverunt eum mirabiliter. Sed papa Eugenius et predictus generalis defensarunt eum, cuius etiam ego, predictus magister Franciscus, fui satis tunc amicus; utinam ipse modo sit meus.

Alia causa fuit, quia videlicet ipse nunquam voluit ordinis divisionem, ymo dixit culpam suam generali prefato propter quoddam breve apostolicum ad suggestionem quorundam tunc impetratum, et carceravit fratrem *Constantinum* laycum de provincia Terre Laboris, quia multum laborabat ad ordinis divisionem, que facta est post mortem ipsius sancti Bernardini. Ideo tunc cum papa Eugenius esset Florencie, et ipsi de observantia dicti facerent capitulum in boscho prope Scarpariam, ipsi et maxime frater Albertus de Sartiano acute tribulaverunt eum, nec erat qui sibi loqui vellet, et ego tenebam sibi societatem in capitulo ex mandato dicti generalis cuius eram .... » *(reliqua a ligatore codicis imprudenti abscissa fuere).*

Sevenoaks, Anglia.

A. G. Little.

---

(1) *AA. SS.* Maii V, 128.

(2) Bernardinus Aquilanus l. c. p. 31 similia quaedam refert de capitulo Paduae celebrato 1443, ubi S. Bernardinus maximae parti Capitularium restitit, ne Albertus de Sarthiano in Ministrum eligeretur « quia nostrae familiae iudicabat (S. Bern.) esse damnosum; cuius occasione quasi fuit a Fratribus nostris solus relictus »: cf. l. c. 29-35.

CHRONICA

I. — Cronaca Italiana.

⁂ Ci giungono tre opuscoli del R. P. Faustino Ghilardi, O. F. M., l'autore dell'articolo bene documentato sul B. Vivaldo pubblicato nel nostro AFH I, p. 521-543. Si sa quanto il suddetto Padre sia innamorato del beato eremita sangimignanese. Già nel 1895 aveva pubblicato la *Monografia del San Vivaldo in Toscana,* Firenze, Enr. Ariani, in-8° picc. di pp. XV-170. Ora nel suo: *San Vivaldo eremita del Terz'Ordine Francescano. Ricordi agiografici, con novena e triduo in fine,* Firenze, tip. Barbèra, 1908: in-24°, pp. 206, per rendere l'argomento più gradito e utile, come pure più accessibile all'intelligenza di tutti, lo va «via via scompartendo e sminuzzando [forse troppo] in vari articoletti, con un fraseggiare alla buona e con stile facile» (p. 15), essendo suo intento «di rendere popolare un Santo, il cui culto fu tanto popolare un tempo». A questo scopo gioveranno anche le illustrazioni che adornano tutti e tre gli opuscoli. Non dimentica però di citare le fonti dalle quale attinge le sue notizie agiografiche, esposte in uno stile schiettamente popolare. Narrando le vicende del culto del B. Vivaldo e della sua urna reliquiaria, giunge, p. e., fino ai giorni nostri, inserendovi perfino un decreto del municipio di Montaione, dato addì 4 d'agosto 1906 (p. 140-1). Poi espone con molto ardore la devozione che il popolo ha e che anche più dovrebbe avere per il Santo. — Anche più popolari sono i due opuscoli: «*Novena e Triduo a S. Vivaldo, con cenni storici sul suo culto.* Firenze, tip. Barbèra 1908: in-24°, pp. 47; e il «ninnolo commemorativo» delle feste fatte per la glorificazione di San Vivaldo il 28, 29, 30 e 31 Maggio 1908 nella chiesa, convento e villaggio che ebbe nome e rinomanza dal beato: *Ricordo di S. Vivaldo,* ivi, 1908: in-24°, pp. 69.

⁂ L'avv. Giulio Pensi, il sempre cortese bibliotecario della ricca Biblioteca di S. Fortunato in Todi, ha illustrato la sua patria con due pubblicazioni. La prima s'intitola: *Todi, piccola Guida,* Todi [1908]; ed è una guida illustrata della città, pubblicata nell'occasione che s'inaugurava il servizio automobilistico Perugia-Todi-Terni. L'altra publicazione dell'avv. Pensi è un testo, in volgare todino, di un'antica Confraternita di disciplinati: *Quisto ene e livrio dove se contengono li primi capitugli della Fraterneta della verace croce posta en Porta Fracta, cio ene degli Desciplinati. = Per le nozze di mio Fratello Ascanio Pensi con la Sigra Emma Rossi*». Luglio MCMVII [Todi Foglietti 1907] pp. 1, 2, 40. Tale testo è in un codicetto della Comunale di Todi, *Arm. III. Scan. I, N. 9 quater,* che l'autore crede della fine del XIV o del principio del XV secolo. In una brevissima prefazione il Pensi dà alcune poche notizie su questa confraternita, che era «*certo una delle più antiche della città di Todi*». Appunto per ciò non so spiegarmi perchè il ch. autore non abbia voluto ricercare od esporre notizie più ampie su questa Compagnia; tanto più, ch'egli ben sa che fu proprio dalla vicina Perugia come, per paura dell'ultimo Giudizio, ritenuto imminente nel 1260, uscì quel movimento delle processioni dei *flagellanti,* descritte a colori così vivi da un Cronista contemporaneo (presso Muratori *Rer. It. Script.* XIII 712-713),

movimento che presto oltrepassò le Alpi, trascinando alla penitenza più esaltata uomini di ogni età e condizione.

Il testo pubblicato non presenta alcuna relazione coi Francescani di Todi. In ciò si mostra ben diverso dal Codice 4096 della Biblioteca Casanatense di Roma. Questo Codice del secolo XIV, è una specie di *rituale* dei Disciplinati di una qualche città dell' Umbria, che io ancora non ho potuto determinare. In esso sono chiare le influenze francescane; S. Francesco vi è nominato proprio nel *Confiteor*, e vi è riportata l' Orazione della sua festa: *Deus qui Ecclesiam tuam* ecc. In altro punto, pregandosi per diversi Ordini religiosi, vi sono annoverati i Francescani. Ma quello che dimostra evidentemente la viva influenza francescana primitiva, è il versetto della *Laude*, in cui il *corpo umano* è chiamato con espressione caratteristica di S. Francesco, quella di «*asino*»: «*O fratelli or nandiamo poy chell auemo socterato — El frate nostro chel assinno, loquale tanto auemo amato — E noy tucti en ueretade en terra deuemo tornare*».

Inoltre, nel testo edito del Pensi abbiamo notato come le ordinazioni per la recita dei *Paternoster* mostrano una grande affinità colle ordinazioni dell' officio pei Laici della 2 Regola di S. Francesco. Similmente alcuni altri capitoli, per esempio su le *taverne*, sul *gioco* ecc., hanno riscontro negli Statuti dei Terziari di Brescia testè publicati dal Guerrini, nell' AFH I, p. 547 ss.

I disciplinati di Todi si mostrano inoltre buoni e veraci patriotti. Una rubrica, p. e., ordina: « Ancho tractamo, per podere mantenere lu stato di questa cicta et sempre multiplicare de biene e meglo, volemo che non sia neuno de nostra F. che faccia neuno iuramento ne promissione et neuna secta et ne parte, dove se podesse turbare el pacifico stato della città di tode ... ».

Dai pochi saggi che abbiamo dati appare come questi testi del Pensi meritino d'essere più conosciuti. È solamente in base alle pubblicazioni di testi relativi che si potrà giungere ad avere finalmente una cognizione esatta della vita delle numerose Compagnie esistenti nelle Città italiane nell'età di mezzo, ciò che è ancora uno dei più vivi *desiderata* degli studi storici. **P. Livario Oliger** O. F. M.

⁂ Del P. Andrea Corna dei Minori è uscito recentemente un volume di grande importanza: *Storia ed Arte in S. Maria di Campagna* (*Piacenza*). Bergamo, Istituto d'Arti Grafiche, 1898. In 8° p. 303, con circa 80 illustrazioni dentro e fuori testo (L. 6). Riserbandoci di parlarne, per la parte che ci riguarda, in un prossimo numero, non possiamo fare a meno di compiacerci qui con l'A. di aver osato e di essere riuscito a un tal lavoro che, anche a guardare la sola parte tipografica e artistica, è veramente una meraviglia e una novità bella e buona per i Francescani d'Italia. Che tesoro di arte ci dispiega davanti agli occhi! Vera Galleria artistica, quella Chiesa di Campagna! molto ignorata fin qui, ma che d'ora innanzi va ad unirsi alle chiese francescane che sono insieme monumenti di storia per la Chiesa e il campo più ricco ed alto dell'arte italiana.

Con este título y en lengua nipona, escribió el P. Diego de S. Francisco un tratado, según hace constar en su Relación del 25 de Septiembre de 1630, Cap. 43, con estas palabras: « Yo el más cuitado atalaya y Sacerdote de esta Yglesia habrá « cinco años que viendo que todos los cristianos de Nangasaki « habian dejado todos los buenos ejercicios de virtud, y se iban « poco á poco acomodando á las costumbres gentílicas, hice un « tratado que le titulé *Consejos del Sacerdote á los Christianos,* en « lengua japona, en el qual prové con muchos lugares de la « Escritura que se había de perder la Christiandad de Nangasaki, « como se perdió la de las siete Iglesias de Asia: y la Fee, que « se había de pasar á otros Reynos, como consta de la Escri- « tura, que sucedió á las Yglesias de Asia, Egipto y Jerusalén. « Y esto sino se enmendaban y clamaban á Dios con disciplinas, « ayunbs y oraciones. Este tratado lo hice publicar por todo Nan- « gasaki, haciéndolo leer en las juntas de los cristianos, y leyén- « dolo yo por mí mismo. Y finalmente, como no se enmen- « daron etc. ».

7. [Cartas de Fr. Diego de S. Francisco],

A. *Carta del P. Diego de S. Francisco á Fr. Luis Sotelo.* — El Beato Jacinto Orfanel, dominico, nos ha conservado un fracmento de esta carta en su *Historia del Japón,* Cap. 32, que León Pagés reprodujo en el Annexe 34, pág. 129 de su *Histoire de la Religion Chrétienne au Japon,* 1869. Esta carta debió ser escrita después de salir el P. Diego de la horrible carcel de Yedo, en 1616; pues en ella no trata de otra cosa que de los trabajos que en dicha carcel sufrió, lo cual refiere con más amplitud en el Cap. 6 de su « Relación » imp. en 1625.

B. *Carta de Fr. Diego de S. Francisno á Fr. Diego de Sta. Catalina, fechada en 7 de Diciembre de 1621.* — Refiere en esta carta los martirios acaecidos en el Japón principalmente desde el 12 de Agosto de 1618. El cronista de la Provincia de S. Pablo, Fr. Juan de S. Antonio, trasladó esta carta á su Crónica, lib. IV. cap. XXVII. pág. 371.

C. *Carta de Fr. Diego de S. Francisco al Provincial Fr. Miguel Soriano, fechada en 16 de Diciembre de 1625.* — Da cuenta de las limosnas que la Provincia mandó al Japón, por conducto de unos comerciantes, y algunas instrucciones para que con toda

seguridad puedan entrar en el Japón Misioneros. Esta carta fué la que escribió al remitir al Provincial el Ms. de su « Relación » impresa. Poseo una copia, pero no recuerdo de donde la he tomado.

D. *Carta de Fr. Diego de S. Francisco al Provincial de Manila.* — En ella le comunica algunos martirios, el estado de nuestras Misiones, y le informa acerca de la manera en que debe mandar á los Misioneros, para que no sean conocidos. Tiene la fecha de 5 de Marzo de 1632, y de ella hace mención el autor al final de su « Relación » fechada en 10 de Marzo del mismo año. En el Archivo del convento de SS. Quaranta de Roma, bajo la signatura *Curia Excalceatorum*, tom. 2, fols. 32 y 33, se halla una copia de esta interesante carta, legalizada por el Secretario del Provincial de Manila. En el Archivo de esta Provincia no existe, por lo que en 1904 saqué una copia fiel de ella (1).

Pastrana y Enero 10 | 1908. *(Continuará).*

Fr. LORENZO PÉREZ, O. F. M.

(1) El P. Civezza, *Saggio* p. 543 n. 627 menciona otros libros del P. Diego de S. Francisco, que no consta escribiera sino en autores poco escrupulosos en atribuirle obras y relaciones, sin aducir testimonio alguno.

DOCUMENTA

VITA SANCTAE ELISABETH, LANDGRAVIAE THURINGIAE

AUCTORE ANONYMO

NUNC PRIMUM IN LUCEM EDITA.

(E cod. N.º 826. Monasterii Zwettl, O. Cist.).

Cum editionem Vitae S. Elisabeth de Thuringia, Tertii Ordinis S. P. N. Francisci decoris et gloriae, a Fratre Theodorico de Apoldia, O. Praed. descriptae, pararem, incurri in aliam apud Pertz notatam (1), quae in bibliotheca Monasterii O. Cist. in Zwettl asservatur. Hanc vitam lectoribus Archivi oblaturi, pauca de hoc insigni Monasterio ac de Cod. ipso antiquissimisque documentis Elisabethicis praemittimus.

Zwettl, post saec. XVI latine Claravallis dicta, abbatia O. Cist. in Austria inferiore sita, fundata est 1137 ab Hadumaro I, ex genere dominorum de Kuenring oriundo; initio erat filiale monasterium abbatiae S. Crucis (fundatae 1135; Heiligenkreuz), Zwettl monasterium confirmatum est a rege Conrado III 1139 et a papa Innocentio II 1140; postea valde floruit, praesertim sub Alberone III († 1182) et Hadumaro II († 1217), ministerialibus de Kuenring, qui abbatibus Rudigero (1174-1191), Bolfingo (1191-1204) et Marquardo semper manus adiutrices porrexerunt. Litterarum studium magna in aestimatione habebatur, quod testantur permulta Mss. adhuc ibi exstantia.

Fama sanctitatis longe lateque diffusa et usque ad medium saec. XIV perdurante, multi etiam praenobiles sunt attracti. Abbas Boleslaus (Bohuslaus 1248-1258) fundavit scholam scriptorum, quorum scriptura characteristica, uti aiunt, usque ad annum 1290 certo dignosci potest. Abbates Otto I (1304-1325) et Gregorius (1325-1331) confici curarunt librum fundationis monasterii Zwettl, pulcherrimum

(1) Pertz, H. G., *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde*, T. VIII, Hannover 1818. p. 729; T. X p. 608-611. — Cfr. Jahn et Sebode: *Archiv für Philologie u. Pädagogik*, VI. 444 seqq. Haenel, *Neue Jahrbücher für Philologie u. Pädagogik*, VI, *Supplem.* S. 444-452. Leipzig 1840: *Monumenta hist. in Bibl. Monasterii O. Cist. Clarae Vallis Austriae adservata.*

codicem, in quo referuntur historia fundationis abbatiae, familiae fundatorum et affinium, historia ditionis et passim totius regni. Abbatia ista decursu temporis multa et magna incommoda sustinuit, attamen semper perduravit. Rev.dmus Dominus abbas Stephanus Rössler (1878), qui catalogum CC. Mss. sui monasterii (1) et historiam abbatiae edidit (2), Cod. 326 benigne mihi mutuatus est, pro qua gratia ex intimo corde ipsi etiam hic grates refero quam maximas. Item Rev. P. Bibliotecario Ben. Hammerl, qui libenter hanc editionem denuo cum originali contulit. In Bibliotheca monasterii asservantur 60000 volumina, 420 MSS. et 500 'incunabula'.

Regium archivum Monasteriense precibus meis benigne detulit et illud Mss. suo nomine pro me mutuatum est. Codex ille N° 326 involutus est in ligatura lignea, cui superductum est corium suinum. Tegumento affixus est papyrus, qui continet verba: « Sermones sanctorum et Vita b. Elisabeth reginae ». Codicis folia sunt ex pergameno in 4°, continet 184 folia, quae 2 columnas habent, praeter fol. 150-163, quae unam tantum columnam habent. Tractatur ibi de diversis:

Fol. 1-10 inveniuntur aliqua scripturistica. — Fol. 10v-98v Sermones de tempore et de sanctis. — Fol. 150-163v vita sancte Elysabeth. — Fol. 164-184. Miracula sancte Elizabet Regine (3).

A quonam (quibusnam) hic codex conscriptus sit, non est adnotatum; sed auctor certo Cisterciensis Ordinis erat, et auctor huius vitae coaevus erat sanctae Elisabeth, quod sic probari potest.

1) *Ex auctoritate.* — a) Praefatus dominus abbas Rössler Cod. 326 tribuit saec. XII-XIII. b) Cl. A. Huyskens dicit, hanc vitam paulo post translationem S. Elisabeth scriptam esse (4); alio loco asserit, hoc Ms. c. medium saec. XIII confectum esse (5). Cl. Dr. K. Wenck Prof. Univ. Marburgensis recte asserit, hanc vitam scriptam esse ante electionem Conradi in regem Romanorum, Febr. 1237 Vindobonae factam, quia iste vocatur fol. 163 b, regni Ierosolimitani legitimus successor. Etiam cl. Wenck codicem autographon credit (6). c) Cl. Dr. Philippi,

---

(1) *Xenia Bernardina*, pars II, *Handschriften-Verzeichnisse der Cistercienser-Stifte der Oesterreichischen-Ungarischen Ordensprovinz.* T. I, Wien, 1891, p. 293-480, ubi plurimam bibliographiam de ista Bibl. invenies. — Frast, Joh. von, *Handschriften, welche in der Bibl. des Stiftes Zwettl aufgestellt sind,* ap.: « *Oesterreichische Blätter für Litteratur u. Kunst. Wien* IV, 1847. p. 1000.

(2) Seb. Brunner, *Ein Cistercienserbuch. Geschichte und Beschreibung der bestehenden u. Anführung der aufgehobenen Cistercienserstifte in Oesterreich-Ungarn, Deutschland u. der Schweitz,* Würzburg, [1881] 542-603.

(3) Cfr. Rössler, l. c. p. 413.

(4) *Quellenstudien zur Geschichte der hl. Elisabeth v. Thüringen,* Marburg 1908, p. 41, 8. — *Allegatur siglo* H.

(5) Ibid. p. 158.

(6) *Quellenuntersuchungen und Texte zur Geschichte der hl. Elis.* in *Neues Archiv.* [NA] XXXIV, Hannover und Leipzig 1909, p. 465. — *Allegatur* W.

Prof. ord. in Univ. Monasteriensi mihi scripsit: « Scriptura haec caracteristica (Cistercensium) vix post annum 1250 confecta est; non invenio causam, cur eam in finem saeculi XIII reponam ». Scriptura seu caracteres Cistercensium saec. XII-XIII ita eminentes sunt, ut proprio nomine passim vocentur: « Caracteres Cistercienses (1) ». Libri circa medium saec. XIII a Cisterciensibus scripti, nostro Codici simillimi sunt. Unde mihi constat, Codicem istum exhibere autographon ipsum; sed etsi esset apographon, paene eadem antiquitate gauderet.

2) *ex rationibus internis*. — a) Auctor exclamat: « O quam celeberrimum *etatis nostre* miraculum! » fol. 155 a. Unde patet, fuisse coaevum S. Elisabeth; et « *nostris temporibus* opportuna venisti ». fol. 158 b b) — « Sicque... procurante fratre Hermanno, domus hospitalis sancte Marie in Ierusalem magistro, cui *subest* hospitale de Marpurch (2) ». Cum auctor hoc scriberet, Hermannus adhuc erat inter vivos: Hermannus de Salza obiit 20 Martii 1239; die 1 iulii 1234 Gregorius papa IX hoc hospitale Ordini Theutonico tradiderat (3). c) « *Prout*, ait, *oculus scribentis* haec omnia clare perspexit ». Auctor narrat ibi, multos ad translationem 1 Maii 1236 celebratam convenisse, et refert miraculum mirifici olei (4). — Vita ergo scripta esse debet infra 1 Maii 1236 et 20 Martii 1239, immo Febr. 1237. — d) Huic argumento suffragatur illud, quod Fridericus II. imperator (1215-1250) summa cum laude commemoratur (5). Historia vero multum discrepat inde ab illa elatione. Ergo concludendum, auctorem scripsisse hanc vitam, antequam improbitas imperatoris omnibus patuit. Quamvis imperator pluries excommunicatus sit (1229, 1239, 1245), notitia huius facti ab eius asseclis celari, vel saltem obnubilari aliquando potuit; sed vix post excommunicationem in concilio Lugdunensi I (1245) in Fridericum latam. Hoc argumentum solum non convinceret, quia, Friderico etiam excommunicato multi tunc adhaeserunt; sed iunctum cum aliis non est spernendum.

Continet codex (fol. 164-184) 1-15 et 35-106 miracula, sed ex negligentia transcribentis omissa sunt miracula 15-35. Scriptor habuisse videtur exemplar autenticum illorum miraculorum, quae a Sigfrido III. archiepiscopo Maguntino, Raimundo abbate Eberbacensi et Magistro

(1) Cfr. Dr. Fr. Steffens, *Lat. Paläographie*, Freiburg, Schw. 1903, p. 71 varia exempla scripturarum s. XIII. Cfr. etiam E. M. Thompson, *Handbook of Greek and Latin Palaeography*. London 1894 p. 273, 288, ubi varia scripturarum exempla s. XIII afferuntur.

(2) Cfr. p. 264-5, f. 161 a.

(3) Cfr. Wyss A., *Hessisches Urkundenbuch*. I. Abt. *Urkundenbuch der deutschen Ordensballei Hessen*, I. Bd. Leipzig 1879. N° 40.

(4) Cfr p. 266, f. 162 a.

(5) Cfr. p. 267, f. 163 a, b.

Conrado conscripta sunt (circa Februarium 1233) (1). Auctor « Vitae » diversus est ab illo, qui miracula fol. 164-184 descripsit. « Haec descriptio miraculorum Gregorio papae IX transmissorum, (pluries ampliata) non debet reponi in finem saeculi XIII propter diversum scripturae modum. Verosimilius scripta est haec miraculorum profusa narratio in monasterio Zwettl, cum ultima miracula in regionibus illi monasterio adiacentibus facta sint, ut recte Bibliothecarius Zwettlensis R. P. Ben. Hammerl advertit.

Vita haec essentialiter dependet a « Vita » seu Dictis, quae per commissarios Conradum, episcopum Hildesimensem et Hermannum, abbatem de Valle S. Georgii, secundum dicta testium oculatarum (scil. ancillarum), compilata est (c. 1 Ianuarii 1235) (2). Aliqua auctor ex epistola magistri Conradi desumpsisse videtur (3). Suis locis fontes, ex quibus hausit indicabimus; quod praestabimus etiam in miraculorum enumeratione, quae auctor partim ex relatione anni 1233, partim ex illa 1235 desumpsit (4).

Oportunum plane nobis videtur, hic enumerare fontes antiquissimos, qui ante 1250 scripti sunt, et breviter allegare ea, quae ad dilucidandas quaestiones controversas perapta sunt; quod alibi fusius suo tempore praestabimus.

Antiquissimus fons exhibetur in Epistola, quam Gregorius IX b. Elisabeth scripsit. Ex coll. Dr. Forrer (Argentorati) publicata fuit a K.

(1) Ita H(uyskens), l. c. p. 85, 151. — Iuxta Dobenecker, *Regesta diplomatica necnon epistolaria Historiae Thuringiae*, 8 T. Jena 1896-1904 T. III. (1904). N° 299. — Wyss, p. 85, Böhmer-Will, *Regesta archiepiscoporum Maguntinensium* Innsbruck, 1886, II, 223. — Boerner, *Zur Kritik der Quellen für die Geschichte der hl. Elisabeth, Landgräfin v. Thüringen* in « *NA.* » XIII, Hannover 1888, p. 433-515 p. 489, aliosque, haec relatio conscripta est inter 17 Nov. — 25 Dec. 1232, quos H. l. c. p. 86 refutat. Typis impressa: Allatius: *Symmikta* Ed. B. Nihusio, Coloniae 1653 I, 269-298; *Scriptores Rerum Byzantinicarum*, Venetiis 1733, 23, 60. — Kuchenbecker, *Analecta Hassiaca*, T. IX, Marburg 1735 p. 107-147. — Ripoll, *Bullarium Ord. Praed.* Romae 1729-40. — Böhmer-Will, p. 223. Cfr. ibidem p. 219. Böhmer-Ficker, *Acta Imperii selecta*, Innsbruck 1870, n. 961, p. 668. p. 859 falso utique asserit, S. Elisabeth mortuam esse an. 1232. — Sigfridus III. 1231-1249, ex familia de Eppenstein. — Eberbach in Pago Rheni (Rheingau) vetustissima abbatia Ord. Cist. in Germania, fundata 1131 ab archiep. Maguntino Adalberto I. (1109-1136).

(2) Cfr. H. l. c. p. 15, seqq., ubi demonstrat, hanc « *Vitam* » scriptam esse infra 11 Oct. 1234. — 27 Maii 1235.

(3) Ms. Bullarium Rommersdorfense in Bibl. Confluentium (Saec. XIII.) fol. 73 seqq. — *Typis impressa est haec Epistola:* Allatius l. c. I, 270; *Script. rer. byz.* XXIII 60; Wyss, l. c. I, N° 34, p. 31. Kuchenbecker, l. c. p. IX, 108; Böhmer-Ficker: l. c. N° 11117. Böhmer-Will, l. c. II. 223, N° 77. — H. 155-160. Wenck, *Die hl. Elisabeth*, Tübingen 1908. p. 35ss. Cfr. Dobenecker, l. c. III p. 54, N° 279.

(4) Cfr. H. p. 161, miracula a Sigfrido III 1233 examinata, et p. 242 ea, quae ab episcopo Conrado hildesimensi et Hermanno, abbate Vallis S. Georgii (Georgenthal prope Gotha Ord. Cist., fund. saec. XII) initio 1235 examinata sunt.

Wenck in *Hochland*, München et Kempten 5 Jahrg. 1907, p. 144 seq., quae certe ante 17 Oct. 1231 scripta esse debet.

1. *Epistola de morte b. Elisabeth* scripta *c. 17-19 Nov. 1231* (1).

2. *Relatio privata de miraculis*, quae ad tumulum b. Elisabeth facta sunt (*scripta 18 Martii 1232*) (2).

3. I. *Relatio miraculorum, facta a Sigfrido III*, archiepiscopo Maguntino (1231-1249), abbatibus de Arnsburg, de Biledeus Ord. Cist., de Rumerstorf., de Arenstein, de Capella, Ord. Praem., praepositis de Pinguia et de Werberg, decano de Mumberg, Mag. Conrado de Marburg et fratre Angelo de Ord. Fr. Min., praedicatore verbi divini. Continet 59 miracula breviter enarrata. *Marburgi, 11 Augusti 1232* (3).

---

(1) Typis mandata apud Martène et Durand, *Veterum scriptorum et monumentorum* etc. *amplissima collectio*. T. I, Paris. 1724, p. 1254-56; sec. *Ms.* ex monasterio O. S. Ben. Liesborniensi, (Liesborn prope Lippstadt in Westfalia). *Haec est forma de Statu mortis Lantgraviae de Thuringia*. Incipit: *Dominica ante octavam Martini — per ipsam visum recepit*. Cod. ille continebat 20 libros Ethymologiarum Isidori de Sevilla, scriptus saec. XII. A recentiore manu saec. XIII adiecta est haec « forma vitae ». — H. textum exhibet l. c. p. 148 ex Ms. lat. fol. 282, regiae Bibl. Berolinensis, fol. 196. (Cfr. Val. Rose, *Verzeichnis der lat. Handschriften der Kgl. Bibl. Berlin* II. Berlin 1905. 915 lat. fol. 282. s. XII. f. 196a a recentiore manu s. XIII[1] adiectum: « *Hec est forma de statu mortis lantgravie de Thuringia. Dominica ante octavam Martini post matutinas*... f. 196b. *Hec miracula operatus est dns per lantgraviam... et per ipsam visum recepit.* P. 1451 Rose in *indice* ponit: Conradus de Marburg (Ord. Praed.): De statu mortis; utrumque erronee. Conradus *non* fuit Ord. Praed.; nec scripsit hunc statum mortis. Etiam Ul. Chevalier *Répertoire* [2] I (Paris 1903-04) 1015 falso dicit. '*Conrad de Marbourg, dominicain*', quamvis mirum videri possit, Conradum in hac vita semper dici *fratrem*. — H. l. c. p. 92, 147. (In linguam germanicam versa a Rev. Domino Hertkens, Keldenich prope Bonnam, s. l. et a. — Dobenecker, l. c. III, N° 254 affert sec. Martène et Durand l. c. notitiam de « *Forma de statu mortis lantgraviae de Thuringia* », sed confundit formam vitae cum relatione de miraculis S. Elisabeth (Cfr. H. 148); addit hanc relationem adhucdum neglectam esse, excepto a Wachter: *Thüringische Gesch.* II. 335, in qua assertione cl. auctor denuo errat. Dob. Formam vitae c. 18 Martii 1232 scriptam esse vult.

(2) Typis impressa apud Martène-Durand l. c. et H. 150. Haec relatio post 18 Martii 1232 scripta esse debet, quia ultimum miraculum, quod ibi narratur, die 19 martii contigit. Cfr. Dob. l. c. N° 254.

(3) Arnsburg (Arnsburg) in Hassia superiore (Wetterau), abbatia Ord. Cist. fundata 1151 a domino de Hagen et Arnsburg pro Benedictinis, sed 1174 ab eius filio Conrado Cisterciensibus tradita, 1803 « saecularizata ».

Bildhausen in Franconia inferiore, (Bavariae), abbatia Ord. Cist., fundata 1156, 1803 saecularizata. Rommersdorf in ditione Confluentium, abbatia Ord. Praem. fund. 1135. Arnstein, Provinciae Hassiae-Nassoviae, Ord. Praem. 1139 fund., 1803 saec. Verosimiliter Spieskappel in Prov. Hassiae-Nassoviae, Ord. Praem. Pinguia-Bingen a R. Werberg-Wirberg prope Giessen. Mumberg-Momberg in prov. Hassiae-Nassoviae.

Haec relatio ex mandato papae facta, typis impressa est Wyss, l. c. N° 28, p. 25 seqq., ex Bullario Rommersdorf. citato, fol. 72. Commissarii scribunt inter alia: « Sed Christus... ostendens per miracula plurima et virtutes quae ad suam gloriam et honorem fel. rec. dominae Elisabeth multipliciter et magnifice operatur, quorum quaedam, de quibus nobis facta est plena fides per iuramenta tam testium quam iuratorum paternitati vestrae duximus transscri-

4. *Epistola Mag. Conradi de Marburg* ad papam de vita b. Elisabeth. *Scripta infra 11 Augusti* et *initium Octobris 1232* (1).

5. *Relatio miraculorum, circa Februarium 1233* a Sigfrido III, Archiepiscopo Maguntino, Raimundo Eberbacensi et Magistro Conrado *ad Gregorium papam IX transmissa* (2).

---

benda ». Ex hoc loco concludi potest, praefatos viros ex mandato papae relationem suam perfecisse; quod etiam ex petitione in fine prolata patet: « Paternitati vestrae supplicamus, quantum possumus et audemus; quatenus his inspectis in subsidium universalis ecclesiae et haereticorum confutandam pravitatem, sanctorum eam catalogo dignemini ascribere, quoniam hoc gloriae dei et saluti ecclesiae si vestra decreverit magnificentia, credimus expedire ». Dobenecker dicit: Primum mandatum papae de referendis miraculis non est de 13 et 14 Oct. 1232, sed iam antea poenitentiarius papae Reimundus magistro Conrado tale mandatum dedit. (ib. p. 54). Documentum ipsum diem adscriptam non habet; Boerner, l. c. asserit, compilatum esse inter 11 Aug. et 16 Oct. 1232. Iuxta quem Romam non pervenit (ibid. p. 435).

(1) Iuxta Boerner, NA l. c. 436 haec *epistola* cum I miraculorum relatione (Cfr. supra n. 3) *Romam transmissa est*. Idem asserit cl. Doben. N° 279. Boerner videtur sibi ipsi contradicere, cum dicat, I relationem miraculorum, quamvis secundum suam opinionem cum ipsa « Epistola Conradi » transmissa sit, Romam non pervenisse. Epistola certe, ut ex sequentibus patebit, Gregorio IX nota erat; ergo concludendum, aut epistolam cum II[a] relatione transmissam esse, aut etiam I Romam venisse. H. 87, ubi de II[a] miraculorum examinatione agit, haec habet: « Magister Conradus... transmisit iam exeunte Februario vel ineunte Martio 1233 exemplar tabularum publicarum ». Cum relationem II cum « Epistola » attribuat Februario 1233, consequenter agit. Nam in mandato diei 14 Oct. 1232, (cfr. Dob. N° 289) Gregorius epistolam Conradi commemorat.

Plurimi auctores *coniungunt: Epistolam cum II relatione* et ponunt a) *exordium*, b) *Epistolam Conradi*, c) *Miracula*. Cfr. H. 155. H. attribuit epistolam cum catalogo II miraculorum exeunte februario 1233.

De magistro Conrado de Marburg, cf. Beck, *K. v. Marburg*, Breslau 1871. Kaltner, *Konr. v. Marburg und die Inquisition in Deutschland*, Prag 1882. Ranke, *Konr. v. Marburg* ap. *Allgemeine deutsche Biographie* 1882 XIV 642. Rübsamen, *Landgraf Heinrich Raspe v. Thüringen*, Halle 1885 p. 6 seqq. Michael, *Geschichte des deutschen Volkes*, II Freiburg 1899, p. 318 seqq. et alibi passim. *Kirchen-Lexicon* VII[2] Freiburg 1891 p. 946. — Hausrath, *Der Ketzermeister K. v. M.* Leipzig 1883, p. 137. Winkelmann, *Deutschlands erster Inquisitor*, ap.: *Deutsche Rundschau*, Berlin 1881, p. 220. — K. Wenck, *Die hl. Elisabeth*, Marburg 1908, 14-51.

(2) Cfr. H. l. c. p. 85, seqq. ubi « annum praesentem » 1232 explicat ex « more Treverensi » = stilo Florentino. Cfr. Grotefend, *Zeitrechnung des deutschen Mittelalters* etc. I Hannover 1891 p. 8, In archidioecesi Treverensi initium anni computabatur a 25 Martii « stilus annuntiationis. » H. p. 155-239, miracula refert sec. Cod. Ms. 326 Monasterii Zwettl, saec. XIII, et Ms. familiae de Hedemann in Deutsch-Nienhof (Holsatiae) saec. XIV. Cod. Zwettl. fere omnia miracula 106 exhibet, exceptis 15-35, Codex Hedemann 67 et quidem priora. In fine miraculorum C. Zwettl haec habet: « *Acta sunt hec anno domini MCCXXXIII mense Ianuarii et Februarii* ». 1233 aut intelligendum sec. calculum Pisanum, qui annum 1233 incipiebat a 25 Martii 1232-25 Martii 1233, aut mendum scriptori irrepsit pro 1232; sec. calculum Florentinum (Treverensem), quem auctor Zwettlensis plerumque sequitur (1232 = 25 Martii 1232 — 25 Martii 1233); 4 ultima miracula (103-106) Mag. Conradus solus adiecit. — Cfr. Pray, *Vita S. Elisabethae viduae*, Tyrnaviae 1770; p. 164-218 miracula a sede apostolica approbata. H. p. 151 aliqua Mss. enumerat, in quibus varia miracula secundum morborum genera ordinata exhibentur, e. gr. Cod. *Vin-*

6. *Vita sanctae Elisabeth* landgraviae, *c. Ianuarium 1235 per commissarios Gregorii IX:* Conradum episcopum Hildesiensem et Hermannum, abbatem de valle s. Georgii, *conscripta* (1).

7. *Relatio miraculorum* per episcopum Hildesiensem Conradum 1221-1246 et Hermannum, abbatem monasterii O. Cist. de valle S. Georgii, *c. Ianuarium 1235 Romam transmissa* (2).

8. *Epistola Gregorii papae IX de canonizatione b. Elizabeth.* Perusii 1 Iunii 1235. Canonizata est in festo Pentecostes, 27 Mai 1235. Bulla publicata est 1 Iunii 1235 (3).

---

dobonensis N. 456 (Hist. Eccl. N. 86). Cod. *Ienensis* saec. XV (Mss. Elect. fol. 68 (72), in quo multa capitula desunt 52-71 Cod. *Paderbornensis* saec. XV.

Ad hos accedunt *Cod. Gottingensis* anni 1517 (Cod. Mss. Theol. 200[1]). *Cod. Bruxellensis* = Ba. (1262-67) (anni 1489) continet varia miracula eodem fere ordine sicut Kuchenbecker, *Anal. Hass.* IX 115ss. Haec omnia continentur in *Codd. Vind. Paderb.*, praeter duo, sc. « De claudo sanato » (Kuchenb. 143. Ba. fol. 117) et « De puero claudo sanato ». (Kuchenb. 146. Ba. fol. 178 b.) H. n. 29. 184 et n. 83. 187. Eadem miracula (49) continet etiam *Cod. Paderb.* (saec. XV) fol. 89a-181b. Cfr. Dobenecker III. N. 299 58, 59, ubi plurimam bibliographiam invenies. Dob. hanc miraculorum relationem scriptam esse vult a 17 Nov. — 25 Dec. 1232. Boerner 740. Wyss N. 85. De aliis MSS. Miraculorum cfr. Diod. Henniges, ap. *Litterarischer Handweiser,* 1908, Num. 12, 471-4. — Auctor Zwettlensis varia miracula ex his desumpsit, ut e sequentibus patebit.

(1) Cfr. H. 15, 41, 110. Textum a se editum putat esse originalem (ib. 112-140). — *Clm. 4631* (regiae bibl. Monacensis saec. XIII inscribit: « *Vita* » fol. 78a. Eundem textum exhibent *Clm.* 17 145 (saec. XIII) et Ms. 1172 D. 'Sir' Thomae Phillips, Cheltenham, saec. XIII. [Hunc Cod. nullo modo impetrare potui, et cum confrater Anglicus illuc profectus esset, ut Cod. describeret, non est admissus]. Ms. 809 II biblioth. civitatis Cameraci (saec. XIII); (cfr. H. p. 110 s. cfr. Wenck. NA., l. c. 444 et p. 464, 2). Procul dubio recensio brevior extat in Cod. 4401 (s. XIV.) Bibliothecae Vaticanae et in Cod. 86 Seminarii Trevirensis. (Cfr. Mont.-Städtler 3 p. 150 seq.). *Mandata varia* Gregorii papae IX omisimus. (Cfr. de iis Dobenecker l. c. III N. 285-289 de 13 et 14 Octobris 1232 et N. 457 de 11 Oct. 1224; typis impressa praeter alios apud Wyss N. 81, 82. Böhmer-Will, *Regesta Arch. Mag.* II p. 221, 236. Würdtwein, *Nova subsidia* 6, 26, 127; 6, 24; — Pertz, *M. G. H. Epist. s. XIII ex Regestis Pont.* Berlin 1883, p. 486. Sbaralea, *Bull. Franc.* I, 85-6. N. LXXIX (13 Oct. 1232); I, 86 (formula examinis, eiusd. diei); I, 86-7. N. LXXX (14 Oct. 1232); I, 138, 9. N. CXLV. (11 Oct. 1234. Episc. Hildesh.).

(2) Haec amplissima relatio duos complectitur ordines; in I° nova miracula afferuntur, excepto N. 96, quod ex II relatione (Sigfridi) transsumptum est. In II° Ordine 105 miracula II commissionis iterum exhibentur. — Cfr. H. 242, seqq. sec. Ms. superius allata; Boerner 441 Ms. 1172. Cheltenham (Middlehill) et 809 II Cameraci, utrumque Ms. truncatum est. Quae miracula auctor Zwettlensis ex his desumpserit, suis locis indicabimus.

(3) Haec Bulla continetur in sequentibus *Codicibus Mss. a*) Cod. Pad. (saec. XV) fol. 141a. *b*) Cod. Vindobonensi (saec. XIV-XV). (Hist. Eccl. N. 86, (456). *c*) Cod. Gottingensi (Cod. Mss. Theol. 200[1]) (1517). *d*) Cod. Bruxellensi 7917 (Bc) saec. XV. *e*) Monacensi (Clm. 22-878 — (1412 scripto) fol. 168 b. Continebatur etiam in Cod. *Ienensi* (Mss. Elect. fol. 68); sed folia sunt amota. Felten, *Papst Gregor IX.* Freiburg 1886 p. 225 asserit recte Elisabeth canonizatam esse 27 Maii 1235, et errant Mont.-Städtler, qui 26 Maii assignant. Wenck, *Die Wartburg,* Berlin 1907, p. 208-9, reproducit bullam originalem cum transcriptione et versione in linguam germanicam, in forma, qua ordini Theutonico 1 Iun. 1235 directa fuit. Ex Arch.-Vindob. Ord. Theut. Wyss l. c.

9. *Epistola Gregorii papae IX* ad reginam *Beatricem* de Castella, 7 Iunii 1235 (1).

10. *Processus et ordo canonizationis b. Elyzabet* propter quorundam detractiones et calumnias 'Scriptus *paulo' post 7 Iunii 1235* (2).

11. *Vita abbreviata ineunte 1236 scripta,* primum edita ab A. Huyskens 112-40. Hanc vitam H. considerat originalem p. 41. Textum hunc dispositione carentem paulo post ampliatum esse vult, fretus Cod. Ms. 1770-77 reg. bibl. Brux. fol. 105v, ubi legitur. « Ego Nycholaus scripsi hanc vitam ». Sed ille Nicolaus procul dubio fuit scriba, non auctor. H. hunc Nicolaum, praepositum monasterii S. Martini O. S. Ben. Tornacensis fuisse dicit, nec tamen probat; hic adiecisse dicitur epilogum; divisisse in 4 capita et textus varios addidisse. Wenck merito reiicit hunc Nicolaum (3). Hanc breviorem recensionem auctor huius vitae adhibuit.

12. *Libellus de dictis 4 ancillarum.* Huic dictorum editioni additi sunt prologus: « *Ad decus et honorem* » et epilogus: Haec dictorum

---

N. 54, qui varias editiones enumerat. Sbaralea, *Bull. Franc.* Romae 1759, I p. 162-64, N. CLXX; Wadding, *Annales Minorum,* T. II Romae 1732, p. 887, ed. II, ad an. 1235, N. 2. Potthast, *Regesta Pontificum,* Berolini 1873-75; I p. 844, N. 9929. Dobenecker l. c. III p. 96, 97. N. 581, 582, ubi plurimam bibliographiam annotavit. — Montalembert-Städtler, *Leben der hl. Elisabeth v. Ungarn,* Regensburg 1862, p. 685. — H. 17.

(1) Cfr. Lemmens O. F. M. *Mitteilungen des Hist. Vereins der Diözese Fulda,* IV *Jahrgang,* Fulda 1901, p. 2, ex Reg. Vaticana t. 18 fol. 41, ep. 120. Potthast, *Regesta Pontt.* I N. 9968. Wadding, *Annales Minorum* II p. 394. Sbaralea, *Bull. Franc.* I, 164. Montalembert, *Histoire de S. Elis.* T. II Paris 1861, p. 246. Pertz, *Epistolae saec.* XIII. I ed. Rodenberg, Berlin 1883 p. 538. Huyskens l. c. p. 17. — Mss. quae longiorem recensionem continent vide p. 246 nota 3.

(2) Cfr. Huysk. l. c. 20-30 et 140-146, ubi textus exhibetur sec. Cod. Ms. 828 Univ. Lipsiensis fol. 1-3v. et ex Ms. N. 41 familiae de Hedemann, (Heespen). Boerner p. 444 cum Mencke l. c. p. 2007-2011 et Mielke, l. c. p. 25 hunc « processum » considerat ut proemium ad sequentem tractatum « Ad decus et honorem » Ms. Hedemann continet *a*) hunc processum; *b*) compilationem: « Ad decus et honorem »; *c*) relationem abbreviatam commissariorum factam 1233. Cfr. de hoc Cod. *Zeitschrift der Gesellschaft für Schleswig-Holstein-Lauenburgische Geschichte* XX 1890 p. 197 et 388; 72. Cod. 8949 reg. bibl. Brux. fol. 160-161 r. exhibet hunc processum sec. collationem cum Ms. abbatiae S. Maximini prope Trevirim et Ms. Tornaci s. Martini. H. 39. — H. p. 30 putat hunc tractatum scriptum esse a Raymundo de Pennaforte O. Praed. — Cfr. Wenck, NA 482.

(3) H. 67 putat, Nicolaum hanc *compilationem* scripsisse *ante* obitum Gregorii papae IX (22 Augusti 1241). Wenck, p. 459, p. 488 distinguit longiorem recensionem dictorum quae sit etiam antiquior et identica cum protocollo examinatorum p. 486, et breviorem supra descriptam, quae aliquantulum sit recentior. *Recensio* brevior ab H. 112-146 edita invenitur: Clm. 4631 Reg. Bibl. Monacensis, s. XIII, ex Monasterio O. S. Ben. Benediktbeuren. (H. 110). Clm. 17145 s. XIII, ex monasterio O. Praem. Schäftlarn. (H. ibid.). Ms. 1172 bibl. Sir. Thomae Phillips (Cheltenham) s. XIII. (H. ibid. W. p. 444). Ms. 809, II, bibl. civitatis Cameraci, s. XIII. (H. 111). Wenck, 464 affert 2 alia Mss., in quibus procul dubio brevior recensio habetur, scil.: Cod. 4401, s. XIV, bibl. vaticanae et Cod. 36 seminarii Treverensis.

ampliata editio paulo post translationem b. Elis. 1. V, 1236 conscripta est. Wenck, 439-459, Omnino reiicit opinionem Huyskens, qui hanc compilationem cuidam ignoto *Minoritae* Belgico attribuit, et contendit gravibus ex rationibus, ampliationem hanc confecisse sacerdotem ex Ord. Theut. forsan Ulricum de Düren, priorem domus Ord. Theut. Marburgi. W. 462-67 (1).

13. *Caesarii Heisterbacensis: « Vita sante Elyzabeth lantgraviae »*.

14. *Eiusdem oratio de translatione b. Elysabeth* (2).

---

(1) Praeter Ms. Lipsiense A. Huysk. 6 alia enumerat: *a*) Signy-l'Abbaye; (hoc Ms. citat Casimir Oudin in epistola quadam cf. Huysk. 89). In hoc Ms. continebantur: *Processus et ordo canonizationis* et compilatio: « *Ad decus et honorem* ». — *b*) Longpont, monasterium Cist. prope Soissons possidebat Ms. continens: « *Ad decus et honorem* et processum et ordinem canonizationis. — *c*) Clm 14-126 regiae Bibl. Monacensis; hic Cod. membraneus s. XIII-XIV continet fol. 88-94v hunc sermonem cum compilatione. fol. 51v-52v sunt *lectiones* (8, de sancta Elysabeth. In fine: Evangelium : *Simile est regnum coelorum thesauro*. Tunc sequitur fol. 52, v: Sequencia » *Gaude Sion, quod egressus a te decor et depressus tui fulgor speculi* etc. Sequentia rescripta est vocum sonis. — *d*) Clm. 222-81; Cod. membraneus s. XII; recentior manus s. XIII in primo, secundo et ultimo folio hunc textum scripsit, sed imperfecte. *Incipit « et tandem coepit ridere dulciter in magna vultus hilaritate »* etc. verbis: Desinit f. 187 *perducat ipse sponsus ipsius, propter quem regnum mundi et omnem ornatum seculi contempsit, quem utique vidit, quem dilexit, in quem firmiter credidit, Iesus Xpus, dominus noster, cui est gloria in secula seculorum. Amen*. — *e*) Deutsch-Nienhof in Holsatia. (Cfr. p. 247 n. 2). — *f*) Cod. Ms. 823 Bibl. Universitatis Lipsiensis. — *g*) Nouv. Acq. lat. nr. 2288 Bibl. nationalis Parisiensis. (Cfr. *Catalogus Codicum Hagiographicorum Latinorum... Bibl. Nat. Paris*. Bruxellis, 1893 III, p. 515, H. p. 71. — *h*) Wenck, ap. Pertz, *Archiv* XI, 701 aliud Ms. notatum invenit. — *i*) Ms. I Qu. 126 Bibl. Wratislaviensis, s. XV, fol. 225a-246, p. 433, 446, et Clm. 9506 reg. Bibl. Monac, s. XIII, qui continet etiam recensionem, sed deest ibi prologus et divisio in 4 capita. W. 475. Cfr. *Cat. Cod. hag. bibl. reg. Brux*. I, Bruxellis 1886, 294, ubi idem textus habetur, quem Mencke, II, 2012 A-2034 edidit. W. 459.

(2) Erat Ord. Cist. Cfr. Alex. Kaufmann, *Wunderbare u. denkwürdige Geschichten aus den Werken des Caes. von Heisterbach*. Pars I. et II. ap. *Annalen* (citanda) 47. u. 53. Heft). Vide etiam Unkel in *Annalen* (citanda) 34. Heft). Cfr. Boerner *Zur Kritik der Quellen f. d. Gesch. der hl. Elis*. in NA. 434, 466-72. 503-6. et NA. 34, 439 N° 2. — A. Huyskens in *Annalen des Hist. Vereins für den Niederrhein, 86 Heft*, Köln 1908 p. 1-59. « *Vita* » p. 17-50; « *Sermo* » p. 51-59. Textum praeparavit sec. Cod. Ms. Nordkirchen. Hic Cod. membraneus s. XV in 4° continet in I parte vitam et miracula b. Engilberti Coloniensis archiepiscopi. fol. 3-80. In II parte fol. 1-42 continetur: *Vita S. Elisabeth lantgraviae*. fol. 43-51: *Sermo de translatione b. Elizabeth*. (Codex nunc est Principis Ducis de Arenberg).

Caesarius in sermone narrat, plurima miracula ad tumulum b. Elisabeth facta esse. « *Adhuc magister Conradus vivit, cuius studio eadem miracula ex parte conscripta sunt.... Ego circa idem tempus (initio 1233) ibi fui et non recordor me in tota vita mea tantum simul vidisse populum, quantum in oppido Marburg et circa illud tunc temporis aspexi* ». (H. l. c. p. 53, 54); p. 9, 10 Huysk. demonstrat, sermonem habitum esse 2 Maii 1237. Cum vita ante sermonem scripta esse debeat, quia Eckbertus episcopus Bambergensis (1203-1237) ibi inter vivos producitur, constat, hanc vitam iam propter suam antiquitatem summi valoris esse. — Montalembert-Städtler, l. c. p. 729-743 varia ex Caesario refert. — Sec. Mont.-Städtler 144 mortuus est 1237. Kaufmann, *Caesarius v. Heisterbach II Ed*. Köln 1862. Cardauns, *Caes. v. Heisterbach* ap. *Allgemeine deutsche*

15. ***Codex Zwettl. 326, scriptus infra tempus fluens a 1 Maii 1236—20 Martii 1239, ut supra probatum est.***

16. Denique allegetur hic: « *Vita prima b. Elisabeth* » ed. L. Lemmens, l. c. p. 6-14 (1).

17. Potest hic quoque allegari *Speculum historiale* fr. Vincentii (Beauvais) Ord. Praed., qui ad annum 1236 ex chronicis breve compendium vitae b. Elis. contexuit (2).

Haec praelibasse sufficiat. Fusiorem dissertationem exhibebo, quando Cod. Paderbornensem, Deo dante, in lucem edam. Qui plus de fontibus historiam b. Elisabeth spectantibus informari vult, studeat operi egregio cl. Dr. Alb. Huyskens, *Quellenstudien zur Geschichte der hl. Elisabeth* Marburg 1908 (3) et dissertationem noviss. cl. Dr. K. Wenck, *Quellenuntersuchungen und Texte zur Geschichte der hl. Elisabeth* ap. *Neues Archiv* XXXIV, Hannover 1908, p. 427 seqq., ubi cl. auctor non paucas hypotheses Dr. Huyskens sagaciter impugnat.

Brevitatis causa auctores et Mss. citavi sub variis litteris. E. g.

Biographie III Bd. Leipzig 1876 p. 681. Poncelet, ap. *Analecta Bollandiana,* Parisiis et Bruxellis 1882, 21, 45-52. Wattenbach, *Deutschlands Geschichtsquellen (6 Ed.)* Berlin 1893-94. II, 485 seqq. A. Schönbach, *Caesarius v. Heisterbach* ap. *Sitzungsberichte der K. Akademie der Wissenschaften in Wien, philos. hist. Klasse Bd. 144; IX Studien zur Erzählungsliteratur des M. A. IV Teil,* Wien 1902. Ibid. *Teil* VII.. *Ueber Caes. v. Heist.* II. l. c. Bd. 159. Chevalier, *Répertoire* I² col. 842. — Potthast. *Bibl. hist. M. Aevi* I² Berlin 1896 p. 180.

(1) Lemmens has 9 lectiones desumpsit ex Bibl. Vitt. Emmanuel. Romae Cod. « Fondo Sessoriano 69, 1476 » 542a, scripto exeunte saec. XIV. Vitam, ex qua hae 9 lectiones desumptae sunt, L. adscribit Thomae de Celano; qui forsan ex mandato papae (Gregorii IX?) eam scripserit. Cf. p. 247 n. 1.

Cf. Wegele, *Annales Reinhardsbrunnenses,* Iena 1854. Posse, *Reinhartsbrunner Geschichtsbücher,* Leipzig 1892. K. Wenck, *Entstehung der Reinhartsbrunner Geschichtsbücher,* Halle 1878, ubi asserit, sacellanum Ludovici, Bertholdum, varia relatu digna Ludovicum et Elisabeth spectantia, notasse. Idem: *Zur Entstehungsgeschichte der Reinhardsbrunner Historien* in NA. 98-138. — Holder-Egger: *Studien zu thür. Gesch.-Quellen* 1-6, NA. XX-XXV 1895-1900.

(2) Nurembergae II 1483. L. XXX. c. 136. Hoc speculum, editum 1244. Cfr. Wenck. 441, 452, 460. — Holder-Egger: M. G. SS. XXIV, 154, 40 N° 8. Vincentium speculum historiale primum a. 1244 confecisse, deinde librum XXXI res gestas annorum 1244-50 continentem adiecisse satis notum est.

(3) Praeterea multam bibliographiam Elisabethicam afferunt: Montalembert-Städtler, *Leben der hl. Elisabeth v. Ungarn,* Regensburg 1862 p. 123-157. Cfr. p. 679-754. — C. W. Justi. *Elisabeth die Heilige, Landgräfin v. Thüringen u. Hessen.* Ed. II. Marburg 1835. — Ul. Chevalier, *Répertoire des sources historiques du moyen-age.* I. Bio-bibliographie, Ed. II, I, Paris 1903-1904 col. 1304 seqq. — A. Potthast, *Bibliotheca historica medii aevi,* Ed. II, II Berolini 1896 p. 1284 seqq. — Walther, *Literarisches Handbuch für Geschichte u. Landeskunde v. Hessen,* Darmstadt 1841 p. 35 seqq. — Boerner, *Zur Kritik der Quellen für die Geschichte der hl. Elisabeth,* etc. ap.: *Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde.* XIII. Hannover 1888 p. 433-515. — Wyss et Dobenecker aliique suis locis citati sunt. — Wenck, *Die hl. Elisabeth,* 1908, p. 43-46. — A. Huyskens, *Elisabeth, die heilige Landgräfin v. Thüringen* ap.: *Hist.-polit. Blätter,* München 1907. Bd. 140 p. 725-745 et 810-822. — Cod. 8949, regiae Bibl. Bruxellensis, ubi plurima Mss. indicantur.

M. = Clm 4631 regiae bibliothecae Monacensis.

Z. = Cod. Monast. Zwettl 326.

H. = sive Huysk. — *Quellenstudien* eiusdem, saepe allegatae.

D. = Dicta, ut habentur in Mencke, *Script. Rer. Germ.*, T. II, Lipsiae 1728, p. 2007-34.

L. = Codex *K. K. Studienbibliothek* in Linz C. c. VII, 1, saec. XIV.

Hic codex vitam in Cod. Z. contentam exhibet, sed valde ampliatam. Est cod. membr. ex monasterio Ord. Cist. Baumgartenberg, habet 240 folia. Tegumenta lignea corio superducta repagulis clausa sunt. Coll. continet 20 vitas (passiones et legendas). 1) Matthias. 2) Elisabeth (fol. 18-59 a). 3) Dominicus, 4) Chunegundis, 5) Egidius. 6) Lucas, 7) Marcus, 8) Barnabas, 9) Sebastian. 10) Wolfgang., 11) Emmeramus, 12), Kilianus et socii; 13) Vitus, 14) Pantaleon, 15) Alexander, 16) Eventius, 17) Theodolus et alii, 18) Marinus, 19) Petrus O. Praed. 20) Franciscus.

Col. 1 a invenitur Index. In coperculo. N. 54. — Codex scriptus ab una eademque persona habet rubras et caeruleas literas initiales. Inscriptiones Capitulorum rubrae sunt (1).

Haec vita orta est occasione solemnitatis in honorem b. Elisabeth celebratae; fortasse translatiónis vel festi ipsius. (Cfr. infra) « In tam celebris festivitatis honorem »; auctor virenti et sollemni stilo opus suum composuit; p. 262 auctor dicit « miraculorum circumstantias denotare... fuisset... *audientium* auribus onerosum ». Quid sibi vult hoc? Vultne auctor dicere, hanc vitam primitus se concepisse pro sermone ad populum habendo, et postea eam fusius scripsisse?

Hoc in casu relatio miraculorum certe minus ampla fuit, fortasse postea aliqua adiecta sunt. Haec opinio firmatur per ea, quae Prof. Dr. Schiffmann mihi scribit de hoc Codice, scilicet Codicem istum multo plura continere, quam Cod. Zwettl., sed hanc ampliationem fere in nullo alio consistere quam in fusiore narratione miraculorum.

[Vita et Miracula S. Elisabeth, landgraviae Thuringiae].

[Fol. 150 a] *Ad* (2) *denuntianda sancte Elisabeth digna preconia, quam claram vite laudabilis* (a) *conversatio reddit et mortis beate perfectio gloriosam, consurgo veridicus, sed conpellor invitus. Nam licet, que narranda*

(a) L. *sic.* Z. laudibus.

(1) Hanc descriptionem Prof. Dr. K Schiffmann benignissime nobis exhibuit, qui etiam scriptum nostrum cum Codice isto de verbo ad verbum contulit, pro qua gratia Rev. Domino etiam hic ex animo refero grates. — Gratias hic dico intimas Dno Professori Dr. K. Wenck, qui mihi libentissimo animo auxilio fuit in praeparanda critica hac editione.

(2) *Notandum* pro textu partes originales Anonymi typis *obliquis* semper exprimi; partes vero aliunde haustas typis ordinariis; in notis fontes indicantur.

sunt, hominum sensus transgrediantur et fidem indubitatam, tamen inesse non dubito veritatem operibus veritatis. Sed parvulus ego in lege domini enuntiationem tanti mysterii invitus aggredior et falcem meam in alienam messem immittere reformido. Devotionis tamen interioris aculeus superne scientie studiis informatus, timori promittit audentiam (a) *et violentiam ingerit voluntati. Mentem aperit, linguam instruit et labia dissuit filo ignorantie consuta. Cogit concipere sterilem et solum effectum* (b) *lilia ultronea parturire. Manifestam igitur violentiam sustinens, licet gratam, a principiorum principio principium* (c) *exigam, eidemque qui sine fine est finis fiduciam derelinquam.*

Sed et materie tractande nobilitas ingenium adiuvat, studium roborat et laudabilem exitum pollicetur. Nam si poëtis antiquis qui veteres fabulas texuerunt, mendaciorum suorum extitit iocunda relatio, si ystoriographos, qui facta regum et principum loquebantur, relatorum memoria delectavit, multo magis de regis eterni victoria grata [fol. 150b] *scribentibus debet esse descriptio, que cum gaudio temporali perpetue premium retributionis adducit. In tam celebris igitur festivitatis honorem labiorum sacrificemus victimam et laudis hostiam votis* (1) *hilaribus offeramus beate Helisabeth inclitam gloriam ordine triplici percursuri:*

I. Ut viventis et vite praeconia prima pars occupet.

II. Mortem et mortis gloriam secunda contineat.

III. Translationis et translate miracula tertia comprehendat.

Beata autem Helisabeth regiis orta natalibus (2), filia scilicet regis Ungarie, *nobilitatem ortus et sanguinis animi claritate contexuit et morum industria deauravit, et ne per inferioris thori consortium aliquam* (d) *forte contraheret clara prosapia caliginem, landegravii* (e) *Turingie,* (f) *viri sui, quem de stirpe cesarea pater eduxerat* (3) *imperialibus extitit radiis illustrata. Vas igitur tante nobilitatis et morum plenitudine decoratum divina provisio dimittere vacuum* (g) *pia devotione non voluit; sed dum illud religionis electum domicilium statuit nature nostre miraculum corpus humanum qualibet undique perfectione munivit; verum ne pubescentibus annis et mentis ac corporis coalescente vigore in detractionem* [fol. 151a] *divine potentie sibi* (h) *de puellae virtutibus aliquid natura preriperet et titulis propriis applicaret, inter ipsa fere cunabula celica manus domini*

(a) Z. L. *vero* audaciam.
(b) L. *sic*. Z. efetum.
(c) L. *sic*. Z. principem.
(d) L. Z. aliqua.
(e) L. landgravii.
(f) Z. Turinge.
(g) L. *sic* Z. vocavit.
(h) L. *sic*. L. titulum.

(1) Cf. Psl. 115, 8.

(2) Secundum Bertholdi, sacellani Ludovici *Annales* continentes Epitomen ex annis 1198-1228, postea annalibus Reinhardsbrunnensibus insertas. — Boerner, l. c. p. 477. — « Annales Reinh. » edidit Wegele. Jena 1854. — K. Wenck, *Die Entstehung der Reinhardsbrunner Geschichtsbücher*, Halle 1878. — Köditz von Salfeld, *Das Leben des Hl. Ludwig*, hrsg. von H. Rückert, Leipzig 1851. — *Neus Archiv d. Ges. für. ält. deutsche Geschichtskunde,* XX Hannover et Leipzig 1895, 571-637, — Cfr. Posse, *Reinhartsbrunner Geschichtsbücher*, Erfurt 1871. Elisabeth nata est 1207 Pressburgi, Ludovico in matrimonium data 1221.

(3) Parentes Ludovici VI, coniugis beatae Elisabeth, erant Hermannus I. (1190-1215) et Sophia filia Othonis Wittelspachii, Ducis Bavariae, quam post mortem Iuttae Comitissae de Ravenspergk (1195) duxerat Hermannus in uxorem. — *J. Pistorius, Illustrium veterum Scriptorum* etc. Francofurti 1583; fol. 962.

nature prevenit officium ac manifestis indiciis in infante predocuit, quod erat in adolescente futurum.

A teneris etenim annis infancie mentis aciem, actiones et vota direxit in deum adeo iuxta sapientie verbum in omnibus viis suis cogitans illum, ut ipse dirigeret gressus eius (1) quod invocationem eiusdem infantilibus ludis et ludicris immiscebat (2). Quinquennis etiam, dum prorsus litteras ignoraret, aperto psalterio tamquam orans se frequenter ante altare domini provolvebat ac bone indolis presagio genuflexiones devotas in abditis faciebat (3). Se ipsam ab ancillarum custodia laudabili furto persepe surripuit et capellam ingrediens flexis genibus et manibus cancellatis, ore pavimentis adherens, orationi *cottidie* constanter instabat. Et si quando capellam clausam intrare non poterat, parietes deosculabatur (4) et portas, *ostendens exterius,* quid interius facere disponebat. Devotionem solatiis et devotioni solatia velut ludicra seriis *inserebat,* dum se pro ludorum victoria ad genuflexiones et orationes dominicas obligabat (5) ac eorum *omnium,* que lucrabantur in ludo, *necdum pubes etiam* pauperibus decimam [fol. 151 b.] exhibebat (6), *testimonium devotionis infancie tempus etatis* (*a*) *adulte perhibuit, dum facta provectior, quanto magis procedebat in tempore, tanto constantius divinis obsequiis insistebat.* Speciali se beati Iohannis apostoli patrocinio communivit, quem sibi prout est moris *Vngarie,* apostolorum omnium super altare nominibus per varias cedulas designatis, triplicata sors tribuit in custodem. Ad invocationem cuius quibuslibet iusta petentibus se semper exhibuit liberalem (7). Desideria sua semper maxime circa cultum corporis et seculi vanitates modestie freno cohibuit (8) *illud reputans gratum altissimo et hominibus, virtuosum sibi ipsi salubriter posse deficere et nolle satisfacere voluntati.*

(*a*) L. *sic.* Z. etati.

---

(1) Cf. Prov. 3, 6.

(2) « Vita » sec. M.: Guda..... iurata dixit: quod ipsa b. Elis..... votum et actiones suas in deum dirigens, tam in rebus ludicris quam etiam seriosis. (fol. 73a). — H. 112. — D. 2012. B.

(3) Vita: Cum enim esset quinquennis et litteras omnino ignoraret, provolvit se frequenter ante altare, expandens coram se psalterium tamquam orans, et ex bone indolis presagio frequenter genuflexiones in secreto faciebat. M. fol. 73a, H. 112. — D. 2012. B.

(4) Se ipsam .... deosculabatur sec. « Vitam » M. fol. 73b. H. p. 112 praeter « cottidie », et portas .... inserebat. — D. 2012. C.

(5) Dum se pro victoria .... exhibebat, excerptum ex « Vita » M. fol. 73b., H. 112. — D. 2012. C.D.

(6) Ex vita M. fol. 73b ac eorum.... exhibebat decimam dabat pauperibus. H. 112. — D. 2012. D.

(7) Speciali .... liberalem sec. « Vitam ». — M. f. 74a, H. 112. — D. 2012, D. et 2013 A. Auctor addit, hunc morem in *Ungaria* viguisse. Etiam alibi viguit. — Idem M. f. 30b hoc fusius narrat: (Abbatissa) sicut moris esse solet, sorte candelarum unum ex apostolis patronum sibi eligere decrevit. Inscripsit ergo duodecim candelis nomina XII apostolorum altarique superponens triduanum ieiunium... indixit. Tertia vero die... ipsa... ad altare accessit, unam candelarum arripiens legit et nomen Matthie scriptum invenit. (In tractatu de Passione S. Matthie et reliquiarum eius depositione Treveris facta).

(8) Desideria .... cohibuit; excerptum ex « Vita » M. f. 74b, H. 113. — Ab his .... abstinebat. D. 2013. A.B.

Quantis claruerit virtutibus viro suo sociata (*a*).

De adolescente (*b*).

Deinde iuxta tempus legitimum facta viri potens ac de patris imperio (1) *landegravii predicti consortio sociata religionis zelum, cum quo ab infantie teneritate coaluit ex intimis non excussit, sed ipsam conspectior habitus devotiorem christo constituit temporali* (c) *gloria reddidit humilem et rerum habundantia continentem* (2). Orationibus etenim, quantumcumque sine debiti maritalis offensa poterat, constanter instabat et eterni sponsi consortium preferens temporali, ad orationem frequenter dormientis aut dissimulantis [fol. 152a] interdum viri latere devota surrexit (3) ac post orationem in aliqua camera per manus ancillarum aliquando verberata, ad mariti lectum letanter rediit (4), aut in tapeto coram lecto sub orationum suavitate dormivit (5). Multas noctes etiam absente viro (*d*) in orationum vigiliis et effusionibus lacrimarum duxit insomnes (6) humilitatis multe preterea se scuto circumdedit; plerumque etenim tam clari coniugii (*e*) et proprie dignitatis oblita, infirmorum pauperes lares tamquam quelibet burgensis humiliter visitavit (7), ipsorum interfuit sepulturis (8) et velut una de ancillis propriis ad indumenta chatecuminorum et pauperum ministeriis insudavit, ac ipsorum vestimenta plerumque manibus propriis consuebat (9). In rogationibus et predicationum stationibus induta laneis et nuda pedibus crucem domini subsequens semper inter pauperculas se locabat (10).

Missarum horis et presertim in oblatione sacrorum monilia et anulos et quemlibet ornatum corporis deponebat (11) ac in purificatione post partum etiam filiorum suorum completis diebus antiquis (*f*) legitimis (12)

(*a*) *Hic titulus ex* L. (*b*) *ex* Z. (*c*) L *sic* Z. temporalibus. (*d*) L. marito. (*e*) L. *sic* Z. conjugi. (*f*) L. diebus legitimis.

---

(1) Hoc concludit auctor ex *Epistola Magistri Conradi*... « confessor eius extiti, ipsam quaerulosam reperiens, quod aliquando fuerit coniugio copulata... » Wyss l. c. p. 82. H. p. 156. Cf. D. 2013 C. — Haec *Epistola* allegabitur deinceps: EC et quidem appositis locis editionum Wyss et Huyskens, de quibus supra p. 243, n. 3.

(2) Cfr. « Vita » M. f. 75a, H. 114 quod vidit eam... religiosam, humilem... caritativam et multum orationi intentam. — D. 2014. A.

(3) Orationibus .... surrexit. M. f. 77b H. 116. Item b. Elis... surgebat... dissimulante. — D. 2015. C.

(4) Ac post .... rediit M. f. 78a. H. 117. Item surgens fecit se... verberari et... rediit. — D. 2015 D.

(5) Aut in .... dormivit M. f. 77b. H. 116. Item propter... tapete. — D. 2015. D.

(6) Multas .... insomnes M. f. 78a. H. 117. Absente... marito in vigiliis... noctes deducebat. — D. 2016.

(7) Et proprie .... visitavit sec. M. f. 80b. H. 119. — D. 2017. A.

(8) Ipsorum interfuit sepulturis M. f. 79a. H. 118 exequiis eorum interfuit. — D. 2016 D.

(9) Et velut .... consuebat M. f. 79a. H. p. 118. Item... cum... ancillis... filabat, telam fieri faciens ad vestes fratrum minorum et pauperum... et cathechuminis... propriis manibus consuebat. — D. 2016. D.

(10) In rogationibus .... locabat M. f. 79a. H. 118. Item in rog.... locabat. — D. 2016. C.

(11) Missarum .... deponebat ex M. f. 78b. H. 117. Item consuevit in missa... deponendo. — D. 2016. B.

(12) Cf. Levit. 12, 2ss.

nudis pedibus et veste lanea, quam pauperibus rediens tribuebat, delatum puerulum super altare dominicum offerebat (1). Inter ipsas rerum affluentias etiam se tante continentie meta conti[fol. 152 b]nuit, ut nonnisi de iustis viri redditibus (*a*) et bonis legitimis in cibis et potibus uteretur adeo (*b*) prorsus ex raptu vivere renuens (*c*), ut persepe tam ipsa quam familiares sue; quas ad idem induxerat, multam proinde penuriam, cum hilaritate veruntamen maxima, paterentur. Et cum aliquando viro, qui maritalis complexionis zelo dissimulabat hec omnia, ad communes epulas considebat ut sine scandalis (*d*) convivarum continentie sue fructu tacita potiretur; in fractura panis et solo tactu (*e*) carnium fingens se velle comedere, discumbentium oculos dolo laudabili frequenter obduxit, cum tamen iuxta virum in mensa inter diversa et delicata cibaria fame libenter affligeretur et siti (2). *In ipsa potissime caritas, virtutum omnium magistra, prevaluit ac de quibusdam dotalitiis bonis suis multorum infirmorum et pauperum debitorum onera subtulit* (3); ac tempore cuiusdam generalis famis viro suo in Ytaliam ad cesaris curiam evocato omnem annonam de grangiis propriis studiose collectam in elymosinas pauperum erogavit (4) ac demum (*f*) ornamenta propria vendidit (5) et quotiens ipsa pauperibus tribuit, non ut ipsis ad gloriam, sed ut ad sustentationem ipsorum pretio fruerentur, orabat (6), reliquias mense sue manibus propriis distribuebat egenis (7). [fol. 153a] Et dum quadam vice modicum cerevisie, quam ministrabat pauperibus, remansisset in cado, in tantum aucta est elymosine quantitas cum devotionis augmento, ut postquam de ea pluribus contulit, nihil videbatur de cantario diminutum (8). Nec tamen ad caritatis officium rerum (*g*) extitit erogatione contenta, sed operam exhibens personalem sepissime pauperes et infirmos horrendos aspectu, sordes et plagas ipsorum tractans hilariter, velo capitis sui propriis manibus extergebat (9), et frequenter in

(*a*) L. *sic* Z. reddibus. (*b*) L. adeo prorsus ex rapto.
(*c*) L. *sic* Z. rennuens. (*d*) L. scandalo. (*e*) L. contactu.
(*f*) L. *sic*. Z. rogavit ac domum.
(*g*) L. *sic; add.* rerum. Z. officium extitit erogantie contenta.

(1) In purificatione .... offerebat M. f. 78b. H. 117. Item in pur.... consuevit. — D. 2016. C.

(2) Inter ipsas... et siti M. f. 76a, b. H. 115. Item dixit, quod... mag. precepit ei, ne uteretur bonis mariti... siti... affligebatur et fame. Cfr. M. f. 89a,... H. 129... non fuit permissa... uti... — D. 2014 C. D.

(3) Multorum infirmorum... subtulit. Cfr. M. f. 80a, 81a. H. 120 sibi... subtrahens erogaret D. 2014 D.

(4) Erogavit ac domum... ac tempore caristie... erogavit M. f. 80a. H. 119. Item... sustentabat. E. C. Wyss. 82. H. 156. — D. 2017 B.

(5) Demum vendidit M. f. 80b... H. 119 vendens... ornamenta sua in alimoniam eorum D. 2017 C.

(6) Et quotiens... orabat M. f. 81b,... H. 120 et quando... dicens: Nolo, ut utamini ad voluptatem, sed vendatis pro vestra necessitate et fortiter laboretis. — D. 2018 B.

(7) Reliquias... egenis... M. f. 81b.... H. 120. Hec omnia propriis manibus letanter distribuit. — D. 2018 B.

(8) Et dum... diminutum... M. f. 81a,b... H. 120 quibus cum quadam die... fuerat. — D. 2018 A.

(9) Nec tamen... extergebat... M. f. 80b... H. 119 hilariter manibus tractans... infirmorum. — D. 2024 A. H. 157. Cfr. E. C. Wyss. 82.

cena domini, dum mandatum impleret, leprosorum pedibus provoluta, quos lavit, loca magis ulcerosa et horrenda deosculabatur humiliter, ac eis verborum et rerum consolationem exhibens, ipsos in patientie gratia devotissime roborabat (1).

Quanta mala passa sit post obitum viri sui. (ex Z.)

Beata Helisabeth virtutibus aliis patientie decus adiciens, post obitum viri sui (2) quorundam vasallorum suorum nequitia, castro et possessionibus omnibus dotalitii sui etiam destituta in tribulationibus hylaris et in angustiis dilatata compulsa est per oppidanorum tuguria tanta mendicitate vagari, ut aliquando, quo cum parvulis suis filiis posset divertere, diversorium non haberet. Nec compatientem sibi verbo solum modo poterat aliquem invenire, cuius relevaret [fol. 153b] in aliquo compassio propriam passionem; *et tamen persecutiones et contumelias hominum non tam sustinuit patiens, quam optavit exultans* (3) (*a*), eisdem natis suis deinde ad aliorum alimonias destinatis, quod ad necessariam sustentationem sui sibi divina provisio (*b*) contulit, pro maiori parte pauperibus erogavit (4). *Sed et patientie tante constantiam, quamquam virtuti* (*c*) *probabili, necessario tamen miraculo non oportet ascribi. Aderat etenim in angustiis suis sibi promptus et efficax consolator dominus Iesus Christus, quem rapta frequenter in spiritu* (*d*) cum tanta mentis et vultus hilaritate perspexit, ut inter medias tribulationum (*e*) lacrimas continere risum pre nimia iocunditate non posset. Et cum sibi forsan ad horam visionis gratam (*f*), se gratia subtrahebat, clausis oculis, quos apertos visione durante tenuerat, in lacrimarum fluvium subito reducta apertos oculos (*g*) iterum dum visionis prime laetitie redderetur, tandem cum diutius (*h*) tacuisset, aliquando subito quasi loquenti domino responderet, in hec verba prorupit: Ita domine, tu vis mecum et ego tecum, numquam volo a te separari (5).

(*a*) L. vel isdem. (*b*) L. *sic.* Z. promissio. (*c*) L. *sic.* Z. virtutum.
(*d*) L. *et* Z. in spiritum. (*e*) L. tribulationum suarum.
(*f*) L. grate se. (*g*) L. apertis oculis.
(*h*) L. et Z. divicils, *sed legendum* diutius. (*cf.* H. *122.* diu).

(1) Et frequenter... roborabat... H. f. 82a,... H. 120. Item in cena domini collegit multos leprosos, eorum pedes lavans et manus, ipsa loca magis ulcerosa et horrenda deosculabatur, humillime pedibus eorum provoluta etc. — D. 2018 D.

(2) Ludovicus obiit 11 Septembris 1227 Hydrunti (Otranti), Apuliae civitate.

(3) Beata Helisabeth... exultans... M. f. 82b, 83a,. . H. 121, 122 post mortem... mariti eiecta fuit de castro et omnibus possessionibus suis dotalitii a... vasallis mariti sui, fratre ipsius... adhuc vivente existente... Ipsa... intravit pauperem domum,... in qua iacuerant porci eius, ubi fuit .. in multa iocunditate;... media nocte ibat ad fratres minores... petens... ut decantarent: « Te deum laudamus »; gaudens et gratias agens domino de sua tribulatione... cum nullus... auderet eam colligere hospitio... nesciebat, quo diverteret, aut ubi reclinaret capita puerorum. (Hoc testimonium pro eiectione magni momenti est propter suam antiquitatem). — D. 2019 A et B.

(4) Eisdem natis... erogavit... M. f. 83a,b... H. 122 inopia cogente ad diversa loca... parvulos misit, ut ibi alerentur; et id minimum, quod habuit, ori suo subtractum pauperibus impendit. — D. 2019 D.

(5) Cum tanta... separari... (Sed et praecedentia auctor quoad sensum desumpsit ex Vita. (l. c.))... M. f. 83b, 84a,... H. 122, 123. Quadam... die in quadragesima 8 Februarii... 25 Martii 1228, H.... cui ego respondi, sicut supradictum est. — D. 2020 A et B.

A quo ut aliquo modo seiungi cuiuslibet fraudis humane consilio non valeret, virginitatis amisse desiderans restaurare stipendia, vivente [fol. 154 a] et consentiente landegravio viro suo in manibus fratris Conradi de Marpurch (*a*), salvo iure coniugii obedientiam faciens firmiter repromisit, quod perpetuam continentiam observaret, si ipsam superesse viro contingeret morituro (1). Quam processu temporis postmodum tante constantie studiis observavit, ut cum post mariti decessum ad secundum transire coniugium a consanguineis suis, apud quos summa penuria cogente diverterat, cogeretur, per detruncationem membrorum suorum in se ipsam prius desevire disposuit, quam continentiam violaret (2). Obedientie promisse iudicio cum tanta devotione se subdidit, ut nonnumquam propter levis transgressionis offensam a fratre Conrado iam dicto durissima verbera libentissime sustineret (3). Sub falsa spe deinde recuperandarum dotum suarum in Turingam (*b*) per quosdam nobiles regionis *ad affinium contumelias potius, quam ad propria iura reducta*, tandiu in mendicitate priori sub pristina patientia cum alacritate permansit, donec ad mandatum (*c*) fratris Conradi prefati fratrum minorum habitum griseum induens aput Marpurch in totum *et publice* se vite secularis illecebris abdicavit, ubi fere duo milia marcarum, quas de dotibus suis cum multa difficul[fol. 154 b]tate rehabuit (4), et quidquid in muliebribus ornamentis de domo patris acceperat, ad usum pauperum, hospitali fundato, discrete distribuit, *prout se devotionis et temporum oportunitas ingerebat* (5).

Et ut successione tam nobilis novitatis veterem hominem prorsus exueret (6), contemptum temporalium omnium et etiam filiorum a domino in ipsius nature preiudicium impetravit (7). Nullum preterea retinens de priori conversatione vestigium ad mandatum fratris eiusdem a se familiares pedissequas non sine valida (*d*) cordis augustia separavit, ut in totum se prioris vite memorie et cuilibet humano solatio se redderet peregrinam (8) in hospitali prefato se passim pauperibus omnibus obsequiosam exibuit; cibos (*e*) lectos et balnea manibus propriis prepa-

(*a*) L. *sic.* Z. Marchpurch. (*b*) L. Turingiam.
(*c*) Z. *om.* ad mandatum, *ut habeat:* donec fratris Conradi praefati ord. f. m. habitum etc.
(*d*) L. *sic.* Z. validi. (*e*) L. *add.* et.

(1) Virginitatis... stipendia... EC Wyss, 32... H. 156 querulosam reperiens, quod in virginali flore non poterat presentem vitam terminare... vivente et consentiente... morituro... M. f. 75b,... H. 114, 115. Item dixit, quod... fecit mag. Chunrado... mortuo marito suo... — D. 2014 B.

(2) Quam processu... violaret... M. f. 84b, 85a... H. 123, 124 hec abbatissa de Kitzingen... duxit... deformiter mutilatam... — D. 2020 D et 2021 A.

(3) Obedientie... sustineret... M. f. 87a... H. 127 multa verbera... domini... EC Wyss, p. 33, H. 1595 gravissime castigavi. — D. 2017 B et 2028 C.

(4) Sub falsa... rehabuit... M. f. 85b,... H. 125. Postea cum vasallis... congregatis erogaret... EC Wyss, 33,... H. 157... — D. 2021 C.

(5) Et quidquid... ingerebat... M. f. 87b, 88a,... H. 127, 128, ubi ab Elisabeth ancilla et ab Irmingardi hospitale commemoratur. EC Wyss, 33, H. 158. — D. 2022 A. (6) Cf. Eph. 4, 22 seqq.

(7) Contemptum... impetravit... M. f. 86a,... H. 126 supplicavit... reputo. — D. 2022. C et D.

(8) Nullum... peregrinam... M. f. 86b,... H. 126 singulos de familia... soli deo adhaerere... EC Wyss, 33,... H. 158... omnem superfluam ei amputans familiam etc. — D. 2023.

rabat infirmis; illis ministrando libentius, quos horribiliores aliis vel ulcerum sanies vel quecumque deformitas corporis faciebat (1). Ac demum obsequiorum huiusmodi sedulitate cessante, ne vel otiaretur in corpore, vel in spiritu vagaretur, lanam filandam ab aliis, mercede conventa, recepit interdum, ut ad sustentationem sui (*a*) elymosina aliorum opere pretio frueretur (2) tantumque sibi complacuit patientia paupertatis, ut ad natale solum per solemnes patris [fol. 155a] nuntios, qui ipsam nentem, lanam filantem ammirantes reppererant, revocata ad patriam et patrem regredi non curaret (3).

O quam celeberrimum etatis nostre miraculum, eternis memorandum annalibus, quod muliebris sexus infirmitas inflexibilis nature duritiam potuit emollire. Nec tamen in beata Helisabeth caruit ista virtus prudentia (4), *que naturalium filiorum mater esse didicit* (*b*) *ut patris eterni filia redderetur que regis unius haberi filia noluit* (*c*) *temporalis, ut perpetua mater existeret plurimorum, que generationis proprie patriam respuit, ut patrem et patriam regenerationis haberet. Sed cur virtutis tante constantiam homo miraris in muliere* (*d*) *quam sancte repromissionis adeptio viventem et adhuc inter homines etiam conversantem reddidit virtuosam? Adepta namque iam fuerat pro pugna victoriam* (*e*) *et pro triumpho coronam* (*f*), *dum familiaritatem in ipsa divine potentie manifesta miracula demonstrabant.*

Contigit etenim quadam vice, quod dum quoddam (*g*) monasterium iuvenis quidam comptus et enceniatus accederet, ac (*h*) a domina supradicta de vanitate gestus et vestium redargutus orationum suarum pro conversione sui devota suffragia reportasset, orans ipse similiter in remotis, [fol. 155b] exauditam beatam Helisabeth a domino continuo et manifeste perpendit (*i*), dum angustia spiritus ex nimii (*j*) fervore caloris accensus, ac in universalem sudorem corporis resolutus, et brachia et totum corpus huc (*k*) et illuc tamquam demens proiiciens, audientibus et videntibus multis alta voce clamavit quod (*l*) nondum venerit hora eius; nisi beata Helisabeth ab oratione desisteret, totus videbatur igne consumi, adeo quod contactum membrorum suorum contingentium manus pre nimio calore non poterant tolerare. Anno deinde sequenti post obitum beate Elisabeth, iuvenis supradictus vitam et habitum fratrum minorum induit et similia contigisse de multis multorum testimonia vera testantur (5). Que-

(*a*) L. *add.* et. (*b*) L. didicit. Z. de *ante didicit delevit*.
(*c*) L. *sic.* Z. voluit. (*d*) L. *sic.* Z. homine. (*e*) L. *sic.* Z. victoria.
(*f*) L. *sic.* Z. coronam; *sed postea* m *deletum.* (*g*) L. *sic.* Z. quodam.
(*h*) L. *sic.* Z. *om.* ac. (*i*) Z. perpensit.
(*j*) L. et eximii; *ubi per rasuram* n *deletum est.* (*k*) L. huc illucque.
(*l*) L. *add.* enim. Z. *post* quod *vacuum spatium relinquit.*

(1) In hospitali... faciebat, ex dictis Elisabethe ancille et Irmingardis M. f. 87b, 88a,... H. 127, 128... EC Wyss, 33,... H. 158 cfr. item M. f. 81a,... H. 119 inter quos... magis sordidos,.. specialius dilexit. — D. 2024 A et B, 2027 A et B.

(2) Ac demum... frueretur... M. f. 88a,b... H. 129. — D. 2028 A.

(3) Tantumque... curaret... M. f. 89b 90a,... H. 130 Accidit autem... ad terram nativitatis rediret. — D. 2028 B.

(4) Nec... caruit... prudentia,... Cfr. M. f. 95b,... H. 136. — D. 2029 C.

(5) Contigit... vera testantur... M. f. 90b-91b,.. H. 130-132. Item Elisabeth... accidebat... Cfr. Huyskens, 131, 1a. — Monasterium, in quo hoc mirum factum est, vocatur in « Vita » Werde, sed cum H. multi asserunt, falso scriptum esse loco « Wetter » prope Marburg (ibid. 1b). Sec. Wenck Wehrda prope Marburg. — D. 2024 D — 2025 A.

dam preterea iuvenis speciosa, cuius conceptam devotionem a domino species capillorum potissime retrahebat, ad orationes beate Helisabeth capillis quodam fortuito, licet laudabili, casu truncatis, sororum habitum griseum compuncta continuo in consortium eius assumpsit (1). Quedam etiam paupercula mulier beneficiorum multorum, que a beata Helisabeth in partu suo receperat, prorsus ingrata, infantulo suo miserabiliter derelicto et cum viro a domo, in qua ipsam dominam prefatam locaverat, furtive discedens, ad supplicationes ipsius velut facta marmorea, pedes in fuga (*a*) continuit; nec ultra cum viro procedere potuit fu[fol. 156a]gitiva priusquam se sancte (*b*) conspectui presentavit, que tantam ingratitudinem ammirata, licet fugientem rebus omnibus, quas beata Elisabeth sibi donaverat, iustitia secularis iudicaret indignam, ipsam verumtamen collatis munusculis aliis expertem humanitatis proprie relinquere noluit etiam post delictum (2).

De cantu avis in obitu beate Elisabeth (*c*).

Non oportebat hanc igitur, que cum tanta sollicitudine posuerat manum ad aratrum (3), *retro respicere nec comprehensum victorie bravium animi* (*d*) *levitate proiicere, sed ad desiderate beatitudinis gratiam propensius* (*e*) *aspirare, quam et eidem insignis vite presagia manifeste promiserant et gloriose mortis indicia visibiliter demonstraverunt.* Dum enim parata decenter ad ultimas nuptias properaret, in specie cuiusdam avicule celestis sponsi cum tanta letitia presensit (*f*) occursum, ut ad cantum eiusdem avicule inter ipsa vite novissima dulcissime canere cogeretur, in eiusdem infirmitatis extreme decubitu in tantum propter expectationis beatissime gaudium exultabat, quod nullum sustinuit dolorem in membris, sed velut in sompni quiete absque qualibet angustia spiritus in domino suaviter obdormivit (4). Corpus quatriduane post obitum nullius fetoris fastidia prebuit, sed odoris aromatici potius [fol. 156b] flamina ministravit (5). Concurrentium populorum tanta fuit in eius morte compunctio, ut quicumque nedum de corpore vel capillis,

(*a*) Z. in fugam. (*b*) L. *add.* Elisabeth. (*c*) *Titulus ex* L.
(*d*) L. *sic* Z. anni. (*e*) L. *sic* Z. propensuis. (*f*) L. *sic* Z. presumsisset.

(1) Quedam ... iuvenis ... assumpsit ... M. f. 91b, 92a, .. H. p. 132, 133 et casu quodam iuvenoula, Hildegundis nomine, ... habitu religionis assumpto. — D. 2025 B-D.

(2) Quedam ... paupercula ... post delictum ... M. f. 93a ... 95a, .. H. 133-135. Item Elisabeth ... recessit secundum. H. l. c. 133. 1a. Etiam hoc miraculum contigit Wetter, non Werde, ut « Vita » habet, cum vicus iste iudicem civitatis, quem Elis. ad se vocari iussisset, non haberet. — D. 2026 A — 2027 A.

(3) Cf. Luc. 9, 62.

(4) Dum enim parata decenter ... obdormivit ... M. f. 97b, 98a, ... H. p. 138, 139. Prefata namque Elisabeth ... ante mortem eius; ... Et talia loquens, iocundissima fuit, ... non ... sentio ... infirmitatem ... Et dixit, quod tota die ... proxima ante obitum, devotissima fuit et ... quasi, dormiens ... exspiravit ... E. C. Wyss, p. 84, .. H. p. 160 ... voces suavissime ... audiebantur. Deinde ... quasi suaviter obdormiendo expiravit. — D. 2031 A-D.

(5) Corpus ... ministravit ... M. f. 98b, ... H. 139 Et licet ... habebat. E. C. Wyss, 85, ... H. 160 Unde populi devotione ... valde bene redolebat. — D. 2032.

sed de vestibus eius aliquid modicum posset abripere, publice vel furtive in thesauro reliquiarum absconderet (1), *sicque quod sanctorum foret ascribenda catalogis* (*a*) *convenientium turba manifestis indiciis presignavit.*

In loco preterea transgressionis corporis gloriosi quedam avicule quasi mortis exequias modulatis vocibus iocundissime decantantes, diutissime constiterunt, quod ibidem numquam ab aliquo, nisi tunc temporis, ante vel postea visum fuit (2). *Sed licet viventis eiusdem meritum et habitus morientis certa nobis glorificationis et beatitudinis documenta monstrarentur, ad eruendam tamen in totum mentis nostre caliginem divina potentia virtutes ampliavit in numero et miracula postmodum clarificavit in signis, dum post mortem* (*b*) *beatissime Elisabeth vitam restituit mortuis, lumen cecis, virtutem debilibus, sanitatem infirmis.*

Duos etenim iuvenes et puellam unam biennem diversis temporibus aquarum gurgitibus miserabili casu facientes (*c*) submersos, in quibus nullum omnino spiraculum vite remanserat, ad invocationem sanctissimi (*d*) antedicti corporis misericordia salvatoris, desperatis de filiorum vita parentibus, sanitati [fol. 157a] reddidit et saluti (3).

Memorandum (*e*) preterea miraculum aliud de quodam viro robusto submerso et in arte nandi perito, tele presentis hystorie laudabiliter inseramus; qui cum apud Wisbaden prope Maguntiam in balneo quodam utcumque profundo pauperem quendam, qui beate Elisabeth meritis receperat visum, ut dicebat, contemptibiliter aquam in faciem eius spargens, temerarius offendisset, imprecationibus pauperis non attentis, qui ad vindictam sui sanctam Elisabeth, que (*f*) sibi gratiam fecerat, invocaverat, in aquam lascive se mittens mergi cepit, viribus penitus destitutus, ita quod signo crucis se signare non poterat, nisi tantummodo pollice circa pectus, et sic ad profundum lapsus est, credens se quasi gladio interemptum. Post magnam deinde moram mortuus extractus de balneo et super terram depositus ac delatus ad domum, ut exequie mortuo pararentur, ad invocationem gloriosi corporis subito spiritum recepit et vitam. O mira potentie divine discretio, que simul et semel manifesto miraculo concepte beatitudinis clarificavit gloriam et punivit iusto iudicio contemptorem (4).

Quendam etiam puerum sex mensibus trino maiorem, quem mater infirmum in domo reliquerat et paulo post mortuum, cum rediret, in-

(*a*) Z. decalogis. (*b*) Z. moretem.
(*c*) L. casu submersos. (*d*) L. *sic*. Z. sanctissime.
(*e*) L. *om*. Memorandum — contemptorem. (*f*) Z. qui.

(1) Concurrentium ... reliquiarum absconderet ... M f. 98b... H. 139. Indutum autem tunica ... pro reliquiis ... servabant sibi. — D l. c.

(2) In loco ... visum fuit ... M. f. 99a,... H. 139 Cum ... vigilie dicerentur, abbatissa de Wetere ... audivit aviculas ... decantantes ... et vidit ... in cacumine ecclesie plurimas congregatas, quasi mortis exequias cantantes. — D. 2032 A.

(3) Resuscitati illi sunt 1) Wighardi de Medebeche (Medebach, Westfaliae) filius Gotfridus, in puteum delapsus Rel. 1. H. 171 N. 10. Cf. etiam Rel. II. Ord. II. N. 5. H. p. 263. 24 Iunii 1232. — 2) Heinricus de Huchelnheim (= Heuchelheim in magno Ducatu Hassiae), (Acta 1234) Rel. II. H. 259, N. 21. — 3) Puella resuscitata est Isendrudis de Zeppenvelt, Westfaliae. c. 25 Aprilis 1232. Rel. I. H. 196, N. 47. Cf. etiam Rel. II Ord. II. N. 19. H. 265.

(4) « Fridericus Flasche de Wisebaden (= Wiesbaden, Hassiae-Nassoviae), 28 Iunii 1232 Rel. I., H. 198, N. 49... Cf. etiam Rel. II. Ord. II. N. 20. H. 265.

venit, dum post aliquarum horarum spatium desperata de filio, sibi mortis obsequias prepararet, inspirata (*a*) divinitus beate Elisabeth suffragiis [fol. 157b] invocatis, subito arteriarum pulsus primum indicium vite reddite demonstravit. Et cum postmodum aliquandiu loqui pre nimia debilitate non posset, tandem in hec verba prorupit: Ubi sum, dilecta? Nec tamen matrem, quam adhuc in terra semivivus iacens non noverat, sed illam dilectam merito nominabat, cuius suffragiis de mortis extiterat faucibus liberatus (1).

Cum (*b*) quedam preterea mulier geminos, marem et feminam, concepisset, in lucem producta congemina, mater in partu gravata residui, assistentium obstetricum opem et operam invocavit, que dum ex mortificatione et nigredine partis emisse mortificatum totum corpus residuum non iniuste praesumerent, per extractionem fetus inferre nature violentiam verebantur, cum frequentissime matribus mortis consueverat imminere periculum, quae mortuos enituntur. Victe tamen per parientis instantiam obstetrices extra nature claustrum puerulum mortuum eduxerunt, que velut frigidum et nigrefactum in parte tamquam cadaver aliud exponentes, omnipotentia salvatoris per intercessionem beate Elisabeth matris et aliorum supplicationibus suppliciter postulatam, tamdiu vite spiritum puerulo misericorditer mutuavit, dum in eo fonte loco baptismatis originalis peccati cyrographum deleretur. Hec fuit ineffabilis vere provisio redemptoris, que per unius beneficii gratiam matrem a morte temporali preripuit et filium ab eterna, quem ut ex regeneratione baptismatis servaret [fol. 158a] ad gratiam, ex generatione nature produxit ad lucem (2).

Ad invocationem glorificati corporis etiam celestis provisio duos propter diversa facinora diversis temporibus iudiciali sententia laqueo suspensionis extinctos non tam a mortis eripuit nexibus, quam mortis turpitudine liberavit (3). Nec tamen propterea quicquam de divina iustitia per misericordiam credat aliquis fore detractum. Plerumque etenim in obliquum clave iudicii, nequitia iudicum vel errore distorta, publice severitatis iustitia condempnat innoxios et absolvit iniustos, quod postmodum infallibilis veritas non tam misericorditer detegit, quam iuste demonstrat. Et licet ad honorem et gloriam beatissimi corporis satisforent (*c*) hec omnia, sempiterna relatione dignissima, ad clarificandam tamen undique mentis humane caliginem, cecis natis dati sunt oculi, cecatis ex post facto, (*d*) redditi et reformati sunt, veteres deformatis.

Multorum (*e*) etenim oculis, probate fidei et opinionis electe, visus est videns puer, nomine Theodericus (4), maguntine diocisis, qui a die nativitatis (*f*) suae per quinquennium sic in totum, nedum visus officio, sed loculis etiam caruit oculorum, ut ipsorum in ipso nullum videretur indicium, nec possent aliquo modo palpebre designari: sed circa partem illam, ubi natura consueverat formare oculos, pellis lenis et integra,

(*a*) L. *sic*. Z. inspirato.
(*b*) L. *om*. Cum — lucem.
(*c*) L. *sic*. Z. satisforet.
(*d*) L. sunt redditi.
(*e*) L. om. Multorum — reservaret.
(*f*) Z. nativitis.

(1) Wezzelinus, filius Lutrudis de Rudene, (Röddenau, Hassiae-Nassoviae). c. 25 Iulii 1232. Rel. I. H. 168, N. 7. Cf. etiam Rel. II. Ord. II N. 4. H. 263.
(2) Mehthildis de Langengunsne (= pagus Langgöns, in magno Ducatu Hassiae) . . . Rel. I. H. 174, n. 13; — Continetur etiam in II. Rel. Ordine II. n. 7. H. 264.
(3) Cf. p. 261 not. 1.
(4) L. c. n. 2.

sicut in qualibet alia parte corporis videbatur. Processu deinde temporis, dum fama continue miraculorum excresceret et veritas appareret, in die parasceve, [fol. 158b] cum ad tumulum beate Elisabeth misericordiam domini suppliciter imploramus, subito in predicatione verbi dei, que fiebat ibidem, quasi cultello scissa cutis apparuit et in circuitu formula ad similitudinem palpebrarum et continens minimos oculos et ipsorum aciem primitus turbulentam; mater autem eiusdem de terra sepulchri oculos filii plane linivit et sic claro et videnti miraculo rehabuit visum clarum et integrum cecus natus (1). *O incomprensibilis sapientie divine mysterium, que propterea voluit, quod hominis natura perfectione deficeret, ut glorificandam gloriam glorificati corporis supplementum defectus eiusdem congruo tempori* (*a*) *reservaret* (2).

Multos etiam, quos humane conditionis infirmitas improvisis membrorum (*b*) *casibus, vel in totum privaverat utrisque luminibus, vel altero deformaverat, aut aliquorum oculos apertos et integros inutiles reddidit ad videndum per intercessionem beate Elisabeth, misericordia salvatoris, ad perfecte lucis revocavit officium et reformavit ad formam* (3). *Erubescant igitur miseri merito naturales, confundatur illorum philosophorum prava sententia, qui dum nature virtuti totum, quidquid in orbe creatur, attribuunt, omnipotentiam minuunt creatoris, qui nature naturantis imperium velut tunice pallium nature subiiciunt naturare* (*c*) (4). *Ha* (*d*) *beata Elisabeth in quantum nostris temporibus opportuna venisti, egregiis ornata virtutibus, quibus et fidem nostram potenter extolleres et adversariorum nostrorum* (*e*) *perfidiam viriliter debellares. — Sed nec* [fol. 159a] *pretermittenda sunt alia, quibus corporis beati* (*f*) *memoriam celestis auctoritas mirifice decoravit. Multi etenim epilentici et ex infirmitate caduci, quos vel incurabiles* (*g*) *morborum qualitas fecerat vel diversitas temporis desperatos, ad solam invocationem sancte Elisabeth preter omnis humane medicine remedia visibiliter sunt curati* (5).

Inter quos quidam monachus epilenticus, dum ad mandatum beate Elisabeth, quam vestimentis albis indutam in visione sompni bis viderat,

(*a*) Z. *prius* tempore, *sed pro* e: i *substitutum*. (*b*) L. *sic*. Z. membrum. (*c*) L. naturate (*per rasuram*). (*d*) L. Ho. (*e*) L. *om*. nostrorum. (*f*) Z. beate. (*g*) L. *sic*. Z. *prius* incurabilis. *sed substituit* incurabiles.

(1) Hartmannus de Grunebecke, (= Grünebecke, Westfaliae) Rel. II. H. 255. n. 17». — Alter erat Johannes de Wolfhagen, Moguntine dioecesis. (Hassiae-Nassoviae). 21 Dec. 1234. H. 255, n. 18.

(2) Theod., filius Isendrudis de Slizzenrod (= Schletzenrod, Hassiae-Nassoviae) caecus natus curatus 8 Aprilis 1232, H. 161, n. 1. — Continetur in Rel. II. Ordine II No 11. H. 264.

(3) Conferatur: H. 169, n. 8. — 179, n. 21. — 182, n. 26. — 190, n. 37. — 191, n. 38. — 196, n. 46. — 199, n. 50. — 205, n. 57. — 206, n. 60. — 217, n. 76. — 224, n. 84. — 225, n. 85. — 227, n. 88. — 228, n. 91. — 231, n. 96. — 233, n. 99, 100. — 238, n. 105. — 248, n. 6. — 252, n. 14. — 254, n. 16. — 259, n. 22. — Auctor omnia haec miracula omisit, quia ex tam grandi copia, quae eligeret, nesciebat.

(4) Nihil novi sub luna! — In «tenebrosis» illis temporibus iamiam erant, qui naturae viribus omnia tribuebant, immo etiam ipsa miracula «naturaliter» explicabant.

(5) Cfr. H. 180, n. 23. — 181, n. 24. — 186, n. 32. — 188, n. 35. — 189, n. 36. — 193, n. 41. — 194, n. 43. — 202, n. 53. — 218, n. 77. — 221, n. 81. — 247, n. 4.

ut dicebat, representare se (a) beatissimo corpori cum imagine cerea devote venisset, sanitati pristine foret (b) restitutus, et implere votum sine abbatis licentia, metuens (c) monasticam offendere regulam, retardaret; denuo propter voti contemptum in infirmitatem (d) incidit, qua (e) ipsum voti devotio liberaret. Et sic dum ad mandatum abbatis, qui de visione prius fuerat incredulus, cum aliquibus sociis suis iter arriperat, ut votum impleret, priusquam ad locum predestinatum accederet perfecte (f) videntibus sociis, extitit liberatus. Sicque simul divina provisio per eventum et vota complenda perdocuit, et fidem habendam visionis miraculo demonstravit (1).

Ad perfectissimam igitur fidem corporis gloriosi inestimabilium virtutum, quam vite redditi mortui (g) *testantur, nihilominus de visibili veritate ceci testimonium perhibent, caduci consurgunt et* (h) *claudi, contracti ac alias elisi celeritate concurrunt, quorum quia fere infinitus est numerus, singulorum* [fol. 159 a] *convalescentium describere nomina et miraculorum circumstantias denotare, laboriosum scribentis fuisset ingenio, legentibus tediosum* (i) *et audientium auribus onerosum. Quedam tamen, que notabiliora pre ceteris et accidentia faciunt et eventus, tele presentis ystorie laudabiliter inserantur* (2).

Quidam etenim monachus Cysterciensis ordinis, dum duobus annis et amplius in uno crure continue egrotasset, ita quod multa in eodem habebat foramina, de quibus humor indesinenter effluens (j) incurabilem morbum reddiderat consiliis medicorum. Tandem cum in mandatis a summo pontifice recepisset, ut ad examinanda miracula sancte Elisabeth cum archiepiscopo maguntino Marpurch personaliter se conferret, accedens ad locum, et visis et auditis miraculis, que ad invocationem (k) eiusdem facta continuo dicebantur, spe recipiende sanitatis in fidei fervorem accensus, orans perrexit ad tumulum, ut propter gratiam a domino sibi collatam in terris et gloriam, quam habere crederetur in celis, sanitatem impetraret eidem, dummodo hoc ipsum divine contrarium non existeret voluntati. Reversusque continuo ad collegam et ligaturis cruris abiectis, infra modicum spatium totaliter extitit liberatus (3).

(a) Z. se cum, *sed* cum *postea deletum*. (b) L. foret pristine.
(c) L. et ne monasticam offenderet regulam.
(d) L. *sic*. Z. infirimitatem. (e) L. *sic*. Z. quia.
(f) L. *sic*. Z. perfecto *superscriptum* e, *quod a scriptore in ipso textu positum est*. (g) L. mortui protestantur. Z. mortuo testantur.
(h) L. *om*. et. (i) L. *et* Z. tedium. (j) L. defluens.
(k) L. *sic*. Z. ad vocationem.

---

(1) Monachus, Heinricus, ex Roremunde (= Roermond Hollandiae) professus in coenobio Amelungesburnen, (Amelunxborn, Brunsgoviae, fund. 1135) Cist. Ord., epilempsie morbo per totam hiemem ab anno ... 1233 ... graviter ... vexabatur, etc. H. 248, n. 1, ex Rel. II.

(2) Auctor aliqua ex multis hujus generis miraculis excerpsit Cfr. H. l. c. p. 165, n. 4. — 166, n. 5. — 172, n. 12. — 175, n. 15. — 178, n. 20. — 183, n. 28. — 182, n. 29. — 187, n. 33. — 188, n. 34. — 193, n. 42. — 194, n. 44. — 197, n. 48. — 200, n. 51. — 203, n. 55, 56. — 205, n. 58. — 206, n. 59. — 207, n. 61, 62. — 209, n. 64, 65. — 213, n. 68. — 214, n. 69. — 219, n. 79. — 222, n. 82. — 227, n. 89. — 228, n. 90. — 229, n. 93. — 232, n. 98. — 234, n. 101. — 247, n. 5. — 249, n. 8. — 250, n. 9, 10, 11.

(3) Frater Rimundus, abbas in Eberbach .... Moguntine diocesis, H. 246, n. 1, (37).

Ditricus (*a*) quidam traiectensis dyocisis, dum pro recuperanda sanitate brachii, quod casu fortuito contractum habuerat, limina beate Elisabeth aliquoties adiisset [fol. 160a] et nihilominus cum instantia orare (*b*) non cessaret, dum in itinere apud quandam silvam, que Steterwalt dicitur, senem quendam obvium (*c*) habuisset, postquam seni itineris sui causam exposuit: Transi fiducialiter, inquit senex, quia sine dubietate curaberis, si meo consilio manum debilem ad caput sepulchri sub capite miseris, quantoque profundius ipsam demerseris, tanto velocius recipies sanitatem. Adiecit etiam, stultos esse, qui proiectis oblationibus statim de loco recedunt, cum hoc ipsum sanctis complaceat, ut cum expectatione et perseverantia ipsorum suffragia postulentur (*d*). Et hoc dicto statim ab oculis eius evanuit; sed patiens secum sermonis fiduciam retulit et salutis effectum invenit (1).

Quidam etiam alius dei famulus beate Elisabeth, dum viveret, religiosa familiaritate devotus, conversus existens in quodam monasterio de Reinarburne (*e*), dum ratione officii sui in molendino maneret, lapis molaris casualiter manum eius comprehendens, carnem interius et exterius auferens, ossa comminuens, nervos conterens, sic ex toto contrivit, ut abinde manus officio penitus privaretur; et dum pro doloris instantia dormire non posset, vigilanti sibi beata Elisabeth cum magna claritate comparuit, apprehensaque manu et (*f*) lesionis loco tractato, sanitatem patienti continuo et verbo promisit et facto persolvit; factoque diluculo fratribus sanus (*g*) narravit miraculi seriem, et ostendit effectum (2).

Quidam preterea, nomine [fol. 160b] Ditricus (*h*), qui fere tribus annis claudus extiterat, et ad sepulchrum beate Elisabeth cum baculis claudus accessit, relictis ibidem baculis, permutatione gratissima, domum convalescentie gratiam reportavit (*i*) (3).

Quandam preterea viduam, mulierem Treuerensis diocesis, suasione diaboli pravitatis heretice tabe pollutam ac deinde infirmitatem adeo validam incidentem, ut ex polipo sibi nasi periculum immineret; invocatio (*j*) gloriosissimi corporis et (*k*) salubrem penitentiam de errore, et de languore ad desideratam convalescentiam revocavit. Sicque geminato miraculo potentia salvatoris vitiosam et languidam et a morbo corporis et ab omni vitio liberavit (4).

(*a*) L. Dietricus etiam quidam Traiecensis. (*b*) L. *sic*. Z. *om*. orare.
(*c*) L. *sic* Z. ouium.
(*d*) L. *sic*. Z. postulantur *postea correctum:* postulantur *ex* postulentur.
(*e*) L. Reinerbrunne. (*f*) L. eius *pro* et.
(*g*) L. *add*. factus. (*h*) L. Ditericus
(*i*) L. *sic*. Z. repatriavit. (*j*) L. *sic*. Z. invocato. (*k*) L. *add*. ad.

---

(1) Dietericus .. fossor de diocesi Trajectensi (Utrecht) etc. usum .. manus (dexterae) perdidit a 11 Apr. — 24-5 Iun. 1232. .. H. 258, n. 15.

(2) Volcmarus conversus de Reinnersburne (Reinhardsbrunn in Coburg-Gotha), c. 19 Januarii 1234. H. 261, n. 24.

(3) Dictericus de Geilenhusen (Gelnhausen Hass.-Nassov.) oriundus de Amene (= pagus Amönau, ap. Wetter prope Marburg) et.... 8 Apr. 1233. H. 250. n. 9.

(4) Guta de Densenrode (= Denzerhaid, Hassiae-Nassoviae) erat de secta pauperum de Lugduno. H. 174, n. 14.

Mulier (a) etiam alia, que preter alias et diversas infirmitates corporis dorsi gibbo (b) et struma pectoris laborabat, ad tumulum beate Elisabeth parentum suffragio et fide delata, uno et eodem salutari remedio ab infirmitatibus omnibus extitit liberata (1).

Cuidam preterea pauperi seni, qui pane in sudore vultus sui et manuum suarum laboribus vescebatur, in paralysim miserabili casu dilapso, dum invocatio beatissimi corporis repente restituit integram sanitatem, ipsum glorioso beneficio vite quodammodo restituit et saluti (2).

Sed et miraculorum gloriam muti lingua testetur (3). Quendam etenim puerum quinquennem, Conradum nomine, qui nullo modo loqui poterat, ad basilicam sancte Elisabeth parentum devotione deductum ipsius invocatio ad officium lingue restituit ac habilem reddidit, ut aperto ore et labiis [fol. 161 a] resolutis magnificentiam (c) domini loqueretur (4). Ad medici talis remedia sub indubitata sorte recurritur; qui cecos illuminat, elisos erigit (5) et desperatos novit curare languores. Cuius officium gratis acquiritur, sola devotione deposcitur, et quanto fiducialius petitur, tanto facilius impetratur (6).

Licet autem tam nobilibus et preclaris miraculorum indiciis satis de celesti constare potuisset arbitrio, quod beata Elisabeth de numero precisa mortalium ad immortalitatis coronam et gloriam transivisset, ut tamen in ea de sollempnibus nihil videretur omitti, et ut indultam vicario potestatem dominus undique conservaret, sententiam suam pontificali iudicio voluit declarari ac eius nomen in terris sanctorum ascribi (d) *catalogo* (e) *et sollempnitatibus aggregari, quam in curia celesti locaverat in ordine beatorum, ordinarium reputans, quod cui palmam victorie pro pugna concesserat, eidem triumphi fastigium pro victoria non negaret. Sicque sollicite procurante fratre Hermanno* (7), *domus hospitalis sancte Marie Theutonicorum in Ierusalem magistro, cui subest* (8) *hospitale de*

(a) L. *om* Mulier — saluti. (b) Z. gibo.
(c) L. *sic.* Z. magnificentia.
(d) L. asscribi. (e) Z. decalogo.

(1) Curata aut est Sophiae de Butingen (= Budingen, in magno Ducatu Hassiae) filia, Beatrix, 24 Junii 1232. H. 168, n. 8 — aut Mehthildis, filia Ortwini de Wesflaria, (= Wetzlar, Prov. Rhenaniae) H. 180, n. 22).

(2) Verosimilius hoc miraculum idem est, quod in I. Rel. H. 195, n. 45 describitur. Jordanus de Vache (= Vacha, Sachsen-Weimar) etc. 10 Aug. 1232.

(3) Cfr. H. 178, n. 20. — 196, n. 46. — 208, n. 68.

(4) « Cunradus de Reckensvelde (= Rechfeld prope Walburg, Hassiae-Nassoviae) H. 226, n. 86. (5) Cf. Psl. 114, 14.

(6) Cfr. *Bulla canonizationis beatae Elisabeth* a Gregorio Papa IX emanata, Perusii 1 Iunii 1231. Cod. Ms. Pad. fol. 148 b. Wyss, l. c. n. 54. *Bull. Franc.* I. 162... « vitam mortuis, caecis lumen, auditus surdis, verbum mutis et gressus claudis coelesti dextera conferuntur ».

(7) Hermannus de Salza, Magister Ordinis 1210-1239. Cfr. E. Michael *Geschichte des deutschen Volkes seit dem XIII Jahrh. bis zum Ausgang des Mittelalters* I. Freiburg 1897, 114 seqq. — Koch A. *Hermann v. Salza, Meister des deutschen Ordens,* Leipzig 1885.

(8) Ex hoc loco merito conjicitur, hanc vitam vivente Hermanno scriptam esse : *Subest.* Conradus lantgravius Thuringiae, frater Heinrici lantgravii, Frislarum, civitatem Hassiae 1232 destruxerat. *Erphordiensis anonymus* ap. Pistorius, Francofurti 1583, *Illustr. vet. script...* I, p. 925. « Demum religioso habitu indutus (postquam poenitentiam egerat, Ord. Teutonici frater effectus est » (1234) Paulo post « factus est Teutonicae rector et magister ». (ibid.)

Marpurch, ubi sancte reliquie requiescunt et negotium prospere consumante, instante fratre Conrado, quondam Turinge landegravio et Saxonie comite (a) *palatino, beatissimus papa Gregorius nomen landegravie supradicte* (b) *sanctorum iussit inseri titulis et sollempnibus* (c) *decorari.*

Habes amodo, beata Elisabeth, a domino quod petisti: numerosa [fol. 161 b] *falce nunc resecas seminata fideliter et constanter exculta, habes in celesti patria solium, quia consedere* (d) *terrenis principibus noluisti. Exultet ergo celica turba concivium* (e) *tam nobilis incole fecundata consortio. Exultet humana conditio, patrone fidelis et provide novo patrocinio communita, que nuper a nobis ad matriculam* (f) *supernorum assumpta coram tremendo iudice, licet cause nostre iustitiam asseverare non valeat, defectum tamen eiusdem tanto perfectius poterit excusare, quanto in se ipsa naturam humane fragilitatis experta de recentiori scientia lubrici nostri poterit certitudinem allegare. Non decebat igitur corporis eius reliquias terre visceribus ulterius contineri, que terrenis illecebris expedita sedem promeritam vendicavit in celis; sed votiva fidelium relevatione transferri, que fuerat ad eterne beatitudinis gloriam divina retributione levata* (1).

Verum ne tantarum sollempnitas nuptiarum festivis foret egena tripudiis, tribus principaliter extitit mysteriis decorata; quorum primum favor ecclesie celestis anticipat, secundum ecclesia militans occupat, tertium honor et dignitas temporalis usurpat. Mirificavit enim hanc manus domini miraculis infinitis. Nam ad diem festum hunc undique [fol. 162a] *concurrente turba languentium, misertus est dominus multorum ac illorum potissime, quorum fides et merita misericordiam deposcebant. Ibi etiam in conspectibus omnium circumstantium populorum elegantissimo quodam et novo miraculo divina potentia revelatas reliquias prenotavit.*

Ut enim beatissimum corpus per mirifice discretionis insignia a corporibus aliis mortuis segregaret, in quibus post vite presentis occasum alicuius virentis humoris indicia non comparent et ex ossibus corporis

(a) L. *sic*. Z. comiti.
(b) L. *sic*. Z. *falso:* Landegravii supradicti.
(c) L. *sic*. Z. solemnibus.
(d) L. *sic*. Z. confidere, *sed delevit* f *et restituit.*
(e) L. convivium.
(f) L. et Z. materculam.

et pro canonizatione ejusdem (s. El.) laboravit. (ibid.) Mortuus est 1240 et sepultus est in Marburg. (ibid. 926). (Michael, l. c. II. 248). — Cf. Böhmer-Will, l. c. II, 200. Holder-Egger, *Monumenta Erphesfurtensia saec. XII. XIII. XIV. (Scriptores Rerum Germ.)* Hannoverae et Lipsiae 1899: *Annal. Erph. Fratr. Praed.* 1228-53, 82 seqq.; (de Conrado et Fritslariae obsidione); *Chron. S. Petri Erf. moderna* 1070-1855 l. c. 229. *Chronici Saxonici continuatio* 1227-1858, 448. — *Annales Reinhardsbrunnenses* ap. *M. G. SS.* XXX, 1896, 618-4). — Caesarius de Heisterbach de Conrado loquitur in oratione habita ante 2 Maji 1236. — (Cfr. Huyskens, *Annalen* l. c. LXXXVI, 1908, 54).

(1) S. Elisabeth diem obiit supremum 17 Nov. 1231, sepulta est in loco communi et humili 19 Nov., canonizata 1 Junii 1235, translata est in ecclesiam ab ipsa fundati hospitalis 1 Maji 1236. Cfr. Michael l. c. II. p. 228. — Dobenecker, l. c. T. III. P. I, p. 44, n. 222. — Montalembert-Städtler: « *Leben der hl. Elis. v. Ungarn*. Ed. III. Regensburg, 1862, p. 502 cum multis aliis asserit, ipsam obiisse 19 Nov., sed falso ». Cfr. « Processus et Ordo canonizationis b. Elis. ». H. 145. Canonizata fuit Perusii in ecclesia Ord. Praed. a Gregorio IX, in festo Pentecostes die 27 maii.

gloriosi guttas viridis olei voluit emanare. Quod prout (a) *oculus scribentis hec omnia clare perspexit, in tantum et sanctitatis fides et sanctitas fidei cum ceteris speciebus huiusmodi probat esse commune, ut ipsum prorsus ab aliis color et habitus non discernat* (1).

Et ut indubitatam fidem mortalibus de tam evidentibus immortalitatis indiciis dominus demonstraret, casu felicissimo contigit diebus eisdem, quod cum ad basilicam beate Elisabeth una cum comitissa de Waldenberc (2) *quidam sacerdos accederet et pro predicte sanctificationis oleo recipiendo duo secum vascula deportasset, que fatua liberalitate custodivit implere crediderat, dum in eorum uno tantummodo tres guttas olei recepisset, et spei desi*[fol. 162b]*derio defraudatus propter modicam quantitatem inciperet de fide miraculi murmurare, continuo ambo vascula tanta plenitudine olei redundarunt, ut eius habundantia vasculis contineri non posset. Et cum ad sacerdotis vocem de tanto miraculo resultantis circumstans populus undique concurrisset, statim per sacramentum ipsius de fide miraculi constitit, nedum, quod staret oleum, immo continuo vacuefacta sunt vascula, et in eorum altero illud modicum, quod primo fuerat impositum, reliquo penitus evanescente, remansit.*

Sed et ad nuptias supra dictas congregatio sancta fidelium exenium nobile destinavit. Tam celebris etenim festivitatis honorem multorum presens et veneranda pontificum comprobavit auctoritas, fratrum minorum et predicatorum quamplurium, ibidem presentium, exaltavit humilitas et predicatio personavit. Illuc omnium ecclesiasticorum et regularium (3)

(a) prout *ex* L.

---

(1) Hoc testimonium permagnificum, *fortasse vetustissimum* propterea infiniti valoris est, quia auctor « *hec omnia clare perspexit* ». — Accedit aliud ex eodem tempore, scil. Caesarii: « Nam paucis diebus .. post ejus translationem (1236), cum quidam ex fratribus arcam plumbeam aperirent et sacrum corpus attenderent, oleum purissimum de ipso corpore sacro stillare perspexerunt » ibid.; p. 56.

(2) Dynastae de Waldenburg. Cfr. Hopf, *Historisch-genealogischer Atlas*, Gotha 1858, p. 145, n. 257, ubi variae hujus familiae personae afferuntur; primo commemoratur 1216, emortua est 1494. — Cfr. Kreysig, *Beiträge zur Historie der sächsischen Lande* B. I. Altenburg 1754 p. 24-34.

(3) Cfr. Mon. G. Hist. *Epistolae s. XIII ex regestis Pontif. Rom.* I Berolini 1883, 476 Epist. Gregorii IX 1 Julii 1234 ad Mag. et fratres hospitalis S. Mariae in Marburg: hospitale (S. Francisci) vobis et domui vestrae duximus conferendum,... pro reverentia e. h... Helysabet... cuius corpus requiescit ibidem. — Cfr. *Epistola Conradi:* Nuper in die s. Laur. (10 Aug. 1232), cum dominus Archiepiscopus Mog.,... duo altaria in basilica, ubi corpus prefate domine est sepultum, dedicaret etc. Huysk 156. Böhmer-Will, l. c. 223. — 1 Julii 1234 Gregorius IX committit hospitale S. Francisci cum jure patronatus super ecclesiam parochialem Ord. domus Theutonicae... Böhmer-Will, l. c. 284. — Cfr. *Annales Colonienses maximi.* 1238 ap. Pertz, *Mon. Ger. SS.* XVII Hannover 1861, 845: Cujus (Elisabeth) glorificum corpus ad *capsam auream* est translatum (1 Maji 1236). Ipse etiam imperator primus lapidem de sarcofago levavit et coronam auream de suo thesauro sacro capiti sanctissime vidue imposuit. Ibi preter multa miracula oleum de s. corpore effluxit, quod religiosis viris basilicas et altaria in honorem beate vidue Elisabet *constructuris* per fratres hospitalis Theutonicorum est pie ac sagaciter distributum. Super cuius vita laudabili et virtutibus specialis historia est contexta. — Ex hac coaetanei narratione constat Elisabeth corpus non tam

ordinum concursus est habitus, ut a tante celebritatis sollempnibus (a) *aliqua de colupmnis ecclesie non abesset* (1). *Decoravit preterea festivitatis nove sollempnia totius terrene dignitatis in unum cumulata nobilitas, dum ipsius Augusti presentia Theutonicis multis stipata principibus et celebritatem eandem adauxit* (2).

[fol. 163a] *Contigit etenim diebus eisdem, quod cum Fridericus* (b) *sedis Romanorum imperator semper augustus, Ierusalem et sycilie rex illustris, occupationibus publicis circa partes Italie, sed non minus circa terre sancte negotia teneretur, quendam filium suum, Henricum nomine, tantisper Germanie regno preposuit, nature consilio suadente, confisus, quod patris absentia per presentiam filii suppleretur; qui debitorum naturalium immemor et tantorum beneficiorum ingratus, affectionis zelo furiose commotus, quam post obitum matris sue pater ipsius circa quendam minorem filium suum, Cunradum nomine, quem de regina Ierosolimitana susceperat, videbatur habere, propter fratris invidiam conspiravit in patrem* (3).

Sed prout aliquando commodis adversa non carent, congenitiva (c) *successuum adversitas reperitur, filialis malignitatis intentio paterne iustitie solium sublimavit. Ad conterendam namque malitiam transgressoris, dum Germanorum imperium prescripta necessitate cogente repeteret imperator, postquam de filio et fautoribus eius magnifice triumpha-*

(a) L. sollempniis. (b) L. *add.* secundus; Z. malignitas intentio.
(c) L. et genitiva.

esse translatum, quam elevatum, unde auctor Zwettlensis merito dicit, requiescunt. Corpus ejusdem sanctae repositum est in eodem sepulchro ecclesiae hospitalis s. Francisci, quod etiam probatur ex litteris Domini papae Innocentii IV, datis 4 Nov. 1249 ad Archiepiscopum Maguntinum Christianum II (1249-51), ubi ei mandat, ut, precibus fratrum de ordine Theutonico obsecundans concedat, ut ossa b. Elis. ex ecclesia S. Francisci [non Franciscanorum, ut Will scribit] ad aptiorem locum transferantur. Böhmer-Will. *Reg. Archiep. Mag.* Innsbruck 1886, 808. Böhmer-Ficker, *Reg. Imp.* I, 424-25, ubi alii antiquissimi fontes allegantur.

(1) Cfr. « Processus » H. p. 143.

(2) Cfr. Caesarius, H. 55. « Condictus est et dies... in quo fieret sanctissimi corporis ejus translatio. Anno.. 1236.. a diversis regnis Alamannie videl. Boemie-Ungarie necnon et Francie tante turbe populorum utriusque sexus, diverse regionis atque conditionis et etatis ad diem... prefixam (1 Maji) confluxerunt, ut numerus omnem estimationem.. transcenderet. Nam ipse gloriosus Romanorum imperator Fridericus... ad festum translationis concurrit,... *Et postea* (p. 56). Imperator vero coronam auream de lapide pretioso eidem capiti imposuit in signum devotionis sue sancte Elyzabeth, que filia regis fuerat, illam offerens ».

(3) Cfr. Felten, *Papst. Gregor IX* (Freiburg 1886) 163-169. Böhmer-Ficker, *Regesta imperii*, V, 2, p. 793, n. 4383, ubi plurimi fontes et ubi vera exhibetur narratio Fr. *Salimbene* MG SS XXXII, 87 quod Febr. 1242 Henricus cum « adhuc in vinculis teneretur, affectus tedio et tristitia, precipitavit seipsum per quoddam preciptium et mortuus est ». Henricum contra patrem rebellantem (1234) Fredericus cepit (Jul. 1235) et in castro S. Felicis in Apulia 1236-1240, deinde in Neocastro (1240-1242) captivum tenuit; praecipitem se dedit Henricus, cum inde ad castrum S. Marci prope Martoranum duceretur. — Cfr. Hefele, *Conciliengeschichte*, V Freiburg 1863, 885; — Schirrmacher, *Kaiser Friedricht II.* Göttingen 1861. II. 339.

vit, ut in totum victorie sue gloriam regi victorie dedicaret, in indicto festo pro elevatione reliquiarum beate Elisabeth apud Marhpurc ad eius basilicam una cum predicto Cun[fol. 163 b]*rado, filio suo, regni Jerosolimitani legitimo successore, cum tanta veneratione se contulit, ut cesaree dignitatis in totum fulgore deposito, simplicem formam indueret reverentis* (*a*) *et pauperis peregrini dignissimum reputans in reverentiam regis regum imperialis culminis humiliare fastigium et illius exempla sectari, que sororum minorum inopiam dilexit et habitum ac regalis fortune delicias fastidivit. In ipsius omnipotentis dei reverentiam et honorem* (1); *qui vivit et regnat semper per infinita secula seculorum. Amen.*

Wiedenbrück (Westphaliae).

P. Diodorus Henniges O. F. M.

(*a*) L. *sic.* Z. reverentie.

(1) Cfr. Sermo Caesarii Heisterbacensis, Huysk. *Annal.* p. 55 ubi Caesarius eodem fere repetit. Anno sequenti (1236) etc. — Cf. *Chron. Erf. mod.* ed. Holder-Egger l. c. 232 s. — *Chron. Sax. cont.* l. c. 449. Cf. Pertz, *M. G. SS.* XVII, 1861, 845. *Annales Colonienses maximi*, ad ann. 1238. ubi asseritur, 120000 homines ibi adfuisse, et narratur miraculum de oleo. Cf. *M. G. H. SS.* XXX, 616. *Anal. Reinhardsbrunenses.* Böhmer-Will, *Reg. Archiep. Mag.* II, 247.

CONSTITUTIONES GENERALES ORDINIS FRATRUM MINORUM

A CAPITULO PERPINIANI

ANNO 1331 CELEBRATO EDITAE.

Regulae Fratrum Minorum puram exactamque observantiam, ut facilius et securius assequantur Fratres, non « superfluunt morum observantiae regulares, quae non solum ad spiritualis vitae concordiam, decorem et custodiam suffragantur, verum etiam ut in pluribus intra perfectionis et puritatis Regulae promissae substantiam includuntur (1) ». Constitutiones Generales « ex quibus et Regula conservatur, et regitur Ordo, et vivitur uniformiter, et multa bona proveniunt, sub tribus Generalibus Ministris Ordo... non habuit, scilicet sub beato Francisco et sub Iohanne Parente et sub Helya (2) ». Processu temporis plures leges condiderunt Capitula tum Generalia tum Provincialia, et quamplurimas alias ordinationes Ministri Generales, Provinciales, Custodes gubernii, Vicarii Generales aut Provinciales, Visitatores aliique (3). — Leges a Capitulis et Ministris Generalibus pro toto Ordine conditae, *diffinitiones, memorialia, statuta, ordinationes, constitutiones generales* vocantur.

Clarissimus Frater Salimbene (4) de Capitulo Generali Romano an. 1239 loquens, scribit: « In illo Capitulo facta est maxima multitudo Constitutionum generalium, sed non erant ordinatae; quas processu temporis ordinavit Frater Bonaventura, generalis Minister, et parum addidit de suo, sed poenitentias taxavit in aliquibus locis ». Primus igitur, qui codicem ordinatum ex omnibus Constitutionibus Generalibus et forsan ex Ordinationibus quoque Provincialibus compilavit, fuit S. Bonaventura, qui eas nomine Capituli Generalis Narbonensis an. 1260 promulgavit; *Constitutiones Generales Narbonenses* proin appellatae sunt, primum a P. Ehrle S. I. integre editae (5) et iterum magis correctae a PP. Collegii S. Bonaventurae inter *Opera Omnia S. Bonaventurae* (6).

(1) S. Bonaventura, Prologus in Constitutiones Narbonenses; cf. *S. Bonav. Opera Omnia*, VIII. Ad Cl. Aquas, 1898, 449.
(2) Fr. Salimbene Parmensis O. F. M. *Chronica* ed. Parmae, 1857, p. 404; ed. Holder-Egger, ap. *Mon. Germ. Hist.* SS. XXXII, Hannoverae, 1905, p. 105.
(3) Pro hac epocha cf. collectionem ap. *Chronologia historico-legalis* O. F. M. I. Neapoli, 1650, p. 1-46, et P. Fr. Ehrle S. I. in *Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte des Mittelalters*, Freiburg, 1892, p. 1-138; citatur *ALKG*.
(4) *Chronicon*, Parmae, p. 405; ed. Holder-Egger, p. 158-9.
(5) *ALKG*. VI, 87-138.
(6) Ad Cl. Aq. 1898, VIII, 449-467.

Cl. P. Ehrle una cum Constitutionibus Narbonensibus edidit etiam plures partes *secundae* redactionis, uti eam appellat, Constitutionum Generalium factam verisimilius in Capitulo Parisiensi 1292 (1). Hanc redactionem Capitulum Perpinianense (1331) plerumque adhibuisse et citasse videtur sub nomine: *Compilationis Antiquae.*

Tertia Redactio facta fuit Assisii a Capitulo an. 1316 (2), quae tamen publicata nondum fuit. A Capitulo Perpinianensi haec compilatio allegatur formula: *Ex Compilatione Assisinate.*

Plurima alia Capitula, cum ante tum post Narbonense, Constitutiones sive Statuta confecerunt, quae nonnisi partim servata sunt (3). *Monumenta Ordinis Minorum* autem, sed nimis summarie, de diversis Compilationibus referunt, et Perpinianensem *secundam* compilationem statutorum generalium nominant (4).

De Compilatione Capituli Perpinianensis habet Chronica 24 Generalium:

« Anno Domini MCCCXXXI [in festo Pentecostes, die 19 Maii] fuit Perpiniani Generale Capitulum celebratum. In quo Capitulo idem Generalis Frater Geraldus antiquam formam Statutorum Generalium domini Fratris Bonaventurae et eius successorum mutans, ex dictis Sanctorum Patrum et privilegiis Ordinis ac Statutis diversorum Capitulorum Generalium edidit cum eodem Capitulo novam compilationem Generalium Statutorum. In quibus novas caerimonias et ritus insuetos Fratribus imposuit, videlicet, ut vestes primae ingredientium Ordinem benedicerentur, et recipiendus ad professionem staret in Missa conventuali ante altare prostratus, et post communionem sacerdotis devote et ipse reciperet Corpus Christi, et postea legendo cedulam manu propria scriptam vel manu alterius, si nesciret scribere, dum tamen ibi manu propria crucem vel aliud signum poneret, profiteretur coram tam Fratrum quam saecularium multitudine in manu Praelati Missam tunc celebrantis. — Item, quod frater, ultra duas dietas extra conventum iturus, genibus flexis a Praelato suo dicendo: « Iube, domne, benedicere », benedictionem humiliter postularet (5) ».

Haec Perpinianensis compilatio Narbonensem excedit in multitudine mandatorum, rubricarum, in severitate poenarum infligendarum, in regulis pro bono regimine magnae multitudinis per Ministros et Vi-

---

(1) In notis ad Narbonenses l. c. VI, 88-138. — De hac redactione disserit l. c. VI, 82-5.

(2) Ehrle, l. c. 82; cf. Glassberger ap. *Analecta Franc.* II, 122.

(3) Ea vel potius eorum particulas habes ap. *Chronicam 24 Generalium* ap. *An. Fr.* III, 278, 374, 382. Glassberger, *An. Fr.* II, 86, 89, 96, 109, 120 etc., ap. *Chronologia hist.-legal.* I, 11 segg.; praecipue vero Ehrle *ALKG.* VI, 16-71.

(4) Salmanticae 1511, fol. 264. « Primo igitur Constitutiones aliquae atque diversae editae sunt in Capitulis Generalibus, quae a beato Bonaventura anno Domini 1260 in capitulo generali Narbonae celebrato collectae atque in formam ordinemque redactae sunt, quae fuit prima collectio Constitutionum in nostro ordine editarum. Anno igitur Domini 1331 in capitulo Perpiniani celebrato per Fr. Gerardum Odonem Ministrum Generalem facta fuit II compilatio statutorum ».

(5) *Chron. 24 Gen.* ap. *Anal. Fr.* III, 504. Cf. Glassberger in l. c. II, 154 et 161.

sitatores, in electionibus regulandis, etc. Fontes, quibus innititur et conflatur, sunt: S. Scriptura; Regula Fratrum Minorum (1223), Testamentum B. Francisci; Legendae Antiqua, Vetus et S. Bonaventurae; compilatio antiqua, quae constat ex Narbonensibus et aliis Constitutionibus usque ad Capitulum Parisiense an. 1292 inclusive; compilationes Lugdunensis an. 1274, et Assisiensis an. 1316; Constitutiones Capitulorum Lugduni, Montis Pessulani, Parisiensis alterius; Decretales et aliae Constitutiones Gregorii IX, Innocentii IV, Alexandri IV, Nicolai III, Clementis V, Bonifacii VIII et Ioannis XXII; opera S. Augustini, Benedicti papae, Paphnutii, abbatis Moysis, Ioannis Cassiani. Multa quidem ab ipso Capitulo Perpiniani, et ipso Geraldo Ministro adiecta sunt; semel ex *Registro Generalis Ministri*. — Fontes semper in notis allegabimus.

Auctor verus Perpinianensium Constitutionum extitit Fr. Gerardus Odonis vel Oddonis, aut melius Geraldus Othonis, ut habent documenta Pontificia (1).

Iste natione Gallus de Provincia Aquitaniae, Custodiae Ruthensis, natus in Castro Rodulphi (Châteauroux), Magister « notabilis (2) » et « eximius » (3) in S. Theologia, « in omni facultate sufficiens Magister » (4), « scientia et verbo famosissimus » (5), « doctor moralis » dictus, Minister Generalis Ordinis Minorum an. 1329, die 10 Iunii fuit electus. — Familiarissimus semper papae Ioanni XXII, ab eo Legatus missus est ad reges Siciliae (6), Angliae (7), Ungariae (8). A Clemente VI litteris die 27 Nov. 1342 Avinione datis, praeficitur patriarcha ecclesiae Antiochensi (9), et aliis litteris sub eadem die et anno eidem committitur administratio ecclesiae Cathanensis in Sicilia (10), ubi anno 1349 migravit e vita, et in ecclesia cathedrali fuit sepultus (11). Plura opera edidit, theologica et philosophica (12).

Refert Frater Alvarus Pelagii O. F. M., coaevus doctor et poenitentiarius domini Papae, in Summa, sua: *De Planctu Ecclesiae* (13), quod anno Domini MCCCXXXI hic Generalis, frater Geraldus porrexit

---

(1) *Bull. Franc.* V, 874 etc. cf. s. v. 622, VI, 20 seqq. et *Chartul. Univ. Paris.* ed. Denifle et Chatelain, II, 419 seqq. Parisiis 1891.
(2) Cf. AFH, I, 689 nota.
(3) *Anal. Franc.* III, 488 ss.
(4) Barthol. Pisanus, *Lib. Conf.* ap. *An. Fr.* IV, 339.
(5) L. c. 338.
(6) Wadding, *Annales* ad an. 1331, n. 3, et an. 1347, nn. 4-5, Romae.
(7) L. c. an. 1332, nn. 1-4.
(8) L. c. an. 1347, nn. 6-8.
(9) Eubel, *Bullar. Francisc.* VI, n. 169.
(10) Eubel, l. c., n. 170.
(11) Wadding, an. 1348, n. 2.
(12) Cf. Wadding, *Scriptores ord. Min.* Romae 1650 145; Romae, 1806 99. Sbaralea, *Supplementum ad SS. O. M.* Romae 1806, 306 s. Ed. II. ibid. 1908, 324 s.
(13) Edit. Lugduni, 1510. Art. 67, fol. 219a, ubi scribit, Geraldum et Ministros tres glossas confecisse. Cf. Eubel, V, 503, n. 921.

domino Papae Iohanni supplicationem sigillatam XIV sigillis Ministrorum, inter quae erat etiam sigillum Generalis. His litteris supplicabant domino Papae Iohanni, ut omnes Paparum Declarationes Regulae totaliter revocarentur, cum essent contra voluntatem beati Francisci, quod declarationes essent fratrum ligamina, et quod sine illis melius posset servari Regula. — Dicebant etiam, quod illud capitulum Regulae: « Fratres, qui non possent Regulam spiritualiter observare, ad suos Ministros debeant recurrere » etc., concedit Ministris, quod in tali casu possunt super aliquibus punctis Regulae dispensare; et quod « Fratres non possent recipere pecuniam », saltem per interpositam personam, pro infirmis et fratribus induendis, non erat de mente Regulae; intelligebant autem infirmitatem quamcumque, etiam corporalem necessitatem (1). Quibus respondit Papa: « Iste sensus, quem super duobus punctis Regulae datis, scilicet de dispensatione et pecuniae receptione, est extortus et contra Regulam, et non credimus, quod de mille Fratribus unus vobiscum in Ordine concordaret »; et sic Papa illam supplicationem in nullo admisit. — Postea volebant procurare, ut saltem de declaratione domini Clementis Papae V aliqui articuli auferrentur, sed nec in hoc fuerunt exauditi (2).

Ut rite superius enuntiata, modus agendi et relaxatio Geraldi Othonis contra Regulae nostrae paupertatem intelligantur, revocentur breviter in memoriam gravissima accidentia inter papam Ioannem XXII et praedecessorem Geraldi, Michaelem de Caesena, Ministrum Generalem Ordinis Minorum.

Cum anno 1321 Fr. Iohannes de Belna Ord. Fr. Praed. Inquisitor haereticae pravitatis Narbonae, Bizochum quemdam asserentem (3): Christum atque Apostolos nihil possedisse neque in speciali neque in communi, tanquam haereticum damnare vellet, coram pluribus Fr. Berengarius Taloni, lector conventus Ord. Minorum Narbonae, Bizochum illum defendebat. Inquisitor vero Fr. Berengarium hoc retrahere iussit. Qui, renuens, ad Sedem Apostolicam appellavit, venitque ad Curiam Avenionem (4). Iohannes XXII ab adversariis Ordinis Minorum iam praeventus, quaestionem illam discutiendam tunc proposuit in consistorio, praesertim die 6 martii 1322 (5). Inter Cardinales hinc inde disputatum tunc est, et Iohannes XXII bulla « *Nonnunquam* » di-

(1) L. c. fol. 218v,b-219 r. a.

(2) « Postquam praedictus Generalis Minister et alii Ministri contra sacram Regulam coniurantes sui pessimi conatus non habuerunt effectum, composuerunt malitiae malitiam adiungentes, quod postquam declarationes non poterant facere revocari nec suas glossas authenticare, de declaratione domini Clementis: *Exivi de paradiso*, certos articulos procurarent auferri. Sed in hoc succubuere etiam coram Christi Vicario et eius reverendissimis dominis Cardinalibus, manu Altissimi eos beati Francisci meritis repellente ». Alvarus Pelagius, op. et loc. cit.

(3) Eubel, *Bullar. Franc.* V, 224. Wadding, ad an. 1321 n. 17 seqq. Marcour, *Anteil der Minoriten am Kampf zwischen Ludwig IV von Baiern und Johann XXII.* Emmerich. 1874, 1ss. S. Riezler, *Die literarischen Widersacher der Päpste zur Zeit Ludwigs des Bayern*, Leipzig 1874. Fel. Tocco, *Un codice della Marciana di Venezia sulla quistione della povertà.* Venezia 1877, p. 8ss.

(4) *Anal. Franc.* III, 481.

(5) *Bull. Fr.* V 224.

scussionem de regula Minorum a Nicolao III prohibitam, omnibus permisit (1). Sic ortum habuit acerrima disputatio *theoretica* de Paupertate Christi et Ordinis Minorum.

Tunc Capitulum generale Ord. Min. 11 Iunii 1322 Perusii habitum rem discussam propria auctoritate definivit, declarans Christum et apostolos omnimodam paupertatem observasse (2). Papa hanc ob rem « non modicum indignatus (3) », bulla *Ad conditorem canonum* (4), die 8 Dec. 1322, definitionem Perusini Capituli reprobavit, sed post protestationem Fr. Bonagratiae de Bergamo die 14 mart. 1323 factam, bullam dictam, aliquatenus imitatam, cum priore tamen nota chronologica, iterum publicavit. Hac bulla Pontifex « renuntiavit dominio rerum omnium, quae conferebantur Fratribus Minoribus vel penes ipsos habebantur et quorum usu potiebantur, etsi eousque tale dominium penes Pontifices Romanos aut Ecclesiam esset secundum declarationem plurium praedecessorum suorum (5) ». Deinde Decretali *Cum inter nonnullos* (6) die 12 Nov. 1323 definivit, quod affirmare « Christum et Apostolos non habuisse in speciali aliqua nec in comuni » erat erroneum et haereticum, et post fugam Michaelis et sociorum ad Ludovicum Bavarum Imperatorem (7), Generalem deposuit, Fr. Bertrandum de Turre Cardinalem O. F. M. Vicarium Ordinis instituens. In Capitulo Generali Parisiis 10 Iunii 1329 habito, quo Capitulares, non obstantibus litteris Michaelis de Cesena datis Pisis VI kalendas Dec. an. 1328 (8), et hoc prohibentibus, perrexerunt, in vigilia Pentecostes, 10 Iunii 1329 elegerunt Geraldum Othonis de Prov. Aquitaniae in Generalem Ministrum. « In his comitiis omnino terminata fuit controversia de paupertate Christi et explicata quaestionis difficultas, reducta ad concordiam Decretali Nicolai III et decisione Capituli Perusini ex verbis Nicolai desumpta, cum Decretalibus Iohannis Pontificis, quas de hac edidit quaestione. Qua ratione factum est, ut diuturna cessaverit tempestas et facta sit in Ordine tranquillitas magna » (9).

Ad supremam Ordinis dignitatem sic evectus Geraldus, videns mala, quae Ordini evenerant e controversia paupertatis, ac reputans Pontificem Ioannem Minoribus non bene affectum ratione altissimae paupertatis, pluribus in rebus Pontifici cessit et longe ultra progressus est. Sed confusus cum suis fautoribus recessit inexauditus, ut vidimus ex verbis Alvari Pelagii supra relatis. Sed nec Compilatio

(1) L. c. 224-5. Nicolaus in decret. « *Exiit* » BF. IV, 400.
(2) Cf. Litt. Capituli ap. Wadding ad an. 1322 n. 53ss. *An. Fr.*, II 128s.
(3) *An. Fr.* III, 481.
(4) *Bull. Fr.* V, n. 233-46, n. 486.
(5) Wadding l. c. n. 57.
(6) L. c. ad an. 1323, n. 4. *Bull. Fr.* V, 256.
(7) *Anal. Fr.* II, 140; III, 480, not. 4; 487.
(8) Eubel, *Bullar. Fr.* V, 387 nota. Iohannes XXII constitutione *Quia vir reprobus* reiecit errores Michaelis, qui iterum contra Papam appellavit 26 Martii 1330. Eubel, *Bull. Fr.* V, p. 424 in nota.
(9) Wadding, an. 1329, n. 7.

Generalium Constitutionum in Capitulo Generali Perpiniani facta, quam hic vulgamus, Ordinis expectationi ac necessitatibus respondit. Nam anno 1337 in Gen. Capitulo Caturci nova Constitutionum Generalium compilatio edita fuit, per Benedictum XII approbata (1). Haec quoque parvo tempore in vigore remansit. In capitulo Assisiensi 1354 Ordo ad Constitutiones Narbonenses, modificatas sub Fr. Guilelmo Farinerii rediit (2); nam isto Capitulo Assisiensi « certis ex rationibus allegatis supradictae novitates et caerimoniae Capituli Perpiniani fuerunt revocatae, et Fratrum receptio ad Ordinem et professionem fuit ad antiquam formam reducta (3) ».

Inspecta ratione temporis, qua confectae fuere Constitutiones Perpinianenses, notandum est eas in Cap. X « Quod Fratres nihil sibi approprient », tantummodo agere de proprietariis personalibus, qui improbantur — tacendo de paupertate *Ordinis*. — Cap. XI: « De eleemosyna petenda » prohibet, priores constitutiones repetens, cippos et pecuniae colletiones occasione praedicationum, et in hunc finem paenitentias (sacramentales) et testamenta adhibere. Addit solum prohibitionem quaestuum consuetudinariorum apud peregrinos. — Cap. XX: « De... Fidei stabilitate » proscribit sententias novas, et alchimiam, atque ordinat quaedam de publicatione librorum et de Inquisitoribus. — Cap. II modo potius generali ac brevi de « reverentia exhibenda Domino Papae et Ecclesiae Romanae », nihil novi adiungens, tractat. In Cap. I (n. 7) prohibetur tamen expresse Minister Generalis privilegium impetrare, « quod possit Regulae derogare » (4).

Descriptio Codicis Cortonensis.

Codex membran. saeculi XIV, sig. N. 72, (olim 53), mill. 162×220, binis columnis a pluribus manibus conscriptus, folia 130 varii sextus, de novo ligatus pelle in dorso an. 1875, rubricis rubeis et cum initialibus rubeis, caeruleis et viridibus. — In dorso legitur: « Regula, Constitutiones et privilegia fratrum Minorum. Cod. membr. saec. XIV ». — Prima sex folia, sicut etiam quatuor ultima adiuncta in ligatura libri sunt cartacea, ex quibus prima 4 alba, 5um continet inscriptiones Mancini: « Regula, constitutiones et privilegia ordinis fratrum Minorum ». « Codex membranaceus saeculi XIV, olim loci S. Margaritae

(1) *Anal. Francisc.* t. III, p. 528; — *Memoriale Ordinis Minorum*, fol. 288; — *Constitutiones et declarationes Ordinis*, Brixiae, 1502, fol. 112-127; — Wadding, an. 1337, n. 8; — *Chronologia hist. leg.* I, p. 46 seqq. Eubel, *Bull. Fr.* VI, 25-52, n. 51.

(2) Eas habes *Chronol. hist. leg.* I, 64, 85, Eubel, *Bull. Fr.* VI, 639-655.

(3) *Anal. Fr.* t. III, p. 527; — Wadding, an. 1331, nn. 10-12, 1334, n. 28.

(4) In publicandis Perpinianensibus Constitutionibus pro textu semper adhibuimus unicum usque modo cognitum *Codicem Cortonensem*, sed modificavimus aliquantulum interpunctionem et ortographiam; e. g. posuimus *officia* pro *offitia*, *velut* pro *velud*, *solemnitas* pro *solepnitas*, *subtilitas* pro *suttilitas*, *Iesu* pro *Ihesu*, *obtinenda* pro *optinenda*, *abominabilis* pro *abhominabilis*, *sed* pro *set*, *pascha* pro *pasca*, *Christi* pro *Cpi*, *caritas* pro *charitas*, *quoties* pro *quotiens*, *socius* pro *sotius*, *societas* pro *sotietas*, *nihil* pro *nichil*, etc.

de Cortona, nunc publicae bibliothecae communis Cortonae ». « *Libreria comunale di Cortona — codice membranaceo — N. 72* ». Fol. sextum habet indicem contentorum codicis ab eodem Mancini (1) exaratum.

1. Nicolai III bulla *Litteras felicis recordationis Honorii P. III*, sequentem bullam Honorii III recognoscens et confirmans. Dat. Suriani XII kal. Sept. an. II. (21 Aug. 1279.) fol. 2r. — Sbaralea, *Bull. Franc.* III, 477, n. 208.

2. Honorii III bulla *Solet annuere*, regulam Fratrum Min. approbans. Dat. Laterani III kal. Dec. an. VIII. (29 Nov. 1223) fol. 3-7. — Sbaralea, I, 15-9, n. 14.

3. Nicolai III bulla *Exiit*, regulam Fratr. Min. declarans. Dat. Suriani, XIX kal. sept. an. II (14 Aug. 1279.) fol. 7-13. — Sbaralea, III, 404-16, n. 217. *Sexto Decret.* lib. V, tit. 12 *de verb. signif.*

4. Clementis V bulla *Exivi* item regulam Fratr. Min. explicans. — Dat. Viennae prid. Non. Mai an. VII. (6 Maii 1312) fol. 18-21. — Eubel, *Bul'. Fr.* V, 80-86, n. 195. *Clement.* l. V tit. XI *de verb. signif.*

5. Articuli *Privilegiorum* a diversis Romanis Pontificibus ordini Fratr. Min. concessorum, fol. 21r-22r.

6. Bonifacii VIII bulla dicta *Mare Magnum*. — Dat. Romae III id. nov. an. I (11 nov. 1295) fol. 22v-25. — Sbaralea, IV, 297, n. 407.

7. *Constitutiones Capituli Perpiniani* celebrati an. 1331 *hic vulgandae*, fol. 28-50.

8. *Ordo servandus* in benedictionibus diversis ad usum Fratr. Min. f. 50 (et 51r).

9. *Constitutiones* Guilelmi *Farinerii* editae in Capitulo Generali Assisii 1354; fol. 52-56; ed. ap. *Chronologia historica legalis* I, 64-85; Eubel, *Bull. Franc.* VI, 1902, 639-55.

10. Ioannis XXII bulla *Gloriosam Ecclesiam*, contra sequaces Fr. Henrici de Ceva. — Dat. Avenione X kal. febr. an. II (23 Ian. 1318). Eubel. *Bull. Fr.* V, 137-42, n. 302.

11. Eiusdem bulla *Sancta Romana* contra Fraticellos, — Dat. ibid. III kal. ian. an. II (30 dec. 1317.) fol. 76-80. Eubel, V, 134-5, n. 297.

12. Eiusdem bulla *Quorumdam exigit*, quaedam dubia circa regulam Fratr. Min. explicans. — Dat. ibid. non. oct. an. II (7 oct. 1317) fol. 80-82. Eubel, V, 128-30, n. 289.

13. *Privilegia* CXLI a diversis Pontificibus Rom. ord. Fratr. Min. concessa; fol. 83-117.

14. Bonifacii VIII bulla *Quasdam litteras*, confirmans Constitutionem Innocentii IV *Licet olim* [Sbaralea I, 420] de Clarissarum cura

(1) Cf. descriptionem codicis, quam dedit Girolamo Mancini, *I manoscritti della libreria del Comune e dell'Accademia Etrusca di Cortona*. Cortona 1884, 8°, p. 40-1.

habenda. — Dat. Anagniae V Non. Iunii, an. II fol. 117v. (4 Iun. 1296). Sbaralea, IV, 396 n. 70.

15. Benedicti XI bulla *Super egenum,* ad archiep. Mediolanensem et epp. Brixiensem ac Novarien. eos conservatores sui Privilegii: *Inter cunctas* [Eubel, V, 11, n. 20] constituens. — Dat. Romae III Non. April. an. I (3 April. 1304) fol. 118r. Eubel, V, 18, n. 32.

16. Eiusdem bulla *Inter caeteros ordines,* ordinem Fratr. Min. ab omni iurisdictione Episcoporum eximens. — Dat. Romae IV Non. April. an. I, (2 Apr. 1304) fol. 118v. Eubel, V, 19, n. 83.

17. Egidii de Festariis, iur. utr. doct. *consilium;* fol. 119.

18. Clementis IV bulla, *Paupertatis altissimae* ad epp. Avenion. et Carpentoraten. — Dat. Viterbii, II idus Iun. an. II (12 Iun. 1266) fol. 119v. Sbaralea, III, 84-6. n. 83.

19. Tractatus super Missam, dictus *Speculum ecclesiae* f. 123-30.

Primum folium codicis membraneum sign. « n. 53 » habet: « *Iesus Christus. — Iste liber est ad usum Fratris Evangeliste de Cortona ordinis Minorum* ». Alia manus posterior adiunxit: « *Nunc pertinet ad locum S. Margaritae de Cortona, in quo continentur infrascripta.*

Sequitur index summarius codicis a moderna manu scriptus.

[Fol. 28r, col. 1a]. **Incipiunt constitutiones generales Magistri Geraldi de Equitania Ministri Generalis Ordinis Minorum editae et confirmatae in Capitulo Generali celebrato apud Perpinianum anno Domini MCCCXXXI.**

In Christo nobis carissimis, universis Fratribus Ordinis Fratrum Minorum, Frater Geraldus eiusdem Ordinis Generalis et Provinciales Ministri ceterique Diffinitores apud Perpinianum in Generali Capitulo congregati salutem et pacem in Domino sempiternam.

Divina nos docet auctoritas, frequensque tentationum molestia monstrat, quod « sensus et cogitatio cordis humani in malum prona sunt ab adolescentia sua » (1), ideoque religiosos animos honeste vivere, Deo devote servire, et ad perfectionis apicem pervenire volentes, oportet huiusmodi pronitati salutaribus quidem remediis devotisque conatibus ac ingeniosis studiis obviare. Cuius rei gratia, nostrarum Constitutionum, iuxta titulos Regulae Beato Francisco divinitus inspiratae, volumen, Deo praestante, compegimus, in quo sanctorum et Summorum Pontificum, nostrorumque praedecessorum, et nostra monita, documenta, praecepta, consilia, exortationes, exempla, gratias, privilegia, indulgentias, promissiones, comminationes et statuta secundum exigentiam materiae inseruimus: volentes omnia per nos et per vos tam humiliter quam dociliter acceptari, ut hiis convenienter instructi et id adimplere quod promisimus, et ad id pertingere, quod optamus, divina nobis opitulante gratia, mereamur. Amen.

---

1) Gen. VIII, 21.

I. — *De vita et regula nostra.*

1. Beatus Franciscus in Regula (1): « Regula et vita Minorum Fratrum haec est, scilicet Domini nostri Iesu Christi sanctum Evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio, et in castitate ».

2. Paulus ad Philippenses (2): « Quicumque perfecti sumus, idem sapiamus; et in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote, fratres, et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram ».

3. [fol. 28r. col. 2ª]. Beatus Franciscus in Testamento (3): « Postquam Dominus dedit mihi de Fratribus, nemo mihi ostendebat quid deberem facere; sed ipse Altissimus revelavit mihi, quod deberem vivere secundum formam sancti Evangelii. Et ego paucis verbis et simpliciter feci scribi, et Dominus Papa confirmavit mihi. Et illi, qui veniebant ad recipiendam vitam istam, omnia, quae habere poterant, dabant pauperibus: et erant contenti una tunica intus et foris repetiata (4) cum cingulo et brachiis, et nolebant (5) plus habere ».

4. Nicolaus Papa III (6): « Hii sunt illius sanctae Regulae professores, quae evangelico fundatur eloquio, vitae Christi roboratur exemplo, fundatorum militantis Ecclesiae Apostolorum eius sermonibus actibusque firmatur ».

5. Ioannes Papa XXII (7): « In pulchro Ecclesiae vestimento tam mirabili varietate distincto, Minorum Fratrum sacer Ordo, almi confessoris beati Francisci regulari traditione et Apostolicae Sedis auctoritate atque confirmatione, indissolubili quadam textura connexus, fide clarus, spe validus, caritate profusus, humilitate placidus, obeditione devotus, veluti singulare iubar sanctitatis exemplo ac doctrinae verbo per universum orbem claruit, et ecclesiastico decori multum utilitatis et inclitae alacritatis invexit ».

6. Ex Capitulo Parisiensi (8): « Nulla constitutio perpetuo valitura, quae per obedientiam obligaret, super communitatem Ordinis inducatur, nisi in uno Generali Capitulo primitus ordinetur, et convenienti tempore per Fratrum probetur experientiam, et in alio Generali Capitulo confirmetur ».

7. Ex compilatione antiqua (9): « Generalis Minister nullum privile-

(1) Cap. I. Cf. *Opuscula S. P. Francisci Assis. emendata et denuo edita a PP. Collegii S. Bonav.* Ad Clar. Aq. 1904. p. 63. *Citatur deinceps:* Opusc. — Cf. quoque *Seraphicae Legislationis Textus Originales,* Ibidem 1897 p. 35. — Citatur dehinc Or.

(2) Phil. III 15-17.

(3) Opusc. 79. Or. 266-7.

(4) Opusc. *add.* qui volebant.

(5) L. c. nolebamus.

(6) Bulla *Exiit,* ap. Sbaralea, *Bull. Franc.* III Romae 1765, 404-417 n. CXXVII; — Potthast, *Reg. Pontif. Rom.* n. 21628; — Or. 181-227, p. 182-3, n. II.

(7) Eubel, *Bull. Franc.* V, Romae 1898 n. 302, p. 138, *quibusdam ommissis.*

(8) An. 1329, ut videtur. Istud decretum nondum vulgatum videtur.

(9) Narbonensis Compilatio: cf. S. Bonaventurae *Opera Omnia* VIII Ad Cl. Aqu. 1898. 449-467; citatur Narb. Bo. Ante edita erat illa Collectio a cl. P. Fr. Ehrle in *Archiv für Litteratur und Kirchengeschichte* VI, Freiburg 1892, 87-138; citatur simpliciter Ehr. Cum vero allegandae erunt aliae Constitutiones aliorum capitulorum l. c. a P. Ehrle memoratae vel editae, adiungemus nomina capitulorum diversorum illorum. Locus de quo agitur hic, invenitur ergo Bo. 458, (2 col.) linea 35-6; Ehr. 118, lin. 15-6.

gium impetret, quod possit Regulae derogare ». « Caveant (1) autem Provinciales Ministri a multiplicatione Constitutionum Provincialium et quorumlibet praeceptorum propter oblivionis et transgressionis periculum evitandum ». « Et (2) si quis [fol. 28 v. col. 1ᵃ] Provincialis Minister vel Provinciale Capitulum statuerit aliquid repugnans Regulae vel statutis (3) Capituli Generalis, cassamus ex nunc tamquam irritum et inane ».

8. Frater Geraldus Generalis Minister: « Regulam et Constitutiones quilibet Guardianus habeat, et qualibet hebdomada Regulam, Constitutiones vero quater in anno, Fratribus suis in Capitulo vel saltem in refectorio, spatiose, intelligibiliter et distincte legi faciat, et simplicibus, illitteratis, seu rudibus grosso et figurali modo, secundum gratiam a conditore sibi concessam exponat. Constitutiones igitur legi faciat in Adventu Domini, in principio Quadragesimae, in Pentecosten, et in mense Septembri. Si vero in hiis quatuor temporibus, ante Natalem Domini, ante dominicam Passionis, ante festum Apostolorum Petri et Pauli, et ante festum beati Francisci complete lectae non fuerint, Guardianus, elapso immediato triennio, se noverit ab executione sui officii fore suspensum. Possit tamen per Ministrum vel per Custodem suum relevari: ita dumtaxat, quod ipsemet coram Fratribus, amoto caputio, Constitutiones per integrum legat, pro poenitentia et emenda. Universa vero Statuta Generalia Ordinis nostri praesenti volumini non inserta, Fratres undique noverint prorsus esse viribus vacuata ».

II. — *De reverentia exhibenda domino Papae et Ecclesiae Romanae.*

1. Beatus Franciscus in Regula (4): « Frater Franciscus promittit obedientiam et reverentiam domino Papae Honorio, ac successoribus eius canonice intrantibus et Ecclesiae Romanae; et alii Fratres teneantur fratri Francisco, et eius successosibus obedire ».

2. Ex compilatione antiqua (5): « Caveant autem Fratres ab omni scandalo clericorum et irreverentia praelatorum, et tempore generalis interdicti matricibus ecclesiis se conforment ».

3. Beatus Franciscus in testamento (6): « Dominus dedit et dat mihi tantam fidem in [fol. 28 v. col. 2ᵃ] Sacerdotibus, qui vivunt secundum formam Sanctae Romanae Ecclesiae, propter Ordinem ipsorum, quod si facerent mihi persecutionem, volo ad ipsos recurrere (7). Et si haberem tantam sapientiam, quantam Salomon habuit, et invenirem pauperculos Sacerdotes huius saeculi, in parochiis in quibus morantur, nolo praedi-

---

(1) Bo. 458 c. 2, l. 40-48. Ehr. 118, 19-21 *cum variantibus et transponendo quaedam; ambo* oblivionis; Cod. Cortonensis (= Cod.) obligationis.

(2) Paris (1292). Ehr. 118, not. 6. haec addidit. Hinc et sequentibus patet et patebit istam Compilationem antiquam, esse illam Capituli Parisiensis 1292, (quantum ex hucusque editis inferri recte cum eruditissimo et huius rei peritissimo P. Ehrle potuit); cf. ap. *Archiv* praeallegatum, VI 85, (80 seqq.). Deficientibus adhuc multis Constitutionibus ante ann. 1292 et post factis, nondum videri potest, quid cuique capitulo tribuendum sit, in illa *Comp. antiqua*. Hoc ergo nomen in sequentibus retinebimus; pro studentium commodo insuper, et quasi superabundantius, inter Narbonenses Constitutiones et additiones posteras, praesertim illius sic dictae collectionis Parisiensis anni 1292 distinguentes signis « » etc.

(3) Ehr. l. c. *om.* regulae.

(4) Cap. 1. Opusc. 63; Or. 36.

(5) Paris (1292) Ehr. 95 n. 5 a linea 3... et aliis caveant... *Tunc om.* al. 4. *et denuo* in al. 5. parenthesi inclusa.

(6) Opusc. 78. *transp(onendo quaedam)*.

(7) L. c. *transp.*

care ultra voluntatem ipsorum. Et ipsos et omnes alios volo timere, amare, et honorare, sicut dominos meos ».

4. Ex capitulo Lugduni (1): « Monet insuper Generalis Minister cum Generali Capitulo universos omnes Fratres et singulos, ac per obedientiam salutarem eis mandat, qualiter de Sancta Romana Ecclesia et sanctissimi domini nostri Papae persona, ac de Constitutionibus eius cum debitis reverentia et sobrietate loquantur. Et quicumque huius mandati fuerit trangressor inventus, per Ministrum suum statim poena carceris puniatur ».

III. — *De volentibus vitam istam accipere.*

1. Beatus Franciscus in Regula (2): « Si qui voluerint vitam istam accipere et venerint ad Fratres nostros, mittant eos ad suos Ministros Provinciales, quibus solummodo et non aliis recipiendi fratres licentia concedatur ».

2. Innocentius Papa IIII (3): « Nos devotionis vestrae precibus inclinati, ut singuli vestri in provinciis sibi commissis in absentia sua de consilio peritorum Fratrum suae sollicitudini commissorum, non obstante (4) statuto Regulae super receptione talium, aliquibus e Fratribus ad hoc idoneis vices suas committere valeant, vobis auctoritate praesentium concedimus facultatem: ita tamen, quod (5) non passim admittantur converti volentes, sed illi soli, qui et Ordini sint utiles, et alios aedificare valeant suae conversationis exemplo ».

3. Ex Capitulo Perpiniani: « Qui venientem ad Ordinem nostrum debet in fratrem recipere, diligenter inquirat et attendat sollicite, [fol. 29r. col. 1ª] quod recipiendus, ut docet Regula, sit fidelis et catholicus, de nullo errore suspectus, matrimonio non ligatus, corpore sanus, animo promptus, legitime natus, conditione liber, aetate puber, non apostata nostri vel alterius Ordinis, ab Ordine nostro vel ab alio non eiectus, nulla vulgari infamia maculatus, competenter litteratus, et ad labores Fratribus honestos et utiles aptus, aut talis conditionis existens, quod eius receptio clero et populo non modicam aedificationem afferret. Si quis vero sine speciali Generalis Ministri licentia, praetermissis aliquibus vel aliqua de conditionibus memoratis, quemquam receperit, receptionem ipsam firmiter volumus esse nullam. Et receptum ad professionem praecipimus non admitti, nisi similiter hoc ex causa rationabili cum aliquo per Ministrum et Diffinitores in Provinciali Capitulo fuerit dispensatum ».

4. Bonifatius Papa VIII (6): « Volentibus vestro aggregari consortio,

---

(1) Anni 1325; cf. *Cron. 24 Gen.* ap. *Anal. Fr.* III 1897, 487 nota 1.

(2) Cap. II. Opusc. 64 *hanc* vitam.

(1) Sbaralea, *Bull. Franc.* I, Romae 1759 p. 352 n. 72, 1248, 8 Ian. Haec Bulla Innocentii aliam Gregorii IX, 1241, 19 Iun., l. c. I 298, n. 344 repetit.

(3) *Bull. Fr.* l. c. *add.* praefata.

(5) L. c. ut *pro* quod.

(6) L. c. IV, Romae 1768, 371 nº 37. Est sic dictum *Mare Magnum,* Bulla scil. *Virtute conspicuos,* 1295, 11 Nov. cuius textum non refert Sbaralea, qui nonnisi eandem Bullam Clementis IV, 1265, 21 Iulii, l. c. II, Romae 1765, 19-24, nº 25, repetit; quae Clementis IV, illam Alexandri IV, *Virtute conspicuos,* 1258 2 Aug. l. c. I 298-308. n. 486 reassumit. Quoad variantes horum *Marium Magnorum* cf. notas Sbaraleae, l. c. IV 371. Mare Magnum renovavit quoque Clemens IV 1265, 21 Iuli, *Bull. Fr.* III 1765, 19-24, (Textus) et Honorius IV, 1280, 20 Nov. l. c. III 551 (Regest.), et dein Bonifacius IX, 1396 (non 1397) 1 Dec. Eubel, *Bull. Fr.* VII, 1904, 69 n. 202 (Regest.); cf. l. c. II, 24a pro aliis.

qui suspensionis aut interdicti vel excommunicationis sententiis a iure vel a iudice generaliter sint ligati, absolutionis beneficium, observata forma canonica, impertiri ipsosque in Fratres recipere, ac eos qui post assumptum habitum vel professionem praemissam recoluerint se talibus in saeculo fuisse sententiis innodatos secundum formam ipsam, vos Generalis et Provinciales Ministri ac praefati Custodes, et vestras vices gerentes valeatis absolvere, et cum eis in irregularitatibus dispensare. Si talibus forsan innodati sententiis vel in locis interdicto suppositis, divina praesumpserint officia celebrare vel ordines receperint, ita tamen, quod si aliqui ex huiusmodi eisdem sententiis propter debitum sunt astricti, satisfaciant ut tenentur, volumus nihilominus, quod huiusmodi volentes vestro aggregari consortio, nisi mox, postquam fuerint absoluti, Ordinem vestrum intraverint, [fol. 29r. col. 2ª] et si ad hoc induciae a prelatis Ordinis eisdem concedantur, eo ipso in pristinas sententias a quibus eos absolvi taliter contigerit, relabantur ».

5. Ex capitulo Perpiniani: « Volentibus autem vitam istam accipere et ad nostram fraternitatem petentibus recipi, non facile tribuatur ingressus, quia, ut ait Apostolus (1), « probandi sunt spiritus, si ex Deo sunt ». Si autem pulsantes perseveraverint, post dies aliquot, expositis sibi austeritatibus omnibus Ordinis, poterunt observata dumtaxat solemnitate debita, ad statum novitialem admitti. Quibus admissis, ter in anno, a quarto scilicet in quartum mensem legatur vel exponatur intelligibili et grosso modo Regula, et interrogentur de voluntate perseverandi, deturque illis, si voluerint, cum vestibus cum quibus venerant, recedendi libertas ».

6. Ex capitulo Perpiniani: « Novitiis autem per Provincialem Ministrum vel per Custodem de scitu Ministri, specialiter deputetur magister, frater quidam de religione probatus, boni zeli, circumspectus, providus et devotus, qui eorum curam specialem habeat, viam Dei studiosissime doceat, pure ac saepe confiteri faciat, partes eis, modos et utilitates orationis exponat, ad omne opus bonum informet, Sanctorum eis exempla frequenter proponat et mores nostrae religionis verbo et exemplo demonstret. Ipsi vero toto probationis suae tempore portam Fratrum, nisi translationis vel generalis processionis vel alicuius improvisae necessitatis causa non exeant, nec cum aliqua saeculari persona vel religiosa sine sui licentia et praesentia magistri loquantur, praeterquam cum Fratribus in divinis officiis et obsequiis opportunis. Nec mittant vel recipiant litteras vel res alias sine sui magistri licentia speciali. Toto novitiatus sui tempore studio non intendant, sed divinum officium et ea quae devotionis sunt, diligenter addiscant. De rebus [fol. 29v. col. 1ª] autem suis temporalibus, sine Fratrum inductione vel sollicitatione disponendo vel distrahendo disponant, sicut Dominus inspiraverit eis ».

7. Ex compilatione antiqua (2): « Professionem quilibet novitius, cum ad professionem recipitur, faciat in hunc modum: *Ego frater N. voveo et promitto Deo et beatae Mariae Virgini et beato Francisco et omnibus Sanctis et tibi, Pater, toto tempore vitae meae servare Regulam Fratrum Minorum per dominum Honorium* (3) *confirmatam, vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate.* Et qui eum recipit promittat ei, si haec servaverit (4), vitam aeternam ».

(1) Ioan. 4, 1: *Probate spiritus, si ex Deo sint.*
(2) Cf. Narb. Bo. 451, 1, l. 15ss. Ehr. 89, 30ss. Est Paris. 1292. l. c. 89 not. 3.
(3) LL. cc. *add.* papam.
(4) LL. cc. observaverit.

8. Ex capitulo Perpiniani: « Finito vero anno probationis, si novitii post praememoratas interrogationes in religionis proposito perseverant, et Fratres cum quibus habitaverint, de ipsorum conditionibus, vita et moribus sunt contenti, recipiantur per Ministrum vel per Custodem vel ex speciali commissione Ministri per Guardianum hoc modo, videlicet, quod novitius professionem facturus, verba professionis, si sciverit scribere, scribat, vel si scribere nescit, scribi faciat, ipso tamen assistente scribenti. Verbis scriptis, ipse manu propria in cedula iuxta scripturam faciat unam crucem. Praelatus vero, qui eum ad professionem recepturus est, missam cum nota vel sine nota, praesente conventu celebret, et novitius diligenter instructus, quando missa dicetur, prostratus maneat. Cum autem sacerdos communicaverit, novitius dicat: *Confiteor*. Quo dicto, praelatus celebrans auctoritate privilegiorum Ordini nostro a Sede Apostolica indultorum (1), ipsum ad cautelam absolvat, et cum ipso dispenset, ipsumque relevet, quantum patet ipsorum privilegiorum extendi facultas. Et hiis peractis, ipsum interroget dicens: *Frater, vis renuntiare* [fol. 29v. col. 2ª] *saeculo?* Quo respondente: *Volo,* dicat sacerdos versiculum: *Tribuat tibi Dominus secundum cor tuum,* et respondeatur: *Et omne consilium tuum confirmet. Amen.* Quibus dictis, novitius professionem faciat, tenens in manu sua verba professionis. Qua facta, ponat praedictam cedulam super altare, et sacerdos dicat ei: *Et ego, si haec servaveris, promitto tibi vitam aeternam.* Et dans ei corpus Christi addat sic: *Corpus Domini nostri Iesu Christi custodiat animam tuam in vitam aeternam. Amen.* Postea compleatur missa, et professus diu in oratione persistat, donec ad refectionem fuerit evocatus ».

9. Alexander papa IIII (2): « Inhibemus quoque, ne quis post professionem in Ordine vestro factam, sine Generalis, et Provincialis sui (3) licentia discedat ab ipso. Discedentem vero absque cautione litterarum ipsorum, praetextu alicuius privilegii Apostolicae Sedis, nullus audeat detinere (4). Quod si forte retinere quisquam (5) praesumpserit, vobis, Generalis et Provinciales Ministri, licitum sit in omnes (6) discedentes Fratres excommunicationis sententiam promulgare ».

10. Ex capitulo Montispesulis: « Volentes apostatandi viam praecludere, nos Generalis Minister et Provinciales Ministri et Diffinitores Capituli Generalis excomunicamus in hiis scriptis omnem Fratrem apostatantem ab Ordine nostro, vel ab ipso absque eiusdem Ordinis licentia quomodolibet discedentem, et ex decreto praesentis statuti anathematis vinculo innodamus ».

11. Ex capitulo Perpiniani: « Postquam Custodibus sufficienter innotuit Fratrem aliquem vel aliquos ab Ordine de suis apostatasse Custodiis, ipsum vel ipsos in singulis suarum Custodiarum conventibus in capitulo Fratribus congregatis, qualibet hebdomada, excommunicatum vel excomunicatos [fol. 30r col. 1ª] nominatim et expresse denuntietur vel denuntiari faciant, usquequo de talium apostatarum absolutione per

---

(1) V. gr. Alexandri IV Bulla: *Virtute conspicuos,* ap. Wadding, *Annales Min.* ad an. 1258, n. LV (Regestum). 1258, 2 Aug. Romae 1732. IV, 477-82. § VI-IX; 479-81. Sbaralea, II, Romae 1761, n. 436. p. 298-303, 299, § 8-11.

(2) Bulla cit. ll. cc. § IX.

(3) LL. cc. Wadd. 480, Sbar. 299: sui prov: *transp.*

(4) LL. cc. retinere.

(5) LL. cc. *om.* quisquam.

(6) Reg. Generali et Provincialibus dumtaxat licitum sit in *ipsos.*

legitima documenta eis fuerit facta fides. Ministri vero Provinciales anno quolibet in suis Provincialibus Capitulis omnes suarum Provinciarum et Generalis Minister in Generali Capitulo omnes totius Ordinis apostatas, qui absoluti non fuerint, excomunicatos nominatim et expresse in diebus diffinitionum publice denuntient vel denuntiari faciant, et eos nisi poenituerint, aeternae maledictioni submittant. Quare Provincialis quilibet nomina suorum apostatarum ovium deferat vel deferri faciat ad Capitulum Generale ».

IV. — *De forma nostri habitus.*

1. Beatus Franciscus in Regula (1): « Illi qui iam promiserunt obedientiam, habeant unam tunicam cum caputio, et aliam sine caputio, qui voluerint habere. Et qui necessitate coguntur, possint portare calciamenta. Et omnes Fratres vestimentis vilibus induantur: et possint ea repetiare de saccis et aliis petiis cum benedictione Dei: quos moneo et exhortor, ne despiciant neque iudicent homines, quos viderint (2) mollibus vestimentis et coloratis indutos, uti cibis et potibus delicatis; sed magis unusquisque iudicet et despiciat semetipsum ».

2. Frater Bonaventura (3): « Revera servus Dei Franciscus (4) a principio Religionis usque ad mortem tunica, corda (5) et femoralibus dives, hiis contentus erat ».

3. Ioannes papa XXII (6): « Ministrorum, Custodum, et Guardianorum iudicio praesentium auctoritate committimus determinare, videlicet arbitrari atque praecipere (7), cuius longitudinis, latitudinis et (8) grossitiei et subtilitatis, formae sive figurae atque similium accidentium esse debeant tam habitus quam caputia ipsorum quam intimiores (9) tunicae quibus Fratres dicti Minorum Ordinis induuntur, ac insuper [fol. 30 r. col. 2ª] cuius quantaeque vilitatis indui eos ipsis vestimentis oporteat; et an (10) vestimentis huiusmodi secundum Regulam et declarationes (11) praedecessorum nostrorum et (12) Ordinis Constitutiones reluceat asperitas, vilitas et paupertas: utrum vel quantum ad colorem, praetium, vilitatem, paupertatem quoque ac cetera accidentia supradicta Fratres vestimentis induantur, ut debent; super quibus eorumdem Ministrorum, Custodum et Guardianorum conscientias oneramus, statuentes et districte praecipiendo mandantes, quoties in praedictis et hiis (13) similibus eorum arbitrium ac (14) determinationem, Generalis quidem in totius, Provin-

(1) Cap. II. Opusc. 65.
(2) Opusc. vident.
(3) *Leg. mai.* c. VII, n. 1. *Opera* VIII (1898) 523, 1.
(4) Ed. *loco* servus Dei Franciscus *legit* ipse.
(5) Ed. chordula et *infra* iis contentus fuit.
(6) In Bulla: *Quorundam exigit,* ap. Eubel, *Bull. Franc.* V, Romae 1898, 128-131. (7 oct. 1317). Wadding, ad an. 1317, n. XXII, Romae 1733, VI. 273-77.
(7) Ll. cc. ac praescribere.
(8) Ll. cc. *om.* et.
(9) Ll. cc. quam caputia quam interiores.... omnes.... dicti.... induantur.
(10) Ll. cc. *add.* in.
(11) Ll. cc. *add.* eorumdem.
(12) Ll. cc. *add.* praefatas.
(13) Wad. iis, *et supra loco* quoties Eub. quatenus.
(14) Ll. cc. *om.* ac, *et post* determinationem *add.* sive iudicium *et infra post* vero Eub. *legit* ministrorum in provinciarum administrationibus ac custodum et guardianorum [in] custodiis et guardianiis sive conventibus.

cialium vero Ministrorum (1) in Provinciarum, Custodum et Guardianorum amministrationibus, Custodiis et Guardianiis, seu (2) Conventibus Ordinis memorati commissis eisdem. — Fratres omnes et singuli sequi omnino eisque (3) parere per omnia teneantur: ac insuper quod illorum sequendo (4) determinationem seu (5) iudicium illisque parendo nec sint, nec dici possint, nec (6) debeant, nec ipsi seipsos autument suae Regulae vel Constitutionum sui Ordinis transgressores ».

4. Ex compilatione Assisiate: « Fiat autem caputium tali modo, quod existens in capite, usque ad cingulum non attingat; mantellosque de vili panno et humili Fratres habeant, non rugatos circa collum vel crispos nec usque ad terram per integrum palmum protensos, et in forma servetur antiquus modus et hactenus consuetus, curiositate qualibet abdicata ».

5. Ex compilatione antiqua (7): « Contra superabundantiam vestium ordinamus, quod nullus Frater eodem anno (8) habeat duos habitus novos et quod Guardiani non dent alicui (9) tunicam novam, nisi prius resignet, si quam habet superfluam. Et tunicae, quibus (10) Fratres non utuntur ad necessitatem, pro tempore in comuni serventur (11) ».

6. Ex eadem (12): Dum ab institutione nostri Ordinis, de forma habitus sit sine calciamentis incedere, et regula [fol. 30 v, col. 1ª] non concedat nisi hiis « qui necessitate coguntur (13) », ordinamus, quod (14) nullus Frater vadat consuetudinarie (15) calciatus, nisi eius evidens necessitas Fratribus innotescat, vel per Guardianum suum est coram Fratribus sufficiens iudicata ». « Si (16) quis vero inventus fuerit vitiosus, comedat in terra coram Fratribus in conventu ». « Qui (17) vero calciamentis indigent, non portent stivallos, sed calcios corrigiatos et ante fissos (18). Et habeantur calciamenta pro celebrandis Missis in comuni, et Fratres occasione Missarum illis tunc et non alias calcientur ».

7. Ex eadem (19): « Cingulum habeatur corda comunis, et nihil portetur appensum ad cordam », « nec cingula habeantur interius cum cultellis et bursis ».

---

(1) Wad. *add.* ac.
(2) Wad. sive.
(3) Ll. cc. omnimode, illisque.
(4) Ll. cc. *add*, arbitrium, *et infra* Eubel *legit* sint.
(5) Ll. cc. sive.
(6) Ll. cc. possint dici vel.
(7) Cf. Narb. Bo. 451, 2, 15-19. Ehr. 90, 29-34; *sed textus revera est, uti assolet, ille* Paris. 1292. cf. Ehr. l. c. et notas.
(8) *Narb.* Ll. cc. *om.* eodem anno, et *mox postea* novos.
(9) Narb. ll. cc. *add.* fratri habitum vel.
(10) Ll. cc. *add.* communiter.
(11) *Sic et* Paris. Narb. ll. cc. reserventur.
(12) Est Paris 1292. cf. Narb. ll. cc.
(13) Cap. II. Opusc. 65.
(14) Narb. ut.
(15) *Hoc add.* Paris 1292. Ehr. 91. nota 1.
(16) Si — conventu, *add.* Paris.
(17) *Est* Narb. Bo: 451, 2, 34-38. Ehr. 91, 9-13.
(18) *Sic et* Paris. Ehr. 91. nota 3.
(19) *Tota* § 7 *e* Paris; *quae sumpta est e Definitionibus* Narb. Bo: 465, 2, 26-8. Cfr. Ehr. 91, not. 4 et 35 not. 4. Cf. *Constit.* Narb. 451, 2, 38-9. Ehr. 91, 12-3.

8. Ex eadem (1): « Fratres non dormiant sine habitu, corda (2) et femoralibus nisi manifesta necessitate vel infirmitate cogantur. Et (3) sani Fratres in locis, in quibus morantur, culcitris et pulvinaribus de pluma non utantur. Excessus in tunicis (4), mantellis et calciamentis castigatione, qua convenit, reprimantur, ita quod (5) in omnibus, quae ad habitum Fratrum spectant, ad imitationem patrum nostrorum reluceat semper asperitas (6) vilitas et paupertas ».

9. Ex capitulo Perpiniani: « Ut autem nostrae religionis insignia devotiori reverentia deferamus, pia quidem ordinatione statuimus, ut omnes cordas et habitus, quos portare debemus, praelati nostri Ordinis secundum antiquam consuetudinem benedicant, maxime tamen et indefectibiliter hoc volumus et praecipimus observari, quando et ubi primitus ad Ordinem nostrum venientibus conceditur habitus novitiorum (7) ».

10. Ex compilatione antiqua (8): « Ad quindenam Fratres in aestate semper radantur; in hieme vero infra tertiam septimanam, et sit rasura non modica, sicut decet Religiosos, [fol. 30 v. col. 2a] scilicet (9) ut inter ipsam et aures non sint plures quam tres digiti. Tonsuram desuper aures tam clerici quam laici fieri sibi procurent ».

V. — *De divino officio.*

1. Beatus Franciscus in Regula (10): « Clerici faciant divinum officium secundum ordinem sanctae Romanae Ecclesiae, excepto Psalterio, ex quo habere poterunt breviaria. Laici vero dicant XXIV Pater noster pro Matutino; pro Laudibus (11) V; pro Prima, Tertia, Sexta, et Nona, pro qualibet istarum, VII, pro Vesperis autem XII, pro Completorio VII, et orent pro defunctis ».

(10) Bulla apocrypha penitus, licet pluries edita uti authentica; cf. de ea Sabatier, *Bartholi* CLXIII-V, ubi textus.

Undecimum Capitulum Generale celebratum est Rome, per Dominum Papam Alexandrum, anno Domini **1256**, Ordinis vero 48, in festo Purificationis. In quo Capitulo sanctus Generalis frater Iohannes de Parma, cum omnimoda(*a*) importunitatis instantia, et impotentia allegata, a ministerio se absolvi obtinuit: et tunc in presentia Domini Pape, qui personaliter voluit interesse, electus est Sanctus Bonaventura, qui tunc actualiter Parisius legebat (1).

Frater Iohannes a ministerio absolutus, pro sua quiete elegit sibi devotum locum de Grecio apud Reatem, in quo 30 annis mansit in solido statu humilitatis, per exemplarem (**20**r:) vitam et miraculorum famam fulgens ut sol (2). Qui cum esset Doctor Parisinus super Sententias et Sacram Scripturam scripsit. Librum Sermonarium edidit, Rosarium appellatum, qui de conditionibus humanis [plura] continet (*b*) secundum varias hominum consuetudines, quadrifarie partitus. De Beneficiis Dei tractatum addidit. Plura alia devota opuscula composuit.

Electus in Generalem Sanctus Bonaventura, ad profectum Ordinis et pacem cum diversis heremitis intendens, cum Domino Papa plurimum insudavit. His enim temporibus erant multi Fratres diversorum Ordinum, et sub diversis titulis diversimode viventes in herimitoriis et locis solitariis, paupertatem Francisci amplecti volentes (*c*), non tamen ex professione sed solum eleemosinas questuando, que paupertas ante adventum Beati Francisci a nemine petebatur, sed magis expulsa eminus vilipendebatur; qui hinc et inde circuire ceperunt questuando amore Dei, multotiens <se> in habitu Beati Francisci, vel offuscata forma vel colore se conformabant. Qua propter scandala et iurgia interdum oriebant[ur] tam inter Fratres quam inter seculares et prefatos diversorum Ordinum. Unde sanctus Generalis, sicut predecessor suus frater Iohannes cum Domino Innocentio inceperat tractare, ita et ipse cum Domino Alexandro de prefatis habuit efficax et secretum colloquium. Denique vero post multa statuit et mandavit ipse Dominus Alexander, ut omnes Congregationes predictorum in unam Ordinis heremitarum Sancti Augustini professionem se unirent, nigris dumtaxat cocullis uterentur, desuper ipsas deferentes amplas et patenter corrigias, portantes in manibus baculum quinque palmorum, ac expresse in elemosinarum petitione cuius sint Ordinis declararent, et quod Officium facerent, quo Romana fungitur Ecclesia, et dispensavit cum eis super diversarum professionum et observantiarum ligamine, quibus antea, in suis Congregationibus et Ordinibus aliis, erant adstricti (3).

Hac siquidem tempestate ipse Dominus Alexander pre sincera devotione, quam gerebat ad Sacrum Montem Alverne, noluit ecclesiam prefati montis esse minoris honoris quam illa de Portiuncula apud Assisium, ideo mandavit (**20**v:) septem episcopis, ut dictam ecclesiam, ut

(*a*) Cod. *omnimodo*. (*b*) Cod. *decem ditionibus humanis continet*.
(*c*) Posterius adulteratum in *valentes*.

(1) Ex CGenM 698 (663). CG 287, ubi annus 1256 vel 1257 indicatur; certe fuit Cap. 1257. *Salimb*. 137 (309).

(2) Sic et Salimbene 137s. (309s). Wadd. 217, 148[2], 146[3]. Sbaralea, 398, 424 a.

(3) Bulla, qua Eremitae S. Augustini et hi quidem soli in unam religionem coadunantur, altera data fuit 9 April. 1256; Potthast, *Reg*. 16334, Wadd. II, 470 Marianum allegans; altera, eiusdem prorsus tenoris, 4 Mai 1256: Potthast, 16355 a. Cf. Heimbucher, *Die Orden und Congregationen* II, Paderborn 1907, 182. Cf. *Apol. Pauperum:* S. Bonav. Opp. VIII, 233.

moris est sancte Romane Ecclesie, consecrarent. Que quidem consecratio fuit solempnitate maxima celebrata, presente Sancto Bonaventura Generali et multitudine non parva Fratrum, die 20 augusti.

In civitate quoque Viterbii, sub isto Pontifice, die 4 septembris, quievit in Domino famula Christi sanctissima Rosa de tertio Ordine, cuius corpus Dominus Papa Alexander cum quatuor Cardinalibus personaliter et honorifice translatavit (*sic*) de ecclesia Sancte Marie de Pogio ad monasterium Sancte Clare, sicut tribus noctibus commonitus fuit in visione (1).

Duodecimum Capitulum Generale celebratum est Narbone, Anno Domini **1260** et Ordinis 53, per Sanctum Bonaventuram, in quo multa bona et utilia fuerunt instituta et ordinata.

Eodem anno completa magna Ecclesia in civitate Assisii in honore Sancte Clare, volentibus Fratribus corpus eiusdem Sancte ad ecclesiam transferre, Dominus Papa volens ipsam translationem solempnior[em] fieri, precepit tribus episcopis, videlicet Perusino, Spoletano et Assisinati, quod personaliter dicte translationi interessent (2). Sicque cum solempnitate maxima corpus illud ab ecclesia Sancti Georgii translatum est ad prefatam ecclesiam in vigilia Beati Francisci. Tunc etiam moniales, relicto prorsus monasterio Sancti Damiani Fratribus, ad monasterium magnum, constructum iuxta (*a*) prefatam ecclesiam, ad habitandum se transtulerunt.

Hac quoque tempestate Florentie in monasterio de Monteceli (4) clarebat virtute et sanctitate soror Clara de Ubaldinis, prima abbatissa post Sanctam Agnetem, Sancte Clare sororem, ob cuius amorem et reverentiam Reverendissimus Octavianus de Ubaldinis, nepos ipsius abbatisse et Cardinalis Sancte Romane Ecclesie, transtulit in nocte Sancti Iacobi omnes sorores de primo monasterio ad monasterium, quod ipse suis expensis a fundamentis construxerat iuxta portam Civitatis (5). In quo monasterio cum gloria miraculorum vixit ipsa beata Clara, cuius corpus ad[h]uc integrum (*b*) conservatur. Claruerunt etiam in (**21r**:) prefato monasterio soror Iohanna et soror Luca (6), neptis ipsius beate Clare, et soror Constantia de Donatis (7), alieque plurime, et in suis dicetur locis.

Anno Domini **1262**, Ordinis vero 54, sancte memorie frater Egidius, 3 socius Beati Francisci, in nocte solempnitatis Sancti Gregorii, in qua die habitum Religionis indutus fuerat, anima sua sanctissima carne exuta, ad supernam patriam evolavit (8).

(*a*) Cod. *iusta*. (*b*) Cod. *integer*.

(1) Apud BF II, 142 n. CCXI (1256 incerto die) nonnisi invenitur bulla ordinaria indulgentiae 100 dierum, de Portiuncula prorsus tacens; cf. Wadd. an. 1213, n. 51 et eandem indulgentiam concedens BF II, 238, Wadd. l. c. cf. an. 1257, n. 2 (suppl.). De praesentia Bonaventurae minime constat *Opp.* X, 52; cf. CG 325.

(2) Cf. *Acta SS.* Sept. II, 422-3.

(3) BF II, 407 (9 sept. 1260). *Acta SS.* Aug. II, 753s. Cf. Wadd. an. 1260, n. 40, sed an. 1253, n. 11.

(4) Cf. de hoc Davidsohn, *Forschungen* IV, 412-14.

(5) Translationem Wadd. an. 1262 n. 8 hoc tempore ponit, Marianum exscribens; revera locum habuit 1277. Davidsohn, l. c. IV, 413s.

(6) Cf. Wadd. l. c. Revera an. 1279 «Iohanna» quaedam ibi abbatissa erat.

(7) Cf. Wadd. an. 1320, n. 4 (VI, 345). Rodulphius, 138r.

(8) E *Conf.* 212. Cf. CG 114, DAF I, 61s. AFH I, 277ss. BHL I, 16-7.

Tertium decimum Capitulum Generale celebratum est Pisis, anno Domini **1263**, per Sanctum Bonaventuram, in quo plurima circha divinum officium fuerunt instituta (1).

Quartum decimum Capitulum Generale celebratum est Parisius, anno Domini **1266**, Ordinis vero 58, per Sanctum Bonaventuram (2).

Frater Raynerius de Fabriano, vir tante sanctitatis in seculo, quod beatus Franciscus magnam ac singularem amicitiam contraxit cum eo, et ei predixit quod esset ad[h]uc de suis filiis. Qui post mortem Beati Francisci, Plebem relinquens et cuncta que possidebat, factus Frater Minor, 30 annis sanctissime vixit in Ordine, ac miraculis clarus quievit in Domino anno **1268** (3).

In ipso Fabriano (4) hiis temporibus vita et doctrina splendid⟨i⟩erant hii Fratres, videlicet: frater Hugolinus et frater Iacobus, germani, genere nobiles; frater Bonacura, frater Tho⟨m⟩mas et frater Gratia, magni et in prelatione; frater Mauritius de Argegnano, frater Damianus et Frater Rayaldus; et preter [h]os, tres precipui, videlicet: frater Maximus, dictus Zanzalinus, qui preter perfectam vitam, in logica, theologia et iure canonico floruit; frater Franciscus (5), lector magnus, et frater Crescilbene, etiam magnus doctor in utroque iure.

Michael, Imperator Grecorum, persequi volens tractatum, qui iam dudum per Balduinum intercessorem suum, agente Fratre Iohanne, olim Imperatore, et Fratre Iohanne de Parma, inceptus erat de unitate Ecclesie occidentali[s] cum orientali, super hoc destinavit oratores ad Papam Clementem quartum. Qui vocans ad se fratrem Hyeronimum de Esculo iniu[n]xit ei, ut cum legatione se transferret in Greciam ad presentiam dicti Imperatoris, et de ipsa materia diligenter tractaret, et pro viribus conduceret ad effectum. (**21v**). Qui legationem suam adimplens tamdem cum gloria rediit ad Concilium Lugdunense⟨m⟩ (6).

[Quintum decimum] (*a*) Capitulum Generale celebratum est Assisii per Sanctum Bonaventuram, anno Domini **1269**, in quo inter alia constituit, quod Fratres populo predicarent et ex[h]ortarentur, quod quando auditur campana post Completorium ter pulsata, Beata Virgo totidem salutetur, eo quod sit oppinio quod illa [h]ora fuit ab Angelo salutata (7).

(Continuabitur). DIRECTIO PERIODICI.

(*a*) Hic et pluries infra, auctor, notato arabice in margine numero, uti hucusque fecerat, ommittit in textu eum repetere omnibus litteris. Nos, tamen itidem, numerum omnibus litteris damus, inter uncos.

(1) CGenM 329. Bonav. *Opp.* X, 55. Wadd. an. 1263, n. 15. ChHLeg. I 27.

(2) CGenM 332. *Opp.* l. c. 58s. ChHLeg. I, 27s. Wadd. an. 1266, n. 4ss.

(3) Cf. hoc Period. 94 not. 6.

(4) Omnes isti ap. Wadd. an. 1268, n. 3. (e Francisco Fabrian.); desunt, si Franciscum Fabr. excipias, ap *Catal. Conf.* etc.

(5) *Catal.* 18. *Conf.* 277, 514. Wadd. *Script.* 115; 78[a]; 80[b]. Sbaralea, *Suppl.* 528; I[2], 267-8. *Acta SS.* Apr. III, 984-90.

(6) Golubovich, BTS I, 283. Legatio erat 1272-74, missa a Gregorio X.

(7) CG 351 *Opp.* X, 60. ALKG VI, 40. Wadd. an. 1269, n. 4. ChHLeg. I 28.

CODICOGRAPHIA

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM

BIBLIOTHECAE RICCARDIANAE FLORENTINAE.

(Continuatio) (1).

Cod. n. 372 membr. mill. 165×100, ff. 534, nitidissime ac eleganter scriptus binis columnis saec. XV. Ligatura membranacea. In principio et ad calcem folium chart. pro custodia, et aliud in principio membr. vacuum. Plurima adsunt folia in marginibus picturis illustrata. Continet

[Breviarium Monachorum Vallisumbrosae].

In f. 1r *Rubr.* « In nomine Patris et filii et Spiritus Sancti. Amen. Incipit breviarium novum secundum consuetudinem ordinis Monachorum Vallisumbrose ».

Inter fol. 476rb-477rb. ponitur Officium S. Francisci pro quo lectiones octo inveniuntur, quarum prima *Inc.* « Apparuit gratia Dei ». Octava lectio *Des.* « et clarificatus interius sancti spiritus unctione ». Brevissimae sunt respondentque primae et secundae lectioni Legendae Min. S. Bon. titulo *De conversione ipsius.*

In f. 497rb. *Rubr.* « Sancti Antonii de ordine Minorum ». Nihil aliud adest quam oratio pro die festi.

Cod. n. 387 membr. mill. 210×150, ff. 86, nitide scriptus charactere saec. XV prope finem. Tituli et litterae capitulares rubrae necnon signum quo paragraphorum fit divisio passimque notulae in margine sunt affixae. Adest in codice

[Tractatus de contractibus et usuris **S. Bernardini Senensis**].

Rubr. « Incipit tractatus de contractibus et usuris secundum predictum fratrem Bernardinum de Se[nis]. Et primo ponitur ordo dicendorum in materia dictorum contractuum et usurarum Sabbato post.... origine dominiorum et rerum translatione. Sermo 32s ». — *Inc.* « Vade et amplius noli peccare Io. 8. c. Et in evangelio hodierno ». *Des.* « A quo tremendo iudicio misericorditer nos eripiat immensa pietas salvatoris qui cum Patre et Spiritu sancto gloriosus et triumphator mortis regnat in secula seculorum. Amen ». = Invenitur inter opera S. Bernardini Sen. ed. Lugduni 1650 t. 2 p. 200-299.

Cod. n. 390 (N. III. 11) chart. mill. 220×160, ff. 168, ab unica manu exaratus saec. XV. Membrana in dorso ligatus. Aliqua folia vacua habet. Codex misc. et in eo continentur:

(1) AFH I 116-25, 488-42; II, 128-30.

1. (f. 41r-44v). [Raymund. Lullus de accurtatione lapidis].

Tit. « Incipit Epistola acurtationis Lapidis benedicti magistri Raymundi (prius legebatur: Raynaldi, sed eadem manus correxit): de insula Maioricarum ». *Inc.* « Recipe nigrum nigrius nigerrimum. Ex eo recipe partes 18, distilla in vaxe argenteo vel aureo aut vitreo per modum dictum ». *Des.* « Non puto acurtationes esse quarum in ista parva cedula tibi non declaravi. Elice ergo ex eo, in tantum laudare Deum. Explicit Epistola accurtationis lapidis benedicti magistri Raymundi (correctum) de insula Maioricarum. Deo gratias. Amen ».

2. (f. 45r-48r). [Raymund. Lullus de accurtatione lapidis].

Tit. « Incipit epistola accurtationis clarissimi Raymundi philosophi ». *Inc.* « Cum ego Raymundus de insula Maioricarum iam preteritis temporibus pluries libros secretos in arte transmutationum composuissem et librum omnium librorum secretissimum ». *Des.* ut te magis ad vegetabilia teneas tibi hoc secretum revelabo ». = Cfr. Little, *Initia operum latinorum* f. 52.

3. (f. 50r-58v). [Compendium artis magicae Raymundi Lulli].

Tit. « IHS. Incipit compendium magistri Raymundi Lullii philosophi de insula Maioricarum in artem magicam quo ad compositionem lapidum philosophicarum ». — « Incipit Compendium Artis magice secundum cursum nature informatum virtute cuius sine elongatione ». *Des.* « Testamentorum sine quo nihil fit. — Expletum est compendium artis magice (R. L.) ».

4. (f. 138r-144r). [Speculum secretorum **Fr. Rogerii Bacconis**].

Tit. « Incipit tractatus Roggerii Bacconis Anglici de ordine fratrum Minorum qui Speculum secretorum intitulatur. — In nomine domini mei Ihesu Christi. Amen ». *Inc.* « Ad instantiam multorum tractantium circa artem istam et studere volentium quibus deficit copia librorum hic libellus est editus ». *Des.* « sub maximo compendio propter penuriam verborum. — Finis Speculi Secretorum Roggerii Bacconis ».

5. (f. 144v-150v). [Liber claritatis eiusdem].

Tit. « Roggerii Bacconis liber claritatis ». *Inc.* « De libro claritatis totius artis alchimie in primis dicendum est de sole ». *Des.* « vis comburendo. Et est finis claritatis totius artis alkimie ».

Cod. n. 396 chart. mill. 265×190, ff. 108, praeter quatuor insiticia duo scil. in principio, et alia duo ad calcem, in quorum secundo, quod in initio codicis adest, legitur: *Manipulus florum seu Chronica Mediolanensis presbyteri Beltrami de Gallarte ab ortu Mediolani usque ad annum 1371. Haec vero nondum edita est.*

Bonvesinus Frater tertii ordinis (1) *de Magnalibus civitatis Mediolani. Exstat pag. LXXXXIII a tergo leg.* Tituli et initiales rubeis litteris scripti et per totum lineis plenis exaratus saec. XIV.

(1) Frater Bonvesinus, qui potius Bonvicinus de Ripa nuncupatur, fuit e tertio ordine Humiliatorum. Nonnulli vero scriptores illum ad tertium Praedicatorum Ordinem pertinere suspicati sunt, nec defuerunt qui eum Ordini Minorum adscripserint. Cfr. Tiraboschi, *Vetera Humiliatorum monumenta*. Mediolani, 1766 vol. I pp. 297-308.

In f. 93v. *Rubr.* « Capitulum in quo ponitur Cronica fratris Bonvesini de Magnalibus civitatis ». *Inc.* « Anno Domini 1288 sub dominio Mathei Vicecomitis, sedente Ottone fanensi, Rodulfo imperatore......... Eodem anno quidam nomine Bonbesinus frater tertii ordinis Cronicam de magnalibus civitatis Milani composuit cuius tenor tallis est: Accepit enim lignum longitudinis duorum pedum..... » In f. 94v invenimus: « Est enim in civitate ista conventus fratrum predicatorum, in quo sunt communiter fratres CXL; *in Conventu Minorum C.* » = Circa fratrem Bonvicinum sive Bombesinum cfr. Muratori, *Antiquitates italicae* t. II col. 1048-49. — Chronica edita inveniuntur apud Muratori, *Scriptores rerum italicarum* t. XI col. 711-13.

Cod. n. 406 (N. II. 25) chart. mill. 290×220, ff. 141, partim binis columnis partim lineis plenis exaratus saec. XIV simplicique atramento absque ullo ornatu scriptus. Lectu valde difficilis. In folio quod custodiae inservit in principio codicis apposito manus saec. XVIII scripsit: *In interiori parte integumenti veteris membranacei legebatur = Ad usum patris Nicholai Cattini = quod memoriae causa notavi. Idib. Augusti 1772. Petrus Laur. del Signore. — In prima autem pagina codicis, in qua nihil excriptum quod ad sermones in codice contentos spectaret inveni, legebantur verba sequentia = Questo libro e delle Monache di Sancto Pietro Martire in Firenze.* = Manus saec. XIX indicem tractatuum in eodem folio custodiae adiunxit, sed valde incompletus est. De Patre Nicholao Cattini qui erat ex ordine Min. cfr. **Cod. n. 338.** In hoc codice faciunt ad rem nostram

1. (f. 6ra). [Sermo S. Ioannis Baptistae a Roberto de Bardis].

In principio huius sermonis legitur: « Incipit sermo Roberti de Bardis de Florentia habito in domo Minorum anno Domini M° 33 IIIJ (1334) eximii doctoris in die sancti Ioannis Baptiste ». = In fol. 8vb invenitur hic titulus: « De omnibus sanctis eiusdem (Roberti) quando erat cancellarius 1337 ».

2. (f. 10r). Sermo de passione. Domini Bertrandi.

Inc. « Passus sum sine ». Auctor est Bertrandus a Turre?

3. (f. 15r-15v). [Sermo de beato Francisco].

Inc. « Secundum ymaginem suam fecit illum, secundum se vestivit eum Eccli. 14. Imago creatoris in quantum fuit homo ». *Des.* « vestimentum glorie ad quam nos perducat etc. ».

4. (f. 22ra). [Sermo de translatione beati Francisci].

Inc. « Archa Domini ferebatur super aquas. Gen. 4. Sicut archa Noe ad hoc fuit disposita ». *Des.* « elevatis manibus ferebatur in celum ad quod nos perducat Dei filius benedictus. Amen ». Horum sermonum de S. Francisco auctor fortassis idem est Robertus de Bardis.

5. (f. 28ra-30v). [Sermones ex Sententiariis S. Bonav.].

In principio legitur: « Principium Bonaventure (?) super quartum sententiarum ». *Inc.* « Ait illi Dominus Iesus: Diliges ».

6. (f. 106ra-107ra). [Sermo de beata Clara].

Inc. « In manu mulieris hac vice tradidit victoria[m] Iud. 4. Clariores quatuor et sapientiores scientia in veteri lege ». *Des.* « sanctissime Clare qui cum patre etc. Amen ». Auctor certe ad Ord. Min. pertinet, nam in sermone legitur: « Iste Baruch ad litteram tipum gerit sanctissimi patris *nostri* Francisci ».

7. (f. 107ra-107rb). [Sermo de beato Francisco].

Inc. « Volavit ad me unus de seraphim et in manu eius calculus. Is. 6. Quia sinit diem munere gratie ». *Des.* « volavit. Reliqua dic precise sicut sunt relata in precedente sermone ». = Auctor etiam ex ord. Min., nam titulus in hunc modum profertur: « De beato patre *nostro* Francisco ». Sermones alios huius codicis, quorum auctores non apparent, plures saltem ad Scriptores ord. Min. pertinere non dubitamus.

Cod. n. 407 (S. II. 6. 7) chart. mill. 390×210, ff. 527, partim binis columnis partim lineis plenis exaratus saec. XV prope finem. Ex diversis compactus codicibus. Ligatura recentior membranacea. Codex miscellaneus continet de re franciscana:

1. (f. 209v-210v) [Epistolam Fr. Antonii a Cremona].

Inc. « Facis tu quidem frater officium tuum, facis et rem mutua correctione nostra ». *Des.* « quamprimum absoluta remitte mihi concupisco: Ex cenobio tranquille paupertatis apud Ticinum idibus Maii. — Antonius Cremona frater Ordinis Minorum ».

2. (f. 210v.-213v) [Epistolam cuiusdam Antonii, Mediolani datam Kl. Iuniis et eidem Fratri Antonio directam].

In hac epistola de Ord. Min. et de sermonibus Patris Bernardini (?) nonnulla proferuntur. Sequuntur aliae litterae *Domino* Antonio Cremonensi directae a Guarino Veronensi et Antonio Panormitano, qui quidem *Dominus* Antonius Cremon. idem fortassis est ac frater de quo supra. = Cl. P. Fidelis a Fanna alium invenit codicem epistolarum Fr. Antonii a Cremona in bibliotheca Escurialensi COD. 118. 6 (ol. Alcalà E. 2. n. 96). De Fr. Antonio a Cremona cfr. Waddingum, *Scriptores* ed. Romae 1806 p. 22. Sbaralea, *Supplementum* p. 74.

Cod. n. 408 chart. mill. 290×200 ff. 279 praeter nonnulla insiticia tam in principio quam ad calcem prope finem saec. XV, occassione novae ligaturae inserta. Nitide exaratus duabus columnis ab unica manu cum Titulis rubricatis litterisque capitularibus rubeo et caeruleo charactere alternatim. In dorso ligaturae: *S. Bernardino* | *de cristiana* | *Religione* | *Saec. XV.* Folium 1v pulchre in marginibus auro minioque ornatum. Incipit cum littera **N**, in cuius vacuo S. Bernardinus populo in ambone praedicans eleganter est depictus. Saeculares fideles et fratres Sanctum concionantem, qui caput coopertum caputio habet, auscultant. Ad manum dexteram Nominis Iesu monograma perspicitur. Adest in codice:

[**Tractatus de Religione Christiana** auct. S. Bernardino Senensi].

Inc. « Nunc manent fides, spes, caritas tria hec. 1. Cor. 13. Religionis christiane munde et immaculate sanctimoniam contemplantes ac miserabili eius ruine compatientes ». (f. 277va-278ra adsunt versus: *In fuocho lamor me mise* etc. Des. *Sempre in cor portato*). *Des.* opus f. 278ra, « sentimus qui nec loco concluditur nec tempore variatur, immensus, aeternus, benedictus, benedicibilis ac benedicendus per infinita secula seculorum. Amen ». *Rubr.* « Explicit opus fratris Bernardini de Senis ordinis Minorum de Christiana religione ». Additum ab alia manu: « Et est ad usum Vincentii de Granchis de Florentia Fratris Conventus ordinis Minorum ». = Haec ultima verba supra nomen alterius antiqui possessoris scripta fuerunt. Sequitur tabula sermonum et post ipsam f. 279ra *Rubr.* « Finitus tractatus de christiana religione pro tota

quadragesima editus per Fratrem Bernardinum de Senis ordinis Minorum ». Editus habetur inter ipsius Sancti opera. Cfr. ed. Venetiis 1754 t. I ubi tamen desunt versus: *In fuocho* etc. = Ad calcem codicis duo brevissima capita (secundum et tertium) alterius operis forsitan S. Bernardini. *Inc.* « Quod subtilitates credendorum in causa est quare a turbidis oculis non videntur et non creduntur cap. 2um. — Secunda causa est ».

Cod. n. 414 (N. I. 23-25) chart. mill. 190×140, ff. 42, a diversis exaratus manibus saec. XV et ex pluribus compactus codicibus. Ligatura membranacea, et in folio, quod adest in principio pro custodia, index contentorum praemittitur. Codex miscellaneus pauca, quae sequuntur, de historia franciscana nobis praebet:

1. (f. 32r-32v). Ioachim de novis ordinibus in Concordia maiori de beato Francisco.

Inc. « Erunt duo viri unus hinc alius inde, qui duo ordines interpretantur, unus italus scilicet de Tuscia et alter ispanus ». *Des.* « scriptum est in evangelio Domini qui non est mecum contra me est ».

2. (f. 34v.) Hoc est ex Legenda veteri beati Francisci de dispositione sive hominis utriusque.

Inc. « O quam pulcher ». *Des.* « peccatorum amator ». = Est fragmentum Legendae primae Celanensis quod cap. 29. n. 83 respondet.

Cod. n. 420 (M. III. 22) chart. mill. 210×155, ff. 16, lineis plenis exaratus saec. XVI. Ligatura recentior eaque satis elegans; in dorso haec exhibetur inscriptio: *Pico* | *della* | *Mirand.* | *Defensio* | *Savon.* | *M. III.* | *N. XXII.* | Praeter folium quod custodiae inservit, in principio quotuor insiticia vacua remanent, in quorum quarto verso legitur: *Originale di mano del Pico. Così stava nella coperta vecchia di questo ms.* Ad calcem praeter folium custodiae alia septem vacua iacent.

In f. 1r *inc.* « Defensio Hieronimi Savonarole ferrariensis Adversus Cassimensem per Ioannem Franciscum picum Mirandulanum edita. Ad *Hieronimum Torniellum* ordinis fratrum Minorum generalem Vicarium. — Oppido quem ». *Des.* f. 16v « lumen affatim impertiat ».

Cod. n. 434 membr. mill. 140×110, ff. 263, nitide binis columnis et lineis plenis exaratus, quamvis non sine mendis, saec. XIV prope finem. Initiales et tituli rubeo charactere exhibentur. Membrana ligatus, et in folio custodiae manus recentior indicem operum, quae in codice continentur, apposuit. In f. 2v a posteriori manu haec notula fuit scripta: *Hic liber quatuor evangelistarum cum vita sancti Francisci est presbyterorum societatis sancti Sebastiani extra muros Florentiae in ripa Munionis fluminis. Pag. 214. Collationes Ab. Isaacii.* Codex miscellaneus continet inter alia:

1. (. 113r-194r). [Vitam S. Francisci a S. Bonaventura conscriptam].

Rubr. « Incipit prologus in vita beati Francisci ». *Inc.* « Apparuit ». *Des.* Vita f. 173r. « virtutis altissimi cui est honor et gloria per infinita secula seculorum Amen ». — *Rubr.* « Explicit vita beati Francisci. Incipiunt quedam de miraculis ipsius post mortem ostensis et primo de virtutibus sanctorum stigmatum ». *Inc.* « Ad Omnipotentis ». *Des.* f. 194r « ad laudem et gloriam unius Dei et trini qui vivit et regnat in secula seculorum Amen ».

2. (f. 194rv.) [Epistolam Fr. Hieronymi Min. Generalis Capitulo Paduae directam].

De hac epistola cfr. ea, quae scripsimus in AFH I, pp. 85-87, ubi tamen annus erroneus indicatur, quia revera, — cf. AFH II, 7. ss., — in hunc modum terminatur epistola: *Dat. Rome, Anno Domini M°CC°LXXVI° tercio non. maii. Amen.* Post finem epistolae, quam ibi edidimus, addit codex: « Finita legenda beati Francisci. Deo gracias. Amen ».

Cod. n. 439 membr. mill. 160×115, ff. 50, ab unica manu saec. XV lineis plenis exaratus. Tituli capitulorum et litterae initiales rubeo colore exhibentur. Desunt tituli, quorum locus vacuus remanet, inter ff. 9v-10v; 18v-20v; 28v-30r; 36v-40r. Ligatura membranacea recentior. Codex nomen auctoris non profert, sed certe est *Fr. Ioannis a Rupescissa ord. Min.*

Tit. « Primus liber de consideratione quinte essentie omnium rerum transmutabilium ». *Rubr.* « In nomine Domini nostri Ihesu Christi incipit liber de famulatu philosophie evangelio Domini nostri Ihesu Christi et pauperibus evangelicis viris ». *Inc.* « Dixit Salomon Sapientie c.° VII.°: Deus dedit horum scientiam veram, que sunt, ut sciam dispositionem orbis terrarum et virtutes elementorum, initium, consummationem ». = In folio 34r haec leguntur: « In hoc ergo finit primus liber de consideratione quinte essentie appellatus, ad gloriam et laudem omnipotentis Dei et Domini nostri Ihesu Christi et gloriose semper virginis matris eius et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et beatissimi patris *nostri* Francisci ad consolationem evangelicorum virorum et honorem ecclesie Dei. Amen. Explicit liber primus ».

« In nomine Domini nostri Ihesu Christi incipit liber secundus qui de generalibus remediis appellatur ». *Inc.* « Licet primus liber qui est ». *Des.* opus f. 45r his verbis: « Nihil efficacius spasmum sedat quam nobilissima quinta essentia vel in eius absentia aqua ardens. Deo Omnipotenti Patrique Filio et Spiritu Sancto sit laus per infinita secula Amen ». = Reliqua folia quae sequuntur continent recepta medicinalia alterius auctoris. Opus iam typis excussum fuit, de quo cfr. Sbaralea, *Supplementum* p. 460. Alius huius operis codex saec. XV invenitur Florentiae in bibl. Nation. Pal. 695 [621. — E. 5, 9, 24] Cfr. *I Manoscritti della Biblioteca Nazionale di Firenze.* Roma 1890 t. II p. 248.

(Continuabitur).

Ad Claras Aquas (Quaracchi) die 12 Oct. 1908.

P. Athanasius López, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

Leo L. Dubois, *S. M. Saint Francis of Assisi Social Reformer. A Dissertation submitted to the Faculty of Philosophy of the Catholic University of America in partial fulfilment of the requirements for the Degree of Doctor of Philosophy.* — Washington, D. C. 1904. in-12° pp. 251.

Hilaire de Barenton, O. M. Cap. *L'Action sociale de François d'Assise d'après des documents peu connus.* — Paris, aux bureaux de l'Action Franciscaine [1907] in-8° pp. 53.

Quamvis optimis atque primitivis fontibus Vitae S. Francisci et Ordinis sui utatur, Thesis Dr. P. L. L. Dubois, non omnibus suis partibus opus mere historicum est, deficientibus saepius dictis explicitis fontium de themate quare e philosophia historiae, uti aiunt, plura ab auctore docto et perspicaci inferuntur. Opus ardenti animo inceptum, calamo scito evolvitur, larga in basi, quam sibi, actionem salutarem S. Francisci et temporis illius adiuncta undequaque considerans atque explicans, auctor sollerter efformavit, et quadamtenus procreavit. His adiunctis magis caeterum immorandum fuisset, quia opinamenta de eis vigentia (cf. p. 17, 20) non ubique fundata dici possunt. In Appendice *de Legendis S. Francisci* etc. disserit (219-36), plurimamque bibliographiam franciscanam modernam affert (237-50); pauca vero opera, historiam generalem indolemque saeculi XII et XIII indagantia indicantur. Hanc summarie quidem exponit introductio 7-28. — Cap. I, 31-46, quod '*History*' sed non exclusive inscribitur, vitam et opera Sancti atque primorum Sociorum suorum actionem socialem, uti nunc dicitur, adumbrat, quam magis evolvit cap. II, 46-55; tum media optatae reformationis, 46-53: i. e. paupertatem, praedicationem, curam aegrorum (leprosorum) II^um^ et III^m^ ordinem describit, tum effectus horum mediorum: socialem pacem et vitam christianam,... quantum rarae notitiae hoc permittunt, uti innuit auctor p. 55. — Pars II characterem seu ingenium S. Francisci depingit, uti Sanctum cap. I (69-76); cap. II vero uti hominem animi motuum facile compotem (76-87), uti reformatorem animosum (87-93), atque « *Idealistam* » conceptibus populi sui aevi mire se conformantem (93-102). Sic, uti exponit Cap. III, Franciscus: Dux factus est 1° confidens '*missioni*' suae (103-112) 2 influxu suo individuali (112-16) 3° et structura seu organizatione ordinum a se fundatorum et ab aliis, quia ipse dono hoc carebat, bene ordinatorum (116-132); 4° factus est reformator vere catholicus (132-141). — Pars III (146-201). Francisci conceptus circa reformationem socialem digerit, quam describit cap. I. '*comprehensivam*', omnes Christianos et Gentiles complectentem, totumque hominem (145-

75), cap. II *'religiosam'*, et *'conservativam'*, iuxta principia tunc in ecclesia et societate recepta 174-88 et cap. IV (189-201) ab individuali incipiente.

Ex se patet pluribus in locis eadem facta repeti, alio sub angulo considerata, quod inspecta indole operis, mirum non erit neque hoc increpandum est. — P. 12 lege 1226 pro 1224 i. e. anno obitus S. Francisci. Epistola quae p. 55 in Archivo Bononiensi asservata dicitur, aliud non est, quam epistola illa Thomae archid. Spalatensis, inde a Sigonii tempore saepius edita cf. *Bibl. Hag. Lat.* I, 3112.

2. Quaestionum a L. Duboi evolutarum P. Hilarius docte et partim nova sub luce unam tantum considerat, nempe actionem socialem S. Francisci in urbe sua Assisio, occasione praesertim luctarum *maiores* inter et *minores* i. e. divitum et potentium contra plebem et servos, 1205-1210, (p. 25-30). Documenta illa parum cognita, sunt, ea quae Cristofani, *Delle Storie d'Assisi, libri sei,* III[a] ed. Assisi 1902. 1 vol. in-8° ediderat. Suntque 1[m] instrumentum pacis nov. 1203, p. 22-3 (Cristofani 59-63); 2[m] p. 26-7 instr. Conventionis inter Perusium et Assisium de exulibus reducendis, factum 2 Sept. 1209, (Cristofani, 83-4); 3[m] p. 27-9 Conventio inter *Maiores* et *Minores* Assisii 9 nov. 1219, (Cristofani 79-92). Cap. V (33-45) valde probabile reddit, factum ceteroquin iam communiter admissum, licet *probari* nequeat, nempe *Sancto Francisco* conventionem an. 1210 deberi. Sancti quoque vitam sub aspectu politico considerat, quia Patri et domui renuntians 'servus' et 'minor' factus est (36), 'garcio' in monasterio Montis Subasii (?) ut sic novum 'herum' habeat, sed frustra, 37s. Inscriptio apsidis S. Mariae Assisii videtur autem anni 1216 non 1210, neque adeo neglecta fuit, uti credit auctor, cf. AFH I, 250; *Misc. Fr.* II, 33-7. — P. 1-25 agit modo generali de *servis* et *heris* medii aevi, de re politica c. 1200 (papatu, imperio), et religiosa (haereticis) summatim agit.

P. Michael, Bihl, O. F. M.

Tocco Felice, *Studii Francescani.* — Napoli, Francesco Perrella, editore 1909, in 12°, pp. VIII, 557. Lire 6. (*Nuova Biblioteca di Letteratura, Storia ed Arte* diretta da Fr. Torraca, vol. III).

Istius generis collectio dissertationum de variis argumentis ad ordinem Fratrum Minorum spectantibus, et decurrentibus viginti ferme annis, pluribus in periodicis Italiae a celeberrimo Professore Florentino olim vulgatis atque quodammodo sparsis, plurimis cum Italis in oris, tum foris, gaudio magno erit. Quodsi enim illis non semper facile fuit discussionum dictarum summam prae manibus habere, his impossibile quadamtenus exstitit. Modo vero uno ictu, ut ita dicam, disceptationes clarissimi et doctissimi viri coram habent. Harum varietas, quindecim capitulis distincta, requireret, ut totum indicem hic proferremus. Non enim ex se collectionem concordem ac homogeneam unius speciei constituunt, sed uno genere sub titulo enuntiato comprehenduntur. Generatim dissertationes eodem prorsus tenore quo olim, quando vel novis libris aliorum (Sabatier, Ehrle, Denifle, Minocchi, Lempp, etc.), vel novis documentis ab ipso auctore in lucem feliciter protrahendis, causabantur, hic quoque denuo typis mandantur, adiectis interdum additamentis (48, 130) et notis (296, 352, 355, 377, 390) sed rarioribus. Potuerunt enim, harum longe maiore numero, dissertationes quaelibet melius statui quaestionum hodierno adaptari, quia plures earum, iam facies valde mutaverunt. Reproductio ergo fidelior disceptationum de rebus controversis agentium, nunc

vero interdum iam alia in luce apparentium, fructus huius libri pluribus lectoribus difficiles carptu reddit, praesertim iis, qui primum quaestiones istas, ductu cl.mi viri, aggredi vellent. Non deerunt forsitan, qui quaedam dicta dissertationum in periodicis olim editarum, ad unguem repetita, v. gr. *in questo stesso Archivio* etc. (130, 27, 199, 380, 394 etc.) molesta reputent, sed considerent, velim, isti se ita plenius convinci de genuino auctoris sensu. Iste sibi proposuerat collectionem incipere cum diss. V. p. 118-130, scil. *de Vita S. Francisci secundum* cl. *P. Sabatier,* ast typothetae negligentia neglectus et inversus fuit ordo chronologicus. Nos typothetae insuper opprobremus oportet, quod in sphalmatibus, negligentia sua irreptis, corrigendis negligentior fuit, cf. p. 1, 8, 25, 38, 49, 51, 5,... 85, 6, 8, 9, 90 etc. etc. et 390 ubi paginam, ad quam revocatur i. e. 346-52, omisit.

Dissertatio dicta V^a^, sicut plures aliae, recensionis, uti nunc aiunt, indolem potius habet, in qua doctissimus Professor exponit, vel quantum assentiat auctori libri, vel quantum ab eo discrepet, allegatis rationibus, quae assensum suum retinuerunt, retraxeruntque. Negat ibi luctam illam acrem inter S. Franciscum et ecclesiam (126-7). Adiungens autem retractationem clari Sabatier in quaestione Indulgentiae Portiunculae 128-37; poterat quoque addere 129 l. 14 ss. agi revera de *Tractatu Miraculorum* Fr. Thomae de Celano etc. — Prima diss. *de Speculo Perfectionis* opiniones Sabatier admittens, in *Speculo* interpolationes etiam posteriores postulat (4-6) et ipsum, quamvis Fr. Leonis, tamen collectivam vocem et expressionem Sociorum fidelium S. Francisci aestimat, longe ante 1250 [??] compositum. (11). — In Diss. II De *Leg. Trium Sociorum* non solum eiusdem reconstructioni, a PP. Marcellino a Civetia et Theoph. Domenichelli an. 1899 tentatae, assentit, sed etiam contra clarum Della Giovanna authenticitatem *Speculi Perf.* denuo defendit (27-46); Salv. Minocchi ob *Legendam Antiquam* in Cod. Vatic. Cappon. 207 esse credentem impugnat (48-53), et *Legendam Trium Sociorum* illam *completam* contra Barbi et Tilemann propugnat (53-64). — Diss. III de fontibus antiquissimis Legendae Franciscanae (65-102), opiniones Sabatier de Legendis Celanensibus et de *Speculo Perf.* tuetur (66-80), et Tamassiam pluribus in rebus refutat (80-100). — In Diss. IV p. 109 seqq. opinatur cl. auctor Fr. Eliam translationem S. Francisci executioni mandasse ante tempus praefixum, quia Gregorio IX ad festum hoc non veniente, ob debilitatem [?] Iohannis de Parma sollemnitas nimis disturbari potuit a Fratribus rigorosis, novae Basilicae infestis. Sed infero, si Fr. Elias adeo audax fuit, potuit etiam confidenter resistere pluribus, et maior sollemnitas auxisset dignitatem novae suae ecclesiae! Neque illa occasione (1230) Elias electus fuit Minister Glis (112, l. 14) sed duos annos post (1232). — P. 115-7 repetit hypothesim suam (quin eam tamen probet), discordiam inter Gregorium IX et Fr. Eliam e causis politicis ortum habuisse. P. 116 l. 15 legas *generale* pro *provinciale;* cf. l. 17. — Diss. VI. *L'ideale Francescano* diserta oratio est, quam facundus auctor habuit Assisii 6 aprilis 1906. — In Diss. VII *De primordiis franciscanis* denuo opinamenta Sabatier et P. Mandonnet contra Goetz defendere satagit; sed parum feliciter locum illum Iacobi de Vitriaco Hist. occident. l. II c. 32, quem 178-183 refert, explanat. Etenim Vitriacensis institutum ordinem nominat 178 l. 15, a Papa confirmatum 179 l. 14, neque eum solis laicis constare dicit, cf. et 186 l. 1 ss. P. 187, l. 7 ss. arbitraria explanatio videtur, uti etiam dicta a cl. Tocco 175 l. 15 ss. — In Diss. VIII. *De Evangelio aeterno* (191-222) contra P. H. Denifle aliquas opiniones suas vindicare studet, im-

merito certe Iohannem de Parma auctorem *Introductorii in Evangelium aeternum* asserens 196 ss. Hoc e depositione Iohannis a generalatu inferri nequit, quia huic provocandae sufficere potuit Iohannis favor Ioachitis saepius praestitus. Guil. de S. Amore tunc cancellarius Parisiensis non fuit (191, 158), et Gerardinus de Borgo S. Donini nequaquam impunis remansit, sed severissime castigatus fuit. Cf. Salimbene, *Chron.* ed. Parmae 1857 p. 102-3,233; ed. Holder-Egger p. 237-8, 455-6. *Chron. 7 Trib. IV* ed. Ehrle ALKG II, 283.

Inde a Diss. X, in fine cuiuslibet, documenta rara, aut, et hoc in genere, inedita olim, quousque ab eruditissimo professore Florentino vulgata erant, inveniuntur; inter quae praestant: docc. p. 321-38 de *Spiritualibus* sive potius *Fraticellis in Armenia* (1332-35), ipsorum epistolae, depositiones, utique eis infestorum! contra ipsos et documenta p. 531-546 de Fraticellis Tuscis prolata. Haec ultima notata sunt AFH I 186. Accuratius autem interdum codicis folia seu paginae indicandae erant (Cod. Magliab. XXXIV 76 Bibl. Nat. Florentiae) v. gr. p. 515 l. 27, ubi revera a fol. 97 r ad 98 r transilitur; p. 520 l. 1 ubi lacuna in MS. etc. — Documenta illa de Fraticellis Armeniae, sumpta ex *Archiv. Vat. Reg. Aven. 54 Bened. XII.* tom. XII, antea a cl.mo D. Tocco vulgata erant ap. *Rendiconti della R. Accademia dei Lincei.* Roma 1901. — Pag. 293-4 habes prologum versionis italicae, *Scalae Paradisi,* iuxta versionem latinam *Scalae* ab Angelo Clareno confectam; p. 294-6 extractum e Breviloquio Angeli Cl. sec. cod. S. Marci Venet. Cl. III. cod. 107; quem tractatulum ed. P. Nic. Mattioli, O. S. Aug. *Il Beato Simone da Cascia*, Roma 1898, (*Antologia Agostiniana,* vol. II) 471-87. — Pag. 296-310 duas epistolas eiusdem: I^m ad Philippum de Castro Mili etc. et II^m ad Philippum de Maioricis O. F. M., respective partim editae, ap. ALKG I 553 (non 55) et 566 [non 586]-569. — Documentum (346-9) post Diss. XIII p. 339-46: *De processu* (1362) *contra Ludovicum de Durachio* editum, postea cum aliis publicavit P. Ehrle l. c. IV, 96-100.

In Diss. XV analysi subiicit, plerumque eis assensum praebens, elucubrationes celebres R. P. Ehrle in *Archiv. f. Litt. u. Kirchg.* (ALKG) I-IV vulgatas; quae in paginarum fronte non nomen P. *Franz,* nescio cuius, sed *Franz Ehrle* prae se ferre deberent. — Quoniam 352 adnotatur documentum editum p. 346-352 totum postea fuisse vulgatum a P. Ehrle, ALKG IV, 96-102, notare quoque potuit p. 338 processum contra Fr. Andream de Galliano nunc totum editum a C. Eubel. *Bull. Franc.* VI, 597-627. — Dicta falsa p. 344 (in nota) iam ex aliis in p. 390 corrigi poterant, unde saltem ad p. 344 remittendum fuisset. De facto Fr. Thomas de Boiano, O. F. M. episc. Aquinaten. an. 1354 mortuus non est, sed ad Fraticellos declinavit, qua de causa Innocentius VI successorem eius Guillelmum, Montis Rocarii archipresb. nominavit (1354, 15 oct.); credens Thomam mortuum. Detecto errore, Guilelmum administratorem instituit (1357, 24 Mai) et deposito Thoma, iterum episcopum eum nominavit; cf. ALKG IV, 108. Eubel, *Hierarchia,* I, 100; *Bull. Franc.* VI, n. 496 (p. 226), n. 665, 729. — Fr. Angelus de Clareno nunquam 'honores beatificationis' obtinuit, uti p. 384 asseritur. — Notes, velim, (cf. p. 283 not. 1.) prologum versionis (italicae) *Scalae Paradisi*, Ioh. Climachi p. 293-4 et antea a cl.mo. F. Tocco ap. *Bollettino della Società di Storia Patria Ant. L. Antinori,* VII punt. XIV, Aquila 1895 vulgatam, iam diu antea, cum textu libri, editum fuisse in op. Ant. Ceruti, *La Scala del Paradiso di S. Giovanni Climaco,* Bologna 1875 p. 10-2 (*Collezione di opere inedite o rare dei primi tre secoli della lingua, pubblicate per cura della R. Commissione pe'testi di lingua nelle provincie dell'Emilia*). — Index nominum 547-58, notis brevibus appositis, usum libri fecundiorem reddet.

Collectionis insignis professoris florentini, tum discussionum varietate, tum documentis multis summi pretii, plures quaestiones historiae ordinis Fratrum Minorum, per saecula XIII^m et XIV^m, illustrantis, volumen etiam secundum mox publicandum, summo gaudio omnes historiae franciscanae deditj suscipient atque iam sibi dari exoptant.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Leo L. Dubois, S. M. *Thomas of Celano, the Historian of St. Francis of Assisi,* in periodico: *The Catholic University Bulletin.* Vol. XIII. nº 2. April 1907. Washington p. 250-268.

Auctor plerumque innitur nova editione operum Fr. Thomae de Celano ad S. P. Franciscum spectantium, (AFH I, 627) quam aestimat definitiva perfectione pollere: « *It is decidedly the standard edition of Thomas of Celano's works on St. Francis.* ». Adumbrata biographia Fr. Thomae (p. 250-255), in II et III parte de eius operibus dissertationem texit. Statim adnotamus ad p. 255 conventum Talliacotii non in custodia Marchiae, sed in custodia Marsicana (in Aprutiis) situm esse. Pars II fata librorum Fr. Thomae enarrat p. 255-58, dum tertia de eorum valore agit. Cl. Dubois Fr. Celanensem a reprehensionibus ipsi saepius adspersis tergere toto animo nititur, apte distinguens inter ea, quae obiecta sunt Thomae cum fundamento, et quae sine causa. Primo loco disceptat de Benedictione a S. Francisco moribundo data. Consideratis diversitate temporum, qua Vita I et II conscriptae sunt, fatisque Fr. Eliae, satis explicatur duplex narratio differens *eiusdem* facti, cuius substantiam non mutavit narrator (p. 258-63). Sed et Gregorium IX misere adulatus est, aiunt, Fr. Thomas, blandus scriptor. Respondet cl. Dubois: tunc temporum omnes scriptores blandiebantur quodammodo! (p. 263). Sic potius rem inter Franciscum et Cardinalem Ostiensem stetisse putat defensor: Papa, eiusque medium i. e. dictus Ostiensis, exemplar omnino perfectissimum, quod aemulabatur S. Franciscus minime fregerunt vel destruxerunt, sed effecerunt, ut viribus communibus quodammodo attingi posset, non solum heroicis. Et Franciscus et Cardinalis demum consentiebant. Aliis occasionibus Hugolinus cedebat; cf. *Speculum Perfectionis* ed. Sabatier. Paris 1898, cap. 6, 23, 43, 65, (p. 264). Insuper Thomas, *non magis* quam 3 Socii et S. Bonaventura silentio premit internas ordinis dissentiones (p. 264-5). Praeterea: 'Celanensis, aiunt, ita ancipitis animi erat, ut duplicem in partem abiret, in Leg. I causam *tepidorum* in Leg. II sectam *zelosorum* secutus? Conceptus ipsius non omni tempore iidem permanserunt?' Haec criminatio ruet, si consideraveris, Thomam Legendam I^m proprio stylo atque penna condidisse, in Leg. II^a autem aliorum, praesertim *Sociorum* documenta praeiacentia in unum compegisse opus (cf. Leg. II. n. 223, ed. d'Alençon p. 338), p. 265-66. Denique ex illis documentis etiam *Speculum Perfectionis* et *Legenda 3 Sociorum* confecta sunt, (p. 266-67). Quae hypothesis explicat cognationem inter partem I^m Leg. II^ae et *Legendam 3 Soc.* ex una, et inter partem II^m Leg. II^ae et *Speculum Perfectionis* ex alia parte. — Suum esse negat cl. Dubois, Fr. Thomam de Celano ab *omni* vituperatione immunem dicere vel eum nihil excusandum habere. Legenda secunda *personam* Fr. Thomae interdum valde sapit; utraque legenda dependet quoque ab illis, qui materiam scribenti subministrarunt. (Hugolinus, Elias, alii pro Leg. I; 3 Socii pro leg. II, p. 267). Nihilominus tamen in utroque opere

pro scientia sua sincere locutus est: (p. 267) *In both cases he spoke to the best of his knowledge and his narratives, though at time* (p. 268) *reflecting the sentiments then prevalent in the order or among his informants, are not the less true to facts.... He remains the first and most reliable exponent of Francis's life.*

P. Michael Bihl, O. F. M.

Franz Dr. Adolph, *Drei deutsche Minoritenprediger aus dem XIII. und XIV. Jahrhundert.* — Freiburg im Breisgau, Herder, 1907. — 1 vol. gr. in-8⁰ XVI, pp. 160.

Omnes sane norunt celeberrimum F. *Bertholdum de Ratisbona,* qui medio aevo maximus in Germania verbi divini praeco extitit, quique illius terrae regiones peragravit, ubique pluribus millibus hominum e suggestu, sub divo erecto, evangelicas veritates annuntians, vi et arte singulari uberrimos fructus spirituales ubique locorum, in quibus pedem fixerat, protulisse. Sed et discipulos formavit, qui pro viribus magistrum adeo singularem aemularentur. Hi vero, — quos Fratres Minores fuisse re ipsa iam patet — parum noti erant. Gratiae igitur referendae sunt quam maximae Dr. Ad. Franz, eruditissimo professori universitatis Monacensis (Bavariae), qui iam tot lucubrationibus e manuscriptis ignotis haustis, aetatem, quam mediam dicunt, illustraverat, quod hoc novo opere, innitenti codicibus tum in Austria, tum in Germania adservatis, tres Fratres Minores, oratores sacros saeculorum XIII et XIV notos reddidit, eorumque opera homiletica iudicio tam sano atque acuto subiecit. Pauca tantummodo horum operum typis evulgata erant, sed pro omnibus rite lucidandis Manuscripta, per tot loca dispersa, indefessus medii aevi perscrutator quaesivit, perlegit, exscripsit, illustravitque. Haud difficulter hinc perspicies, qua improba contentione virium opus fuerit, ut opera illorum Fratrum Minorum in lucem denuo extraheret. Sunt vero tres isti concionatores germani medii aevi: Fr. *Conradus de Saxonia* vel rectius de Brunopoli (Braunschweig), Fr. *Ludovicus, Graeculusque.* Secundi cognomen ignoratur, tertii vero etiam ipsum nomen, cum Graeculus evidenter nonnisi nomen fictitium, supposititiumve videatur.

Fr. *Conradus, minister Saxoniae,* provinciae florentissimae tum olim tum nunc Germaniae Septentrionalis fuit; eidem Provinciae caeteri duo quoque accensendi *videntur.* Fr. Conradus. († 1279) auctor est quoque: *Speculi B. M. Virginis,* cuius editionem criticam in *Bibliotheca ascetica franciscana medii aevi* t. III. Ad Cl. Aquas 1905, habes. Sermones Conradi saepius S. Bonaventurae adscripti sunt. Manuscripta, quae cl. auctor recenset et *de Tempore* et *de Sanctis* tractant, numero inter se differunt, sed saltem *366 Sermones* exhibent, (cf. p. 38), inter quos quidam ex officio pro praelatis et religiosis compositi sunt (p. 21). Aliae conciones *thematicae* dicendae sunt, secundum modum Homileticorum, aliae vero *emblematicae* (25). Assonantias vocabulorum saepenumero adamat Conradus, (26), qui stricte secundum exigentias logicae Scholasticorum thema evolvit (26). Saepissime S. Scripturam allegat typologice eam interpretatus (27), plures quoque versus immiscet concioni latine conscriptae, quantumvis germanice declamanda esset. (18. 29-32). Palam proclamamus eruditissimum auctorem repperisse (et probasse (p. 40-45) sic dictum Concionatorem (anonymum) Nigrimontanum [*Der Schwarzwälder Prediger*] in describendis sermonibus suis germanicis plane usum fuisse opere Fr. Conradi. Hanc ob rationem cl. Franz recte infert: eo

magis exinde constare anonymum illum Fratrem Minorem fuisse, p. 40. Cf. F. K. Grieshaber, *Deutsche Predigten des 13. Jahrhunderts, 2 Abt.* Stuttgart 1844-1846. — En quae Fr. Conradus de Brunopoli, Holzinger probabilius agnominatus, *de Paupertate* in Concione I et II pro Dominica Pentecostes disserens, de summo huius virtutis gradu profert: p. 38. « Tertia perfectio vel consummacio paupertatis est, relinquere omnia, et superflua et necessaria, relinquere, inquam, in communi et in speciali. Ista perfectio, fratres carissimi, ad nos pertinet secundum regulam. Unde nobis datum est signum trium annorum. [*Intellige hoc secundum thema concionis*]. Et certe usque ad tempora b. Francisci omnes fere in tercio signo defecerunt. Sed iste servus Domini Franciscus ambulavit nudus et discalceatus, ut nobis trium annorum id est extremae perfectionis paupertatis signum esset ».

Conciones Fr. *Ludovici* (p. 49-108) minorem rigorem scholastici ordinis prae se ferunt, maiorem econtra versibilitatem variam, quae illos eo gratiores legenti reddit. Plures subdivisiones, variique coloris digressiones admisit, quibus in partibus sensus typologicos liberius explicat, diversasque res, ad culturam et mores sui aevi facientes conglomerat. Quosdam locos auctor selegit, et minutatim propositos, apte notulis elucidat, v. gr. quae Fr. Ludovicus dixit de ecclesia et mundo (60-70), de aetatibus mundi et de Antichristo, (70-80), de haereticis et diabolo, quem depingit homines seducentem « per 7 musicalia instrumenta » (83, 80-86), quae de statibus hominum, nunc laudando, nunc increpando edicit (86-94). « Sunt » inquit, p. 90 seq. « sub regula Francisci, qui dicunt se humillimum patronum habuisse et secundum evangelium vixisse et ideo eorum ordinem approbatum. Non te sanctificat Francisci humilitas, sed tua bonitas. Considerate vos, qui sub his tribus regulis [scl. Augustini et Benedicti, Francisci] degitis, si sitis obedientes, veri pauperes et continentes, et qui hoc melius servaverit, in meliore regula erit ». O praeclarum et aequum iudicem! — Alia in sacra oratione nomen Balaam explicans: « *praecipitavit fraternitatem* », « Heu, exclamat, quot religiosi istum sequentur in iudicio! De isto Balaam dicitur, quod non vidit angelum, sed asina (cf. Num XXII 23). O quam mali religiosi, qui rudiores sunt asinis suo modo! Hi Balaam sequuntur et cum Balaam dampnabuntur! » (p. 92). Sic reprehendendo diversorum statuum vitia, ut ea corrigat, plurimum imitatur Fr. Bertholdum de Ratisbona. — Hunc Provinciae *Saxoniae* fuisse non probatur satis (55); tertium vero in Austria vixisse coniicit cl. Franz (115).

Quid *Graeculi* nomen significet, nescit auctor, nescimus et nos. Huius pseudonymi Fratris Minoris conciones (p. 107-157), quae etiam: *Piper* inscribuntur, ineunte saeculo XIV compilatae sunt, habentque hoc proprium, quod narrationes et exempla undique deprompta plurima referunt, secundum morem concionatorum medii aevi, cui mori aliqui plus aequo indulgebant. Hoc in vitium non ruit Frater ille, quem Graeculum dicere debemus, cum nomen verum ignoremus. Conicit auctor hoc nomen ideo ei adiectum fuisse, quia in partibus orientalibus fortassis missionarius versatus sit. Equidem possibile hoc est, licet nihil opinionem fulcire queat. De *S. Francisco* concionans, quem Salvatorem mundi proclamat, facit hunc sanctum honorari per omnes « ordines spirituales in ecclesia, scilicet [qui sunt] sacerdotalis, monachalis, scil. S. Benedicti, Augustini, Dominici, Francisci, Cruciferorum, Reclusorum et aliorum heremitarum et beginarum devotarum, quae in habitu religioso vitam ducunt devotam et sanctam inter homines, etsi non in monasteriis, tamen secundum

ordinem vivunt divinum » (p. 114). Plura exempla a Fratre isto relata cl. auctor systematico ordine colligit eorum fontes docte indigitando. Maxima pars iam nota erat, quibusdam ipse Frater Concionator formam affusisse videtur. Omnia exempla doctis medii aevi perscrutatoribus, quos Germanistas (seu Romanistas) vocant, et theologiae popularis studiosis pergrata erunt.

Vix Graeculus e libro aliquo Alberti de Prussia relationem illam de SSmo Sacramento desumpsit, cum Alberti scriptum ignoretur; potius episcopus iste Pomesaniae, qui totam Germaniam saepius perlustravit tale factum (sive dictum) fratribus, Graeculo praesente, narrasse videtur. (p. 130, cf. 113-4). Recte animadvertit auctor in codice Bambergensi II. 30 Mauricium minus accurate dici *Dominum Mauricium;* scriptor codicis illius in oculis habuisse creditur Distinctiones Fr. Mauritii O. F. M. (saec. XIII): Huius autem operis natura sat indicat ideo opus « *piper* » vocatum fuisse, quia tot particulis, bene utique conditis, constat. Cf. Sbaralea, *Supplementum ad Scriptt.* (1806) 533 seq. Locus Graeculi p. 114: « *paupertatis horreo saciat turbam* [S. Franciscus] *Christi famelicam, in via ne deficiat* », excerptus est ex officio S. Francisci (III. Noct. VIII respons.) sicque auctoris opinionem corroborat Cf. J. E. Weis, *Die Choräle Julians von Speier,* München 1900, (p. XII); Hil. Felder, O. M. Cap. *S. Francisci Assis. et S. Antonii Patavini Officia rhythmica,* Freiburg, Schw. 1901, p. XXVII. — P. 57, l. 21 lege: *vobis* pro *nobis*. Quae eruditione plena auctor disserit de Fr. Stephano de Vesontione O. F. Praed. († 1294), quem probabilem auctorem *Alphabeti narrationum* existimat, non penitus quadrant. Opus enim hoc ineditum iam non potest dici; saltem versio antiqua anglica publicata fuit: M. Banks, *An Alphabet of Tales. An English fifteenth century translation of the Aphabetum narrationum of Etienne of Besançon part.* I. London 1904. Huius operis plures codices manu scripti extant in Anglia, Francia, Gallia, Germania, Austria etc. Ipse cl. Franz codicem monacensem latinum 147-52 (olim S. Emerami), ineunte saeculo XIV conscriptum, et Cod. Palatin. Vindobonensem 1710 (saec. XIV) manibus evolvit (p. 121 nota). Stephanum de Vesontione auctorem Alphabeti esse credit: *Histoire littéraire de la France* XX, 272 ss., ac Féret, *La Faculté de théologie de Paris. Moyen Age.* Paris 1894. t. II, 536, credidit quoque editor Banks. Contra hunc insurrexit I. A. Herbert in periodico *The Library,* London 1905. *January* 94-101: *The authorship of the Alphabetum narrationum.* Cum (ait Herbert l. c.): Codex Oxoniensis dicat, nomen auctoris efformari per litteras primas primarum vocum phraseum in introductione, *Coxe* ibidem legit: *Arnaldus,* secundum vero MS. Musei Britanici et Bibl. Nation. Paris. *Arnulfus Leodiensis.* Pars introductionis, quam e cod. Pal. Vindob. 1710 evulgat ipse cl. Franz p. 121 not. primam formam: *Arnuldus* exhibet! Huic revera Quétif, *Scriptores Ordinis Praedicatorum* t. I. Paris 1719, 721 adscribit: *Librum qui dicitur Narvaconi,* addens: « Quod compendio scriptum, quis forsan me felicior interpretabitur » Sine fato felici ultra modum, quisque videt 'compendium' hoc: *narracionum* legendum esse! De aetate Arnoldi Leodiensis nihil certi determinat Quétif. Cum autem Cod. a cl. Franz inspecti saeculi XIV sint, et ex alia parte iuxta I. A. Herbert, (*l. c.* 100,) in Alphabeto Fr. Herolt O. F. Praed. († 1468), allegetur, codex a Banks adhibitus interpolatus videtur. Conclusiones cl. I. A. Herbert ergo non omnino perstant, sed alia parte Arnoldus Leodiensis, potius auctor Alphabeti videtur. — Codicibus ab auctore enumeratis addendus est Cod. 164 (olim CLXI) Monasterii Su-

blacensis O. S. B. saec. XIV « *Incipiunt sermones Fratris Conradi... quondam ministri Saxoniae... de tempore et de sanctis;* cf. Allodi, *Inventario dei Manoscritti della Biblioteca dell' Abbazia di Subiaco,* Forlì 1891, (ap. Mazzatinti, *Inventario dei MSS. d' Italia*...) n. 164.

Qui respexerit indicem codicum manuscriptorum, quos eruditissimus et diligentissimus Dr. Ad. Franz adhibuit (sunt plus quam L! Cf. p. 156.) certe gratias quam maximas referet cl. auctori pro libro suo meritissimo, qui tres Fratres Minores primum notos facit et illustrat.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Ferdinand-Marie d'Araules, O. F. M. *Vie de St. Bernardin de Sienne.* Texte latin inédit du XVe siècle, publié par le R. P. F. M. d'A. — Rome Via Giusti 12 et Woluwe-lez-Bruxelles, 1906 in-8°, pp. XVIII, 44.

Van Ortroy, Fr. S. J. *Vie inédite de St. Bernardin de Sienne,* par un Frère Mineur son contemporain, ap.: *Analecta Bollandiana.* — Bruxellis 1906, to. XXV, p. 304-338.

1. Vita anonyma S. Bernardini Senensis hucusque incognita, continetur in codice manuscripto Bibliothecae Nationalis Parisiensis, (*Nouv. acquis. latines n° 758*), quem codicem cl. H. *Omont* descripsit: *Nouvelles acquisitions du Département des Manuscrits de la Bibliothèque Nationale pendant les années 1900-1902* in periodico: *Bibliothèque de l' Ecole des Chartes* t. LXIV. Paris 1903, p. 18-19. Auctorem vitae invenire datum non fuit. Constat tamen, ipso testante, eum fuisse saepius cum S. Bernardino conversatum, et aliquas res gestas ex ore Sancti accepisse. Aetate inferior Sancto fuit, siquidem effectus salutares primorum sermonum S. Bernardini, qui viginti quinque annos natus concionari incepit narrans, se tunc octo annorum fuisse asserit. Quaedam memoriae prodidit, quae apud alios Sancti biographos frustra quaereres; alia accuratiore expositione evolvit, alia planiore, ut ita dicam, modo, sine praeoccupatione illa, quae hagiographos mediae aetatis vetabat sanctos humana ac naturali facie depingere, quippe qui humani nihil perpessi essent. Exponens, quomodo usurarius Vicentiae ante sacrum suggestum stans, conversus sit, non celat anonymus noster et seipsum et fratres Vicentinos non statim proclives fuisse ad commotionem salutarem inveterati illius usurarii miraculose explicandam: n° 57 et 58 p. 42 seq. Non est, quin libenter legat de zelo Viterbiensium, qui Sanctum Romam pergentem, ut se coram Pontifice purgaret, deserere minime volentes « revertemur nullatenus » inquiebant « quia finem negotii tui videre gestimus ». His dictis, illi, quos vir Dei arcere atque abigere voluit, ei Romam versus praecurrerunt, § 25-26. Eiusdem indolis sunt, quae anonymus narrat de Sancto invisente Summum Pontificem § 27-28, et praecipue de sacello B. M. Virginis Gratiarum apud Aretium fundato, in loco quo circa fontem quemdam ibi scaturientem Aretini superstitiose agebant § 45-50. Etiam pro ordinis praesertim *Observantiae* historia nova quaedam vel afferuntur vel accuratius exponuntur, imo cum chronologia traditionali parum quadrant, v. gr. cum anno (caeterum vago) cui attribuitur mors Fr. Paulutii de Trinci, (p. XV, p. 9). Codex Parisiensis plura adhuc continet ad ordinem minoriticum spectantia cf. p. VI seqq: Bullam canonizationis S. Bernardini, cf. Wadding: *Annales Min. ad an.* 1450 n°

t. XII p. 51-55 II edit. Romae 1735. Fol. 135-207vo praebet: « *diversi singulari tractati de Frate Ugone Panciera de lordine* de Frati Minori » De hoc cf. Sbaralea, *Supplementum ad Scriptores ord. Min.* Romae 1806 361-2. I², 908, 383s. — Fol. 208-242v. « *Itinerarium terrae Sanctae promissionis* » compositum anno 1463; (cf. fol. 229v). — Fol. 242v-244 Testimonium [phantasticum] Francisci de Baucio, ducis Andriae, de Corpore S. Francisci, quod edidit P. Ferdinandus p. VIII-XI.

2. Haec vita eadem prorsus est, ex eodemque MS. desumitur, e quo P. Ferdinandus eam paululum antea publici iuris fecerat. Quoniam, editione P. Ferdinandi prodeunte, altera haec editio typis iam composita erat, (*An. Boll.* XXV, 518) cl. editor, qui iam tot laboribus, ad historiam hagiographicam ordinis Fratrum Minorum attinentibus, Analecta Bollandiana illustravit, non iam recedendum et ab opere evulgando desistendum opinatus est. Aliquibus notulis de auctore anonymo, praemissis, deque valore textus novi (p. 304-307), doctissimus Bollandista statim textum aggreditur edendum (307-338), hinc inde pauca adiciens, ut locos quosdam, maioris claritatis gratia explicet. S. Bernardini biographiam in 44 paragraphos distribuit, dum cl. P. Ferdinandus has minoris extensionis ac proinde maioris numeri esse (59) maluit. Hoc nonnihil dolemus, cum is, qui hanc legendam in medium proferet, quasi coactus sit, ob lectoris commodum, utriusque editionis vel paginam vel paragraphum indicare. Caeterum textum aliquatenus, si minutias respexeris, tersiorem edidit. Quia igitur p. 336 § 42 formam MS. *pertinacis* in *pertinax* correxit, eodem iure poterat quoque « *dulcis verbis* » l. c.; ed. Ferdinand: p. 40 § 44, in « *dulcibus verbis* » commutare.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Gubbels, Noël, O. F. M. *La vie et le martyre de Mgr. Théotime Verhaeghen, Frère Mineur, Vicaire Apostolique du Houpé meridional, évêque titulaire de Siena.* — Malines, Imprimerie S. François 1907, in-8°, pp. 290.

Idem, *Leven en marteldood van Mgr Theotimus Verhaeghen, Minderbroeder, apostolisch vicaris van Zuid-West Houpé, titelvoerende bisschop van Siena.* — Mecheln, S. Franciscus Drukkerij 1907 in-8°, pp. 310.

Ex praelo FF. Minorum Mechliniae tum gallice tum flandrice prodiit biographia fortissimi illius ac desideratissimi Christi Athletae, qui nuper, una cum iuniore fratre suo germano, P. Frederico, eiusque socio, P. Florentio Robberecht, Sinenses oras effuso sanguine purpuravit. Insimul iam triplici quasi martyrum corona, provinciam nostram Belgicam gloriose decorant, suorumque sequacibus in iubar et perenne perstant exemplar.

Exinde iam patet quanti momenti habenda sit memoria fidelissime conscripta egregii huiusmodi apostoli, qui calculum suum utique non parvi pendendum fastis Sinensibus adiicere sategit.

Innotescat autem e limine benigno lectori auctorem libri, P. Gubbels Natalem, Universitatis Lovaniensis plures per annos auditorem assiduum haud mediocrem, Rhetorices dein Lectorem, iamque in Vicariatu Hu-pé occiduo-meridionali zelantissimum missionarium, imae pietatis ac gratitudinis ergo delineasse calamo vitae seriem, mortemque pretiosissimam Praesulis sui amantissimi. Nec obtuso quidem calamo scripsisse videtur,

quae ipsemet olim vidit, aut ex defuncti epistolis excerpsit, vel quorum et ipse pars magna aliquando exstitit. Limpido siquidem, gravique stylo totum digeritur curriculum, talisque in exitu qualis ab incoepto sibi constans permanet generosus heros. Animum autem minime vulgarem pectus gerebat illud, iaculis immite transfodendum! A puero etenim, iuvenculus ille natus Mechliniae, 10 ian. 1867, quid eximius portendebat, in tenelloque corpusculo herculaneam quasi gerebat animam. Vix autem grandiusculus ob morum candorem Sodalitati Immaculatae Matris praefigi meruit, quippe qui pietatem simul ac scientiam castis appetebat visceribus. Acie quidem ingenii condiscipulos facile praecellebat (p. 16ss.), nec unquam nisi inter primarios auditus est computari; quare a cunctis tum alumnis, tum paedagogis habebatur maximi. Animarum salutis ex tunc iam percupidus, ordinem franciscalem utpote apostolicum imprimis laetanter ingressus, 26 sept. 1883, tirocinium Thileti inchoavit, ibique seraphico fonte calicem dominicae passionis bibere didicit. Francisci Assisiatis exempla aemulari satagens, vitam ipsius assidue lectitabat, zelum admirans ardentissimum, quo exestuans Patriarcha pauperum Martyrii sitibundus Marochium versus olim tetendit, moxque Syriam petivit, Soldanum omnesque Sarracenos, si valeret, conversurus.

Quo Patris sui spiritu repletus, vix ubi Sacerdotio auctus fuit Theotimus noster (22 mart. 1890), labori apostolico alacrem navare incepit operam. Mox autem et humaniores litteras adulescentulos franciscanae militiae candidatos docuit in Lokeren (1890-94) admodum solerter, donec tandem votis suis factum fuerit satis, in Sinamque transmeare licuerit; anno nempe 1894 die 1 nov. in Itchang pervenit.

Quot autem, quantosque labores exantlaverit vir ille toto pectore apostolicus tum in Si-cha-ho, tum in Ma-tcha-pin, iam ex eo clarescit quod, quamvis sensu magis quam aetate venerabilis, episcopali dignitati haud impar inventus sit. Annos natus 33, die 9 april. 1900, nominatus est Vicarius apostolicus Vicariatus Hu-pé meridionalis, postquam R.mus P. Benjamin Christiaens O. F. M. resignaverat dignitati isti. Consecratus fuit 11 nov. 1900. Pastorale autem nimis breve curriculum, martyrio tandem fortissimo coronatum (9 iul. 1904), posterioribus declaratur monographiae capitibus.

Quod si quis multo plura, praecellentioraque facinora sibi narrari desideret, meminerit ipse martyrem occubuisse florente iuventa. Faxit igitur Dominus vineae, ut sanguis recens profusus, operarios germinet Dei gloriam, animarum salutem, pectore calente ambientes!

Bruxellis.

P. Hieronymus Goyens, O. F. M.

Kneller, Karl Alois, S. I. *Geschichte der Kreuzwegandacht von den Anfängen bis zur völlingen Ausbildung.* — Freiburg im Breisgau, Herder 1908, in-8°, pp. X, 216, M. 3,60 (in collect.; *Ergänzungshefte zu den Stimmen aus Maria-Laach.* Heft 98).

Mirabitur forsan quispiam, quod tam brevi post librum R. P. H. Thurston S. I. de *Via Crucis*, alius eiusdem Confrater novum de eodem themate opus in publicum protulerit. Ipse auctor novi libri aestimat, et quidem recte, suum opus et largius et accuratius (p. VI) thema illud *Viae Crucis* evolvere, et quoad eiusdem initia et quoad historiam suam recentiorem. Revera eruditione et mira rerum abundantia, notitiis unde-

quaque indefessa diligentia collectis, liber hic Patris Kneller illum P. Thurston (1) longe superat. Quamquam P. Kneller quaestiones proprie archaeologicas atque canonicas, quae de facto ad evolutionem devotionis *Viae Crucis* parum contulere, praetermiserit, tamen liber eius rerum pertractatarum copia admirabili in hoc quoque opus prius editum valde excellit.

Tribus partibus historiam devotionis *Viae Crucis* evolvit, quarum *prima* (4-53) Historiam praeviam et praeparatoriam *Viae Crucis (Vorgeschichte und Vorbedingungen)* exponit, *secunda* (56-103), evolutionem dictae devotionis *(Entwicklung der Kreuzwegandacht)* tertia (104-185) evolutionem 14 Stationum V. C. pertractat, *(Entwicklung der 14 Stationen)*. In *Parte prima* agit de pluribus rebus, quae isti devotioni viam sternebant. Etenim antiquissima minime est, quanquam nunc piis animis adeo naturalissimus fructus meditationum de Passione Salvatoris videri possit. Agit ibi de expeditionibus Militum Crucesignatorum (4ss); de peregrinationibus veris in Terram Sanctam (6 ss.) et de peregrinationibus spiritualibus (7 ss.) deque libris has describentibus et exponentibus ad spiritualem profectum ex eis obtinendum (12 ss.) — Caput II (13-41) describit, quomodo loca sanctae civitatis Hierusalem in occidenti pluribus in locis imitati sunt quidam (2). Quae tamen imitationes nequaquam *Viae Crucis* nominare possunt, quia *Via Crucis* minime *sola* et expresse, qua talis, exprimebatur. — Cap. III (41-55) ostendit, quomodo Christus Crucem baiulans venerabatur et quidem ad saeculum XII usque (vel XIII) potius uti rex triumphans (« *Regnavit* a ligno Deus »), tunc vero, et specialiter per S. Franciscum Assis. (3) et post ipsum, Christus *patiens* magis respiciebatur. Nova haec Christum contemplandi methodus etiam exhibetur a F. Iacobono Tudertino de Benedictis O. F. M. in *Stabat Mater: Sancta Mater istud agas, Crucifixi fige plagas, cordi meo valide* (47) et in *Arbore Crucis* a S. Bonaventura (50) (4). Sic paulatim Via Crucis praeparabatur et

(1) De quo cf. AFH I, 60-61, quam diss. allegamus: h(oc) p(eriodico).

(2) Illis ab auctore cognitis nunc adicias locum S. Vivaldi de quo AFH I, 527-35. — Favorabilius certo iudicat, p. 35, librum Fr. Lanzoni, *S. Petronio, Vescovo di Bologna nella storia e nella Leggenda*, Roma 1907, revera probasse ecclesiam S. Stefani a S. Petronio (432-449 (450?)) exstructam fuisse; ibi, p. 108 segg. — Addimus quoque « Capellam in capitulo Fratr. Minorum Tolosae in honorem s. Sepulchri Dominici de novo fundatam » quam 10 febr. 1386 Clemens VII indulgentiis ditavit. Eubel, *Bull. Franc.* VII Romae 1904, 259; Wadding, *Annales Min.* ad an. 1386 n. 7. (IX², 73).

(3) Kneller 46 ex *Leg. 3 Soc.* ed. Faloci, Fulgineae 1898, 33-4; loco cuius Legendae potius allegandus erat *II Vita* Thomae de Cel. I, c. 6, n. 10 seq. ed. Ed. Alencon. Romae 1906, p. 176. *Tract. Miracul.* II, c. 2, ed. cit. p. 342 seqq. etc.

(4) Hic omnino allegandus erat liber ignitus Fr. Ubertini de Casali († c. 1338): *Arbor Vitae Crucifixae Iesu*, Venetiis 1485, quem anno 1305 in Monte Alvernae scripsit, mira compassione et profunditate in Christum patientem absorptus; cf. praesertim inde a libr. IV, cap. VII seqq. — Pag. 18 not. 4 bene explicavit phrasim quamdam Waddingi ad an. 1491, n. 19 (XIV, 503), negans B. Eustochium Messanensem loca Passionis *figuris* imitatam esse. Qua de re dictum Vitae authenticae huius B. Clarissae († 1491), a socia sua Iacoba Pollicina conscriptae, subnecto. « Ed essendo adunque nel monisterio si fece la città di Jerusalem ed ogni santo edificio *nella mente sua*. Onde si ordinò la casa della Vergine Maria, il tempio dove Cristo predicava, il Monte Oliveto, il Cenacolo, la casa di Anna, di Caifas, di Pilato, il Monte Calvario, l'orto, il monumento... (p. 94). Parevale vedere il Signore in tutti questi luoghi, cruciato ed afflitto nella umanità... pensando tutta la passione del Signore per ordine, fino che

vulgabatur, etiam ope ludorum scenicorum Passionem Christi fingentes (53-3) (1).

Pars II *Viarum Crucis* plurima specimina exhibet. Antiquissimae exstabant in Germania, quae, et speciatim Germania Septentrionalis, earum patria merito dicenda est. Notes vero, hic agi de *Via Crucis* seu de *Via Dolorosa,* quocumque numero *Stationum* sive Imaginum sculptarum seu pictarum consistente. Antiquissima noscitur hucusque illa prope *Lubecam* anni 1468 (2), alia apud *Schievelbein* in Pomerania (57), alia apud *Berolinum,* ante an. 1484 exstructa (l. c.), aliaeque (56 ss.), et numero et scenis ob oculos positis, valde inter se differentes. Celeberrimae stationes « *Septem Casuum Christi* sunt illae Norimbergae non 1480-90 sed circa 1505, et Bambergae c. 1500 ab Heintz Marschalck de Rauheneck donatae et ab insigni sculptore Adamo Krafft lapidibus excisae (3). Notae quoque sunt stationes septem apud Friburgum Helvetiae (4) c. 1511 erectae ab Equitibus S. Iohannis (64). Hanc *Viam* expresse imitatus est Boffin Romanis, in Gallia, anno 1516 (24, 64), ubi primitus 7 stationes erant, postea vero usque ad numerum 37 crevisse videntur an. 1638 (5).

---

il lasciava al sepolcro... E ad ogni ora si cruciava, vedendo il suo diletto sposo in tanti tormenti etc... » horribilibus mortificationibus. Cf. G. Macri, *La leggenda della b. Eustochia da Messina,* scritta da suora Iacopa Pollicina ap. *Archivio storico Messinese.* III, Messina 1903, 93 segg.

(1) Notat Kneller, p. 54s. descriptionem ludi scenici istius generis anni 1521 Lubaviae in Saxonia, pro quo ludo Guardianus conventus Ord. Min. aliquas personas parare debebat, cf. H. Knothe, *Urkundenbuch der Städte Kamenz und Löbau (Codex diplomaticus Saxoniae regiae* II, 7) Leipzig 1883, 305 s.

(2) L. c. 74, Qui annus tamen non undequaque certus est. Cf. E. Deecke, *Lübische Geschichten und Sagen,* 3 Aufl. Lübeck 1890.

(3) Cf. h. p. 53. Kneller, 60-5. Chr. Geyer in: *Repertorium für Kunstwissenschaft,* XXVIII, Berlin 1905: *Zur Geschichte der Adam Krafftschen Stationen,* l. c. 351-364, 490-511 hoc probavit. — Anno 1521 Anonymus quidam Frater Minor Norimbergae ap. Jobst Gutknecht manuale edidit, usui visitantium hos *Casus Christi,* (sub titulo) *Die Geistlich Strass,* Knell. p. 68-70. Simon Mänhard, O. F. M. in sua: *Passiologia...* München 1675, 577 asserit librum hunc « a quodam Patre nostro editum esse ». De eo egerat Nik. Paulus in *Katholik,* Mainz 1895, I, 326-35, qui nunc in *Zeitschrift für katholische Theologie,* XXXIII, Innsbruck 1909, 145, probat auctorem esse Nicolaum Wanckel, O. F. M. qui post reditum suum e Palaestina, ediderat, ibid. ap. eundem an. 1517: *Ein Kurtze Vermerckung der heiligen Stet des heyligen landts in und umb Jerusalem mit verzeychnung der mercklichsten dingen in denselbigen geschehen. Auch wie nahent und verrn ein Stat von der andern sey.* in-4° 19 foll. Hac in opella eaedem prorsus 14 vel 17 stationes, a Bethania incipientes enumerantur, ac in *Geistlich Strass.*

(4) Cf. Max de Diesbach, *Les Pèlerins Fribourgeois à Jérusalem* (1436-1640) ap. *Archives de la Société d'Histoire du Canton de Fribourg,* Fribourg 1891, 191-282, cf. p. 217. Cf. etiam F. Perrier, *Nouveaux souvenirs de Fribourg,* Fribourg 1865, p. 102. *Bulletin littéraire et scientifique suisse,* VI, Fribourg 1882, 102. A. Dellion, O. Cap. *Dictionnaire hist. statistique des paroisses catholiques du Canton de Fribourg,* VI, Fribourg 1888, 501 s.

(5) Kneller, p. 267, 64 s.; cf. h. p. 54 nota 2. — Ex M. de Diesbach, l. c. V, 274-276 sumpsit Kneller Appendicem B p. 202-4, i. e. documentum Consilii Friburgensis pro Boffin. Cf. Chevalier, *Notice historique sur le Mont-Calvaire de Romans* ap. *Bulletin d'histoire ecclésiastique etc. de Valence etc.* III, Romans 1883, 173-87, 221-33; IV (1883) 68-70. — Ubi, *Nov.* 1883 *tabl.,* habes conspectum Montis cum conventu Fratrum Minorum. — Ant. de Beatis, aliam describit Viam Crucis prope Valentiam in Gallia an. 1517 cf. Ant. de Beatis, *Die Reise des Kardinals Luigi d'Aragona,... 1517-18, herausgegeben* von L. Pastor, Freiburg 1905, 151 s.

Harum fundator eas Franciscanis concredidit custodiendas. Plures *Viae Crucis* in Tirolo erectae sunt (1511) (1) etiam ab imperatore Maximiliano, a Leone PP. X indulgentiis ditatae (64-7), plures quoque in Bavaria, in terris iuxta Rhenum in Germania superiore et inferiore, decurrentia per saecula XV et XVI (70-80). In caemeterio Fratrum Minorum Antverpiae Stationes (7) magno concursu fidelium venerabantur c. 1520 (72 s.) (2). Sic dicta Reformatio non potuit, quin illis Stationibus infesta esset. Sed versus finem saeculi XVI denuo refloruit ista devotio ubique in Germania (80 ss.), mira varietate et multitudine, *Stationes dolorosae* et *Viae Crucis* sub divo exstruebantur, praesertim vero « Septem Casus Christi », sub Cruce, licet hi quoque et numero et ordine inter se differrent. Sic quoque fiebat saeculo XVII et XVIII; auctor eruditus plurima affert exempla (80-103). Imo etiam saeculo XIX adhuc antiquae illarum sculpturae corrosae restauratae sunt. Similes *Stationes, Viae Crucis, Montes Calvariae* etc. in Gallia (98-100), sed numero multo minores effictae sunt, in Polonia (168) et in Italia (98). Libellus P. Adr. Parvilliers (3) S. I († 1678) plurimas in linguas versus et saltem 53[ies] gallice editus devotionem 18 Stationum propagare, sed frustra, sategit (100). Interim vero iam nostra moderna *Via Crucis 14 Stationum* vulgata erat.

Pars III de hac forma *Viae Crucis*, quam brevitatis causa « 14 Stationes » (14 St.) nominabimus, agit. Non credimus cum P. Kneller de facto differentiam aliqualis valoris esse, sive « Stationes » sive « Via » devotio nominetur. (103-9) (4). Animadvertendum est 14 Stationes non esse nisi *unam* e multiplicibus et multiformibus *Viis Crucis* iam certe inde ab anno 1470 praecipue in Germania occidentali et septentrionali, Belgium quoque et Hollandiam comprehendenti usitatis, evolutam. Paulatim factum est, ut ista forma alias dominaret et demum supprimeret (5).

---

(1) Cf. h. p. 54.

(2) Cf. *Miracula Confraternitatis septem dolorum B. V. Mariae* s. l. (Antverpiae) et a. in-4°; cf. W. A. Copinger, *A Supplement to Hain*, I, p. II. London 1898, n. 4065. Alia de eis Kneller, 73 nota 1, ubi adiungas P. Steph. Schoutens, O. F. M. *Geschiedenis van het voormalig Minderbroedersklooster van Antwerpen*, 2de Druk, Antwerpen 1908, 279-284.

(3) Sic nominabatur, non Parviller, uti post P. Thurston, cf. h. p. 98, eum appellavimus, *Les Stations de Jérusalem, pour servir d'entretien sur la Passion de N. S. J. C.* Paris 1680.

(4) Nota MS. belgico minoriticum de quo p. 339, n. 2 nomen « *ganc des cruycen* » iam adhibere. — Si « stationes » Romanarum ecclesiarum aliquem influxum habuere in nostram V. C. 116ss, non fuit iste nisi accidentalis, et ad summum *Casus primus* (Statio III) a Scala Sancta Romae derivat, 159s.

(5) Manifestum est nostram devotionem non ab Hierosolymis simpliciter ortum traxisse, et e contrario, stationes in Urbe Sancta veneratas, pedetentim nostris 14 St. adaptatas fuisse. Hoc iam a P. Thurston probatum, pluribus evolvit Jesuita germanus p. 129-146, et repetens quae nos exposuimus h. p. 57, saltem semel in anno Fratres Minores *Viam Crucis* qua talem, *licet non* (14 *Stationes*) iam saec. XVI et forsan prius frequentasse. h. p. 57 not. 5. — P. Simon Mänhard, O. F. M. qui saepius allegatur, p. 70, 109, 112, 120, 170, in sua, *Passologia, das ist christliche Predigten... von dem allerheiligsten schmertzhafftigsten Leyden Iesu Christi,* primo edit. 1689; deinde Monachii 1675, p. 555 totam Passionem in 29 'loca' dividit. — Pag. 129-147 plures nominat peregrinatores sacros Ordinis Minorum, qui Hierosolyma petierunt; p. 134 B. Odoricum Utinensem: cf. Laurent, *Peregrinatores medii aevi quatuor,* Lipsiae 1873, 152; p. 137. P. Bernard. Surius, Récollect, *Le pieux pelerin ou voyage de Ierusalem...* Bruxelles 1666; p. 138 P. Ignat. de Rheinfelden, O. Cap. *Newe Ierosolymitanische Bilger-*

Patet diversas illas *Vias Crucis* quaedam, immo etiam plura elementa 14 Stationum continuisse, itemque libros eodem tempore (saec. XV et XVI) vulgatos. Quaestio est, ubinam vel *omnes nostrae 14 Stationes* vel earum maximus numerus, seu lapidi sculptae, seu in libris expressae primum appareant. Doctus P. Kneller (153 ss) opinatur *prima vestigia clara* 14 Stat. inveniri in libro « Domini Bethlem », cuius plura existunt MSS saeculi XV in lingua hollandica, et sunt circa 1475 confecta (1). Scimus in eo inveniri 11 Stationes nostras (I, II, III, IV, V, VI, VII, X et XI in unam contractas, XII, XIII et XIV), seu 12. Attamen auctori in hoc contradicendum est, et quidem in favorem MS[1] anonymi *Fratris Minoris Belgici*, etiam circa idem tempus conscripti (2). Anonymus iste *Viam Crucis « desen ganc des cruycen dragens Ihesu »* 12 stationibus distribuit, quae sic nostris respondent 1 (num. arabicus signat stationes MS[1]) = I (num. romanus vero nostras); 3 = II; 5 = IV; 6 = V; 7 = VI; 8 = VII, 9 = XII, 11 = XIII, 12 = XIV. Habes ergo hoc in MS., et quidem *ordine* nunc vigenti, — id quod magni aestimandum, — 9 nostrarum stationum, quarum desunt III, VIII, IX, X, XI, ideoque vix *tres* minus quam apud Dom. Bethlem, qui 11 (vel 12) nostrarum habet, et penes quem desunt VIII, IX, et X (vel XI qua talis). Recte ergo dicimus: in MS. Minoritico clare inveniri vestigia 14 Stationum, et quidem eadem aetate *saltem,* qua apud « Bethlem ». Desiderantur quidem *quaedam* stationes apud utrumque; sed quaedam etiam desiderantur apud Ioh. Pascha (3) (nostra III et VII) et apud Adrichomium (4) (XIII et XIV), qui auctor nostrae *Viae Crucis* dicitur. Accedit quod et Bethlem et Pascha Stationes secundum finem et naturam librorum suorum in *diversos dies* discerpant, et nonnisi a IV[a] Statione Paschae aliae Stationes cum nostris concordant.

Etiam cl. P. Kneller Adrichomium verum auctorem nostrae *Viae Crucis* 14 Stationum nominat (162 ss). Tamen notes velim, eum non adaequate sic dici posse, quia systematice nonnisi 12 nostras Stationes enumerat, omittens XIII et XIV, quanquam alibi etiam de factis Stationum harum loquatur et licet, alia ex parte, ipsius liber, Coloniae conscriptus et editus, certe omnium maximum influxum in propagationem *Viae Crucis* et etiam formae 14 Stationum habuerit. Utique penitus ea ignorare quomodo potuit? Sed stat factum, in Belgio et alibi Stationes, saeculo quoque XVII, erectas fuisse secundum indicationes Adrichomii, qui *viam captivitatis* (a Monte Oliveti usque ad Christum mortis damnatum in 6 stationibus) et *Viam Crucis* distinxit. Addita fuit Statio XIV, uti terminus naturalis, sed defuit statio XIII. « *Caeleste Palmetum* »

---

fahrt; p. 139 P. Franc. Caccia, O. F. M. ex Austria; ibid. P. Antonium Gonzales, O. F. M. *Hierusalemsche Reyse,* T'Antwerpen 1673; p. 141 Barth. Des Champs, *Voyage de la Terre Sainte et du Levant,* Liège 1678; p. 142 P. Boucher, *Le bouquet sacré, ou le voyage de la Terre Sainte,* Rouen (1613?).

(1) Cf. h. p. 55.

(2) Hoc MS. commemorat P. Servais Dirks, O. F. M. *Histoire littéraire et bibliographique des Frères Mineurs en Belgique et dans les Pays-Bas.* Anvers (1886), 17. Conservatur in conventu nostro St. Trudone (St. Trond). Cl. P. Kneller passum inde extractum dat p. 150.

(3) De quo h. p. 55.

(4) De eo h. p. 56; agitur de libro eius: *Ierusalem sicut Christi tempore floruit,* Coloniae 1584. — *Theatrum Terrae Sanctae,* Coloniae 1590, eiusdem, 20 Iun. 1585, demortui opus posthumum est.

opellus vulgatissimus (1) Iesuitae Nacateni († 1682) revera *duodecim* Stationes Adrichomii recepit. Quodsi cl. P. Kneller (pag. 167) coniiciat ideo Stationem XIII^am omissam fuisse, quia in Germania Inferiori Mater Dolorosa valde honorabatur, et quia eius devotionem cum Via Crucis commiscere nolebant, ei hac in re explicanda minime consentire possumus. Etenim in Statione IV hoc revera factum fuit. — Superest ergo quaerendus auctor, qui XIII et XIV stationes *definitive* aliis 12 adiunxerit (2).

Quomodo nova methodus (14 Stat.) receptus et propagatus fuerit, nondum clare patet; attamen *videtur* nobis tunc — circa 1600-1610 — inchoasse influxus *definitivus,* ordinis minoritici in *Viam Crucis 14 Stat.*

Iuxta notitias a nobis ipsis auctori ministratas (175 ss.), hac de quaestione quaedam habentur in libris P. Salvatoris Vitalis, Sardi O. F. M. (3) qui die 14 sept. 1628 *primam Viam Crucis* Florentiae erexit (4), in monte S. Miniatis seu — et quidem ob Cruces istius *Viae Crucis* adhuc existentes — in Monte Crucium: *Monte (al)le Croci* dicto; quam solemnitatem ipse P. Salvator descripsit. Laudat Florentiam, tanquam *primam* Italiae urbem, quae tanto ardore *Viam Crucis* acceperit. Dicit quoque *Viam Crucis* aliis in regionibus valde florere, ope praesertim Fratrum Minorum.

Est, ait Dirett. p. 7 v. « *Via Crucis o strada dolorosa.... mensurata* (?!)*.... da.... Adricomio Delfo, Petr. Potente.... da M. Matteo Steemberg* (!)*....descritta medesimamente nel libro intitolato Via della Croce.... da Giovanni Pasca.... da M. Bellem* (!)*... dal Dottor Rocca Sardo* (5) *e dal P. Basilio Lopes de Cuellar nella sua Calle de Amagura* (6), *ordinata è posta in uso per tutta la Spagna, Lovania, Mochlinia* (!), *in Vitordia* (!) *ed in altri luoghi della Brabanza e dell'Indie ancora Orientali ed Occidentali, si per li conventi de Frati Minori Osservanti, Discalzi, Recolleti e Cappuccini,*

(1) Kneller 169. Editio prima germanica prodiit 1660; prima latina 1667. — Etiam in libris Iodoci Andries S. I. *Faustus annus, mensis, hebdomas... christiani,* ed. Monasterii 1643, 249 et *Perpetua crux sive Iesu Christi* etc. Bruxellis 1648 et *Novus libellus supplex pro animabus purgatorii* Coloniae 1650, 19 stationes enumerat; cf. h. p. 58.

(2) I. Gretser S. I. anno 1606 in libro suo: *De sacris et religiosis peregrinationibus,* l. I, c. 8, Ingolstadii 1606, inter eius *Opera omnia* IV, II, 36 docet quotidie in Germania *Vias Crucis* erigi. Cf. quoque Ioh. Dubliulius, O. F. M. *Hierosolymitanae peregrinationis hodoeporicum,* Coloniae 1660, 19. Kneller, 78, 80.

(3) Cf. de eo Wadding, *Scriptores Ordinis Minorum,* Romae 1806, p. 208.

(4) Cf. *Direttorio della Via Crucis* del P. Saluator Vitale Sardo *Lettor di Sacra Theol. e Predic. generale, Minore Osseru. della Provincia di Toscana: Ristampato per opera del* M. R. P. F. Biagio Dolci, *Prouinciale della medesima. Provincia, sotto la protezione della Sereniss. Vittoria della Rovere, Gran Duchessa di Toscana.* In Firenze per F. Vincenzo Vang[elisti]. Con licenza de' Superiori, 1690. Ad istanza di Niccolò Taglini, in-24°, pp. 96. — *Trilogio della Via Crucis* del R. P. F. Saluatore Vitale *Minor Osseruante della Provincia di Toscana.* In Firenze, Per Zenobi Pignoni 1629. Con licenza de' Superiori, in-16°, pp. 177. — Erectionem istius *Viae Crucis* narrat fuse in Trilogio p. 10-13 et paucis in Direttorio, p. 10. De illa cf. P. Mich. Bihl, *Die Errichtung des ersten Kreuzwegs von Florenz* in *Wissenschaftliche Beilage zur Germania,* Berlin 1908, 116-118.

(5) In Sardinia apud Sacerem Capuccini an. 1616 Viam C. erexerant, cuius indulgentias Benedictus XIV, 28 nov. 1742 confirmavit; cf. *Bullarium Ord. Frat. Min. Cap.* III, Romae 1745, 281.

(6) Fuit *Ord. Cist.;* alluditur ad eius: *Calle de amargura, como de habemos de seguir Christo, y meditaciones de su passion,* Madrid 1622, in-8°. Cf. Nic. Antonius, *Bibliotheca Hispana Nova* I, Matriti 1788, 204.

come per molti Chiostri di Monasteri di Religiose, ed ancora dentro delle case de secolari (e questo ho visto in diversi luoghi e parti, dove sono stato), con tanta divozione frequentata che ongni Venerdì huomini e donne fanno le stazioni visitando le Croci posti per ordine.... Ne giardini medesimamente sono le dette Croci, per lo circuito delle muraglie ordinate e finalmente tanto è dilatata la Via Crucis per tutta la Spagna e luoghi suddetti, che' l convento, chiostro, o casa dove non è, la procura auere.... Pag. 9.... *Piglia Fiorenza la Via della Croce, la strada della vera salute* ».

Pag. 27 dicit: « *Questo* [i. e. exercitium privatum V. C.] *si fa così li Venerdì dell' anno, quando non si fa la processione della Via Crucis* [sic appellat exercit. publicum], *perchè non si suol fare, se non li Venerdì di Marzo e di Quaresima. Ed in alcuni luoghi molti altri Venerdì, i giorni dell' Invenzione ed Esaltazione della Santa Croce. Non ci sono indulgenze alcune, ad ogni modo, per poco divoto si tiene quel che non visita le Croci, o interuiene alla Processione, che fanno li Frati Minori* (*che altri religiosi non la soglion far mai*) *li Venerdì di Marzo e di Quaresima* (1).

In Praefatione *Trilogii*, p. 3-7, ad Populum Florentinum conversus, urbem alloquitur: *tanto serafica, tanto pia che sei stata in Italia la prima città che con si grande affetto e spirito hai abbracciato la Via Crucis* ».

E nominibus auctorum a P. Vitali allegatorum, et e relatione politica, quae tunc temporis vigebat inter Hispaniam et Belgicas regiones, patet inde *Viam Crucis* in Hispaniam devenisse. P. Vitalis sine ulla haesitatione *14 Stationes* numerat, nostris penitus concordantes (2). — En nunc alius libellus, ab auctoribus praetermissus, illo P. Vitalis paulo antiquior, ostendens numerum 14 nostrarum stationum ante annum 1626 etiam in Hispania apud Fratres Minores saltem vulgatum fuisse (3). P. Antonius Daza O. F. M. Commissarius in Curia romana (4), in manuali

(1) Cf. eiusdem, *Teatro Serafico delle Stimmate de Christo, impresse nel santo, immaculato e virginal corpo del glorioso Padre San Francesco.* In Firenze, per Zanobi Pignoni 1629, 329. Kneller, p. 177.

(2) Direttorio 13, 14-6. Eas vult magnis e crucibus consistentes, uti hodiedum adhuc sunt, in Monte Crucium apud Florentiam ab eo erectae. « Le Croci che si pianteranno, saranno 14, e 16 con quelle due de ladroni, quali servono per il Calvario » l. c. p. 13.

(3) *Essercitii spirituali delli romitorii instituiti dal Nostro Serafico Padre Francesco per utilita de i suoi frati. Dichiarati e dedicati all' istesso Santo dal* P. Fr. Antonio Daza, *dell' Ordine de i Minori Osseruanti, Padre della Santa Provincia della Concettione e commissario nella corte romana. Tradotti dalla lingua Spagnuola nell' italiana dal* P. Luigi di Roma, *Theologo e predicatore dell' istess' ordine.* Opera diletteuole a quelli che per la via della perfettione caminano alla beata e tranquilla vnione dell' anima con Dio, e d' vtilità e giouamento vniuersale.... In Roma, per l' erede di Bartolomeo Zanetti, 1626. in-24° [XIV], pp. 107. — Initio libelli eremitoria ab Adam et Eva atque Henoch derivat! p. 1 ss. Pag. 94 haec de *Viae Crucis* historia habet. « Questo esercitio è molto proprio della Nostra Sacra Religione, per star in potere d' essa i luoghi di Terra Santa, e perchè i nostri frati in Gierusalemme ogni giorno dopo compieta visitano processionalmente i luoghi principali della nostra redentione de dove... s'è derivato [?] l' istesso costume ad altri conventi della religione e a molti luoghi della Christianità ». Primum summarie nimis dictum est, alterum certo saltem minus rectum, cum ad summum loca intra Basilicam SS.mi Sepulchri visitabantur, minime autem Via Crucis. Cf. *Quotidiana Processio a Patribus agenda Franciscanis in ecclesia S. Sepulcri,* Hierosolymis 1900.

(4) De eo cf. Wadding, *Scriptt.* 25. Sbaralea, *Suppl.* 75; I, 1908, 79. Wadding-Fermendzin, *Annales Ord. Min.*, XXV, Ad Cl. Aq. 1886, 279. 429 488.

pro sacris recessibus conscripto, etiam *Viam Crucis*, quotidie post Vesperas frequentandam, praescribit a religiosis recessuum, crucibus onustis et quidem processionaliter. Enumerat vero nostras 14 Stationes. — Cl. auctor in paragrapho speciali agit de « *Via Crucis et Ordine Franciscano* » (174-86). Constat enim ex tempore (saec. XVII), quo Ordo S. Francisci devotioni isti se devovit, postquam Pontifices indulgentias ipsius omnibus Christi fidelibus tribuerunt, et S. Leonardus de Portu-Mauritio, maximus eius propagator extitit, evolutionem Devotionis huius aliquatenus terminatam esse. Sed opinamur contra auctorem (184), etiam istam phasin Historiae Viae Crucis utiliter et necessario tractandam fuisse, quamquam, pro nunc, non multae notitiae suppetant. Hoc in Historiis singularum provinciarum et conventuum supplendum erit; plura v. gr. de hoc, pro conventis nostris Austriae et partis Germaniae, invenisset apud Greiderer (1). Operae quoque pretium fuerat, fusius agere de controversiis exortis anno 1783, cum, instigante Scipione De Ricci, Pujati O. S. B. 14 Stationes aggressus est (2). Plures Fratres Minores tunc *Viam Crucis* defendebant, licet rationibus et discussionibus sat dubiis, et falsis cum notionibus de eius historia (3). — Iam Capitulum Gle O. M. Romae 1688 habitum, inter alia haec statuit: « Et quia illius [i. e. exercitii Viae Crucis seu Calvarii] usum *a solis fratribus nostri ordinis* primo adinventum seu introductum.... animabus utilem.... fore speramus, eius dilatationem cunctis ordinis superioribus enixe commendamus etc. (4) ». Neve hoc, ait, exteris devolvi sinant. Addimus P. Ios. Mar. de Perusio ante annum 1710 testatum esse P. Salv. Vitalem, omni suo zelo, non adeo profecisse in dilatanda *Via Crucis* per Italiam, donec indulgentiis ditata fuerit ista devotio (5). Anno vero 1731, in epistola encyclica, qua P. Crescentius Krisper (6), Commissarius Glis O. M. monita S. Congregationis Indulg. (7) suis communicavit, praemonendum credidit,

(1) *Germania Franciscana.* Oeniponte 1777-81, 2 vol.

(2) Cf. de ea quoque Pezzana, *Memorie degli scrittori e letterati parmigiani* VI, p. I. Parma 1825, 122 segg. Arc. Neri, *Lettere inedite di Ireneo Affò al Cardinale Valente Gonzaga* in *Archivio storico per la Provincie Parmensi.* N. S. IV Parma 1906, 175 segg. 188 segg. inde quoque seorsim. ibid. 1906.

(3) V. gr. P. Ireneo Affò O. M. Oss. *Apologia del pio esercizio detto della Via Crucis*, Parma 1783. — Nova huius libelli editio prodiit, Roma, ap. Crisp. Pucinelli 1844, in-16, 96 pp. Quam editionem omisit L. Modona *Bibliografia del P. Ireneo Affò*, Parma 1903, p. 68. — Alia aliorum scripta enumerat P. Gianfrancesco da Venezia O. Cap. in diss. sua docta, quae historiographum nostrum diligentissimum *Viae Crucis* effugit: *La Via Crucis. Saggio bibliografico*, [i. e. potius de Formulis huius devotionis] in *Miscellanea Francescana* VIII Foligno 1901, 8-19.

(4) *Chronologia historico-legalis Seraphici Ordinis*, III. p. II, Romae 1752, 816 n. 44. Cf. locum quoque ap. Kneller, 179.

(5) *La Via Crucis illuminata overo instruzione deuota per la sac. Via della Croce, in quest' impressione maggiormente illustrata, con la nota dell'Indulgenze e nuova esposizione dell' amplissima communicazione Innocenziana del* M. R. P. F. Giuseppe Maria di Perugia, Lettor giubilato, minore osservante. In Perugia Pe' l Costantini 1710, in-240, 215 pp. pag. 91.

(6) *Chronol. hist.-legal.* III, p. II. Romae 1752, 150.

(7) L. c. 148-9. — Quia nihil de America profert eruditissimus auctor, subiungo hic in Canada apud 'Lacum Duorum Montium' *Viam Crucis* erectam fuisse septem capellarum, quarum numerus postea auctus est. Cf. Ignace-M. [Freudenreich] O. F. M. *Le Calvaire et l'autel*, Québec 1907, p. 6-7. *Petit Manuel des pèlerins au Calvaire du Lac de Deux-Montagnes*, Montréal 1899, IIe édit. *Semaine religieuse de Montréal* XLVIII p. 194.

ne Superiores nimis facile Viam Crucis ubique erigi sinerent, ne inde confusio et *contemptus* ipsius generaretur!

Ex appendicibus (1) libri summa diligentia compacti notamus praeter « instructionem ad erigendas stationes » lingua germanica c. 1520 conscriptam 201-2 (e Clm. 3595), atque libellum lingua flandrica, uti aiunt, adhuc saeculo XV exaratum (209-212), etiam documenta p. 205-7, de contentione quae inter PP. Jesuitas et PP. Cappucinos Luxemburgi, ob Viam Crucis erigendam, orta erat an. 1654. Ambae partes separatam Viam Crucis erigere statuerunt; saec. XVIII alia V. C. in eadem civitate PP. Recollectis concredita erat (101 s.) (2).

Pluribus certe factis, notitiisque novis, eruditissimus P. K. A. Kneller historiam pii exercitii *Viae Crucis* collustravit, pro quo labore, quia de re, partim saltem franciscana agitur, libenter nostrates docto Iesuitae referent gratias.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Ellen Scott Davison B. S., A. M. *Some Forerunners of S. Francis of Assisi.* – Columbia University, 1907, in-8°, pp. 75.

La thèse de Miss Ellen Scott Davison: « quelques précurseurs de S. François d'Assise », présentée, pour le grade de docteur en Philosophie, à l'Université de Columbia (New-York), mérite à tout point de vue de fixer l'attention du public franciscanisant. Appuyée sur des sources historiques de premier ordre, l'auteur analyse, dans les milieux hérétiques, avec une méthode, une clarté et une précision remarquable, le mouvement d'ensemble, qui prépara le terrain aux idées de la réforme opérée par St. François.

L'*introduction* (Ch. I, p. 5-15) nous présente S. François et S. Dominique, deux meneurs populaires, fils soumis de l'Eglise romaine. A la base de leur oeuvre de réforme ils placent la pauvreté évangélique, comme une protestation retentissante contre certaines tendances de l'Eglise, qui, en tant qu'institution gouvernée par des lois sociales économiques, semblait devenue de l'Eglise des pauvres l'Eglise des riches et des puissants. L'Eglise apostolique, d'après Miss E. S. D. n'était qu'un élan d'enthousiasme dans le but d'harmoniser la vie individuelle avec les prescriptions et les préceptes de Jésus. Dès lors les ordres religieux, dont le développement est synchronique avec l'évolution de l'Eglise, semblent former une réaction continue contre celle-ci. Cependant ce concept de l'Eglise nous semble le fruit spontané d'une éducation protestante, dont l'auteur, malgré sa bonne foi indéniable et son impartialité hors de toute discussion, n'a pas toujours su se dégager. L'Eglise primitive ne pouvait donc imposer à personne le stricte devoir de la pauvreté absolue pas plus qu'au clergé ou aux fidèles du moyen-âge, et les ordres religieux, que l'Eglise a toujours regardés comme sa meilleure partie, ne sont en aucune façon des réactionnaires contre les

(1) Ipse auctor, p. 200 Calvarium et Collem Olivarum Philippae de Geldriae in Conventu Clarissarum Mussiponti in Lotharingia secundum Wadding-De Luca, *Annales O. M.* ad 1547 n. 24 (XVIII, 236), commemorat; qui Collis Olivarum, secundum *Mémoires de la Société d'Archéologie Lorraine* XIV Nancy 1872, 391, nonnisi Christum Mariae occurentem figurabat.

(2) *Chemin de la Croix ou dévotion sur les XIV Stations du Calvaire.... par les RR. PP. Récollets érigé en la chapelle de S. Croix proche de Luxembourg.* Luxembourg 1784.

déchéances de celle-ci. Ils pratiquent seulement la perfection conseillée et recommandée par le Maître: Mth. XIX, 21. Il n'en est pas moins vrai, que la possession des biens temporels et leur administration n'engendrèrent dans le clergé et les abbayes de graves abus. L'auteur les constate avec une réserve, qui lui fait honneur, et en explique, en philosophe sagace, les causalités complexes.

Ces abus préparent dans les masses populaires, où la censure des vices du clergé est déjà à l'ordre du jour, la voie aux succès merveilleux de nombreux réformateurs. Tels sont entre autres, Arialdus, Pierre Waldo, Arnaud de Brescia et S. François. Tous sont d'accord pour préconiser une réforme dans l'Eglise par le retour au christianisme primitif, mais leurs opinions diffèrent sur la nature de ce christianisme. Waldo flagelle toute doctrine, toute observance religieuse, qui ne dérive directement de l'Eglise Apostolique. Arnaud conteste au Pape le droit de vivre en prince séculier, et attaque le pouvoir temporel de l'Eglise. Arialdus cherche à purifier l'Eglise de la simonie et prêche au clergé une vie chaste. S. François tout en regardant l'Eglise comme institution, comprend que son propre devoir consiste à vivre dans la pauvreté, comme le Christ, et de panser les plaies de l'humanité souffrante. L'enthousiasme religieux pour l'idéal de la pauvreté évangélique qui souffle sur l'Europe et entraîne les peuples dans l'hérésie fut si grand, que l'Eglise se crut en danger et que la curie Romaine dut faire un effort constant pour enrégimenter sous sa bannière les apôtres du christianisme primitif, que S. François surpasse en sainteté de vie, en pouvoir sur les masses et en influence sur son siècle. Une étude sur ce mouvement qui précède S. François, jettera une vive lumière sur la réforme, dont il est l'inspirateur.

Après ce chapitre d'introduction, l'auteur étudie (16-30) l'hérésie des Cathares — plus connue sous le nom d'Albigeois — et les sectes apostoliques qui en dérivent. C'est l'hérésie principale du Moyen-âge. Elle incarne les anciennes doctrines Manichéennes, dont on signale l'existence, en Europe, depuis le 4e et le 5e siècle, qui se développent à travers les siècles suivants, et atteignent leur apogée aux 11e et 12e siècles. La doctrine cathare (17 s) repose sur l'antagonisme des deux principes égaux, Dieu et Satan. Dieu crée l'ordre invisible, spirituel, éternel; Satan l'ordre matériel et temporel; Satan est le Jéhovah de l'Ancien Testament; les prophètes et les patriarches étaient des imposteurs. Toute Ecriture antérieure à l'Evangile, doit être rejetée. Le Nouveau Testament seul renferme la parole de Dieu. Le corps de Jésus n'était pas un corps matériel, mais une forme apparente. L'Eglise est la synagogue de Satan, ses rites sont des futilités. Le mariage est illicite, même l'usage du lait est abhorré à cause de ses rapports avec les fonctions génératrices. Ils contestent en outre l'efficacité de la Messe, du baptême des enfants, de l'intercession des saints et ne reconnaissent pas la hiérarchie de l'Eglise.

et fratri praefato, qui mihi haec aperuit, praedicta omnia per ordinem retulerunt. Et idem frater, cuius verbis fidem plenam adhibeo, ea mihi retulit; et in die praedictae indulgentiae populo praedicavit. Christus enim Salvator, in cuius passione fundatur virtus indulgentiae, potuit eam ex patris devotione et procuratione in animam filii mortui transferre (1).

Factum igitur habes anni 1301, insertum operi quod completum sine dubio fuit intra annos 1311-1317 (2). Post viginti annos Franciscus Bartholi exaravit suum Tractatum de Indulgentia Portiunculae, et licet diligentissimus fuerit indagator omnium narrationum, quae de Indulgentia Portiunculana circumferebantur, et in ipso Portiunculae conventu, annis saltem 1320 et 1326, fuerit lector theologiae (3), narrationem tamen nostram non cognovit. Ex quo manifestum est Franciscum Bartholi nobis non omnia reliquisse, quae de celebri Indulgentia fuerunt narranda, sive quia illa ei non innotuerunt, sive quia noluit omnia narrare.

Fieri tamen potest, ut idem factum ei innotuerit sed in forma varia. Exstat namque apud Fr. Bartholi (Cap 30) narratio, quae, licet quoad circumstantias toto coelo differat a nostra, tamen, quod ad substantiam attinet, valde cum ea consonat. Quam paucis verbis contractam hic profero:

Circa annum 1308 Franciscus, miles de Apulea, cum sua familia suoque mercenario iverunt Assisium, et ibi lucrati sunt Indulgentiam. Cum autem reverterentur, Franciscus miles rogavit suum mercenarium, ut Indulgentiam, quam fuerat lucratus, sibi traderet pro anima fratris nuper defuncti. Consentit mercenarius, et eadem die defuncti anima apparuit Francisco militi, dicens se virtute Indulgentiae ab omni purgatorii poena statim fuisse liberatam.

Difficile est diffinire an utraque narratio ex eodem profluxerit fonte. Non obstat quidem maxima in accidentibus varietas, nam ipsa nostra aetate, quae severo nihilominus suo sensu gloriari consuevit critico, unusquisque post paucos annos, immo dies, easdem omnino narrationum corruptiones atque confusiones inter proximos familiaresque propriis auribus percipere potest. Multo igitur facilius, maiori idque certe gradu, idem fieri potuit aetate illa, saeculo inquam XIV, spiritu critico fere orbata, ut aiunt.

Quoquo modo res se habet, peritus quisque intelligit, ex narratione quam supra protulimus, quaestionem hodie in utramque partem acriter agitatam de veritate Indulgentiae S. Mariae de Portiuncula, in controversia omnino relinqui, nullumque ex ea argumentum sive pro sive contra posse afferri.

Pauca hic addere oportet de opere *Compendium theologiae* ex quo narratiunculam protuli. Pluribus iam abhinc saeculis dubitatum et disputatum fuit, quis sit auctor celeberrimi illius Compendii theologici, quod in codicibus manuscriptis innumeris plurimisque editionibus typis excusis invenitur, quodque *Compendium theologicae veritatis* inscribitur.

(1) Typis expressa invenitur haec narratiuncula cum suis annexis in opere *Compendium sacre theologie pauperis*, ed. cura Fr. Francisci Wiler, O. F. M. Basileensis, lib. VII, rubr. 5, (Basileae, Iac. de Pforzen, 1501, IX kal. Ian.), fol. Gijv.col.2 — Giijr.col.2. Fr. Wiler opusculum perperam tribuit S. Bonaventurae.

(2) Cf. Sbaralea, *Supplementum*, ed. cit., p. 456, col. 1. Dedicatoria epistola, de qua Sbaralea l. c., deest in editione Basileensi laudata.

(3) Cf. Sabatier, *Collection II*, p. XCIX-C.

Fuse simul et erudite hisce temporibus hac de re locuti sunt doctissimi viri Lucianus Pfleger et Martinus Grabmann (1), quorum uterque opus tribuit Hugoni de Argentina, O. P. († c. 1310?). Iusto tamen iure observavit Grabmann, historiae theologiae scholasticae indagator optimus, *duo* in medii aevi codicibus circumferri *Compendia theologiae*, quorum unum tribuitur Hugoni de Argentina praedicto, alterum tamen genuinum est foetus Iohannis Rigaudi O. F. M. Hoc solum interest inter utrumque Compendium, quod Compendium Ioh. Rigaudi multis in locis pias inserit narrationes et incisa brevicula de S. P. N. Francisco vel de aliis rebus ad Ordinem Fratrum Minorum spectantia. Quod tamen attinet ad ipsius libelli substantiam, saepissime vel verbotenus convenit cum *Compendio theologicae veritatis* Hugonis de Argentina.

Haec summatim retulisse sufficiat. Plura quidem de utriusque Compendii historia deque eorum auctoribus in hoc folio periodico postea in medium proferre in animo mihi est. Unum id nunc monitum volo, *Compendium theologiae pauperis* semel tantum, quod sciam, fuisse typis vulgatum, editione nempe curata a Francisco Wiler (Basileae 1501), quam supra p. 410 n. 1, laudavi.

Woerden (Holland).

P. Fr. Bonaventura Kruitwagen, O. F. M.

---

(1) Vide L. Pfleger in *Zeitschrift für katholische Theologie,* XXVIII (1904), S. 429-440. Grabmann, *ibidem,* XXIX, (1905), S. 321-330.

CONSTITUTIONES GENERALES ORDINIS FRATRUM MINORUM
A CAPITULO PERPINIANI
ANNO 1331 CELEBRATO EDITAE.

(Continuatio) (1).

VIII. — *De non recipienda pecunia.*

1. Beatus Franciscus in Regula (2): « Praecipio firmiter Fratribus universis, ut nullo modo denarios vel pecuniam recipiant per se vel per interpositam personam; tamen pro necessitatibus infirmorum et aliis Fratribus induendis, per amicos spirituales, Ministri tantum et Custodes [fol. 33 v. col. 1ª] sollicitam curam gerant secundum loca et tempora et frigidas regiones, sicut necessitati viderint expedire: eo semper salvo, ut sicut dictum est, denarios vel pecuniam non recipiant ».

2. Nicholaus papa IIIus: Ceterum cum in eadem Regula sit sub praecepti districtione prohibitum, ne Fratres recipiant per se vel per alios denarios vel pecuniam ullo modo, idque Fratres in perpetuum servare cupiant, etc. etc. cum sibi ab aliis commissa fuerit diligenter.

Est Bulla Nicolai III Regulae Fratrum Minorum declaratoria: Exiit qui seminat, *data Suriani XVIII Kal. Sept: i. e. 15 Aug. 1279, cuius magna pars Constitutionibus Capituli Perpinianensis inserta fuit, nempe Articuli: VI-XVI (excl.) tractantes de eleemosynis pecuniariis, de denariis, de legatis, et aliis rebus usui occurrentibus.*

Quoniam vero textus bullae huius omnibus prae manibus est, has partes hic e codice Cortonensi [fol. 33 v. col. 1ª — fol. 35 v. col. 1ª] *eo vel minus referemus, quia alii textus ab ipsis originalibus desumpti sunt, uti ille in op.* Seraphicae Legislationis Textus originales. Ad Claras Aquas 1897, *ubi textus hic ommissus a p. 200. Art. VI. usque ad p. 214. Art. XVI excurrit. Cf. quoque editionem phototypicam originalia arte photographica, uti aiunt, fidelissime exhibentem, ita ut variantes codicis Cort. omni prorsus valore careant.* Textus Originales Seraphicae-Legislationis, Romae 1901, in-fol. *Bulla* Exiit *est quoque in* C. I. C. Lib. VI. Decret. tit. 12. c. de verbor. signif.; ap. Sbaralea, *Bullarium Franciscanum*, III, Romae 1765, p. 404-406, n. 127. *et plurimis aliis in editionibus.*

Immediate postea Constitutiones Perpinianenses in Cod. [fol. 35v. col. 1ª] *exhibent Articulum VII Bullae Clementis V.* Exivi de Paradiso, *dat. Viennae Non. Mai., 6 Mai. 1312, quam etiam* C. I. C. Clement. l. V. tit. XI: de verb. signif. c. 1. exhibet. *Cf. eam ap.* Eubel, *Bull. Franc.* V, Romae 1898, 80-86. n. 195 et *Textus Originales* 1897. p. 229-260 etc. Easdem ob causas hic partem a Capitulo Perpinian. allegatam praetermittimus ubi sic incipit et explicit:

3. Clemens papa V: Porro cum dictus Sanctus, volens Fratres suos super omnia a denariis seu pecunia [etc] — deputaverint ad hoc ipsum.

1) Cf. AFH II, 276-92. (2) Cap. IV. Opusc. 67.

Est locus ap. *Text. Original.* 244, n. 1-246 *currens.*

4. Iohannes Cassianus in libro de institutis renuntiationum (1): « Ambiens quis intra coenobii recipi disciplinam, diligentia summa perquiritur, ne de pristinis facultatibus suis inhaeserit ei, vel unius nummi contagium. Sciunt enim sub monasterii disciplina diuturnum eum esse non posse, nec humilitatis aut obedientiae apprehensurum eum esse virtutem, nec illa coenobii paupertate aut districtione formae contentum, si in eius conscientia quantulumcumque pecuniae latuerit: sed ubi primum exorta fuerit qualibet occasione commotio, fiducia stipis illius animatum, continuo de monasterio velut de funda rotante fugiturum ».

IX. — *De modo laborandi.*

1. [fol. 36r. col. I^a] Beatus Franciscus in Regula (2): « Fratres illi, quibus gratiam dedit Dominus laborandi, laborent fideliter et devote, ita, quod excluso otio animae inimico, sanctae orationis et devotionis spiritum non extinguant, cui debent cetera temporalia deservire. De mercede vero laboris, pro se et suis Fratribus corporis necessaria recipiant, praeter denarios vel pecuniam; et hoc humiliter, sicut decet servos Dei et paupertatis sanctissimae sectatores ».

2. Paulus ad Thessalonicenses (3): « Non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducavimus ab aliquo, sed in labore et fatigatione, nocte ac die laborantes, ne aliquem vestrum gravaremus. Non quasi non habuerimus pietatem, sed ut nosmetipsos formam daremus verbi ad imitandum nos. Nam et cum essemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis; quoniam si quis non vult operari, non manducet. Audivimus enim quosdam inter vos ambulantes inquiete, nihil operantes, sed otiose agentes. Hiis autem qui eiusmodi sunt, denuntiamus et obsecramus in Domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes, suum panem manducent. Vos autem, fratres, nolite deficere benefacientes ».

3. Beatus Franciscus in Testamento (4): « Ego manibus meis laboravi (5), et volo laborare; et omnes Fratres alii (6) volo firmiter, quod laborent de labore illo, quod pertinet ad honestatem. Qui nesciunt, discant, non propter cupiditatem recipiendi pretium laboris, sed propter exemplum, et ad repellendam otiositatem. Et quando non daretur nobis pretium laboris, recurramus ad mensam Domini, petendo eleemosinam hostiatim.

4. Frater Bonaventura (7): « Otium autem omnium malarum cogitationum sentinam dicebat (8) summopere fugiendam, exemplo demonstrans, rebellem carnem et pigram disciplinis continuis [fol. 36r. col. 2^a] et fructuosis laboribus esse domandam. Unde corpus suum fratrem asinum appellabat, tanquam laboriosis subponendum oneribus, crebris cedendum flagellis et vili pabulo substentandum. Si aliquem (9) vero cernebat otiosum et vagum, aliorum velle manducare labores, seu (10) fratrem muscam nominandum censebat, eo quod talis nihil boni faciens, sed benefacta inficiens, vilem et abominabilem se omnibus reddat ».

---

(1) *Institut.* Lib. IV cap. III. (Migne *P. L.* 49, 454s.) quibusdam in cod. omissis. (2) Cap. V. Opusc. 68.

(3) II Thess. III, 7, 13. Textus Vulgatae differt aliquantum.

(4) Opusc. 79. (5) L. c. laborabam. (6) *Transp.*

(7) Leg. Maior, V. n. 6. Bo. 517.

(8) Bo. docebat. — *In margine* Cod. Cort. *alia manus add.* Beat. Francis.

(9) Bo. quem. (10) Ibid. *recte om.* seu.

5. Ex compilatione antiqua (1): Ordinamus et statuimus, « quod tam Fratres clerici quam laici compellantur per suos Superiores in scribendo et studendo, in laboribus sibi competentibus exerceri ». Et qui inventi fuerint notabiliter otiosi per Ministros et Custodes voce activa et passiva priventur, et ab omnibus promotionibus Ordinis retrahantur. « Quod (2) si Superiores in hoc fuerint negligentes, a Visitatoribus puniantur, qui diligenter inquirant, qualiter ista constitutio observetur (3) ». « Si Fratres alicubi indigent obsequiis puerorum saecularium » honestos habeant et securos, qui ad interiores officinas non admittantur sine licentia Generalis, « sed magis ipsi Fratres pro Christo humilitatis officia non recusent ».

6. Paulus Act. XX (4): « Argentum et aurum aut vestem nullius vestrum concupivi; ipsi vos scitis, quoniam ad ea quae mihi opus erant et hiis, qui mecum sunt, ministraverunt manus istae. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes oportet suscipere infirmos ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare quam accipere ».

7. Beatus Franciscus in legenda veteri (5): « Volo Fratres meos laborare et exercitari, et eos qui nesciunt aliquas artes addiscere (6), ut minus simus hominibus onerosi; et ne in otio per illicita cor aut lingua vagetur. Lucrum autem vel mercedem laboris non laborantis arbitrio sed Guardiani [fol. 36v. col 1a] providentiae volo (7) committi ».

8. Ex Capitulo Perpiniani: « Magna nobis est, si dissimulare nolumus, ad labores honestos et utiles indicta necessitas, ut et perniciosum declinemus otium omnis adinventionis perversae magistrum, et sanctorum patrum imitemur probitatis exemplum, ut pauperum subiiciamur penuriis et obediamus regularibus institutis. Quapropter Ministris Provincialibus districte praecipimus et mandamus, quatenus in cunctis suarum administrationum conventibus seu locis, per se vel per Custodes Fratribus, qui non se in communibus servitiis vel officiis iugiter occupant et sunt pro laboribus apti, singula et utilia et honesta eis secundum idoneitatem competentia iniungant opera vel sapientialis studii vel manualis exercitii, puta scripturae, picturae, texturae, orti culturae, sartoriae, suturae, carpentariae, vel cuiusvis occupationis honestae, de quibus ipsi Fratres quolibet sabbato Custodibus vel Guardianis aut eorum Vicariis vel aliquibus per eos deputatis fidelem teneantur reddere rationem, referentes seu in summa dicentes et aliqualiter exhibentes ea, quae per hebdomadam vel studio didicerint vel manu fuerint operati ».

2. « Si qui vero sani Fratres et validi inventi fuerint otiosi, ordinarie subiaceant disciplinae. Et si eorum praelati eos ex ignava dissimulatione otiari permiserint, si et quando de huiusmodi permissione convicti fuerint, per eum coram quo convicti legittime erunt, denuntientur a suis officiis esse suspensi, per nullum nisi per Generalem Ministrum vel per eum, cui ipse in speciali commiserit, relevandi. De mercede vero laboris praelati disponant et ordinent [fol. 36v. col. 2a] aequaliter distri-

(1) *Haec parag. differt et a Narb. et a Paris. Passus cum Narb. consonantes* « » signavimus. (2) Paris. *etiam* quod si. Narb. Et si.

(3) Par. *denuo sic.* Narb. servetur. (4) Vers. 33-4. Vulg. paucis variat.

(5) Sumptum est e II Cel. II c. CXX, ed. Alenc. p. 290 21-27.

(6) Ed. *add.* Et rationem reddens (ut etc.).

(7) Ed. committebat, Cod. *orationem rectam adhibet. Textus* Spec. Perf. ed. Sabatier c. 75 p. 148 *multum differt.*

buentes eamdem, ita dumtaxat quod laborantibus studeant favorabiliter subvenire. Nullus quoque Frater opera suscipiat vel se facturum aut missas dicturum spondeat vel mercedem laboris recipiat, nisi de sui iussione vel concessione praelati ».

9. Ex compilatione antiqua (1): « Ad otiositatem autem vitandam lectores incipiant legere a festo sancti Francisci et usque ad terminum sui Provincialis Capituli ordinarias continuent lectiones. Arceantur autem Fratres clerici (2) ad ingressum scolarum, cum non fuerint circa sibi iniuncta (3) officia occupati. Et qui otiositati dediti fuerint, gravi subiaceant (4) disciplinae, vel de loco studii emittantur. Temporibus etiam vacationum cogantur Fratres clerici aliquibus (5) lectionibus occupari ». « Nec (6) ratione huius (7) studii ab humilitatis obsequiis et divinis officiis eximantur ».

10. Ex quarta collatione patrum (8): « De negligentia quidem nostra sterilitas mentis nostrae descendit, dum vitio nostro tepore praecurrente incircumspecte nosmetipsos remissius exibentes, et per ignavam desidiam noxiis cogitationibus pasti, terram cordis nostri spinas et tribulos facimus germinare. Quibus in ea pullulantibus consequenter efficimur steriles atque ab omni spirituali fructu et contemplatione ieiuni ».

11. Ex capitulo Perpiniani: 1. « *Omnis scriptura divinitus inspirata utilis est,* Apostolo teste (9), *ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Huius rei gratia, ne tam utilis, tamque salubris doctrina inutiliter iuventuti erudiendae legatur, volumus et mandamus, quod legentes Sacrum Canonem variis distin-[fol. 37 r. col. 1ª] ctionibus et rittimis (*sic*) inutilibus non intendant: sed legant secundum gratiam a Domino sibi datam, assumentes sententiam, exponentes litteram, removentes dubia, et utilia notabilia inducentes.

2. Legentes vero sententias, dicta Magistri et Sanctorum assument; quaestiones utiles, quae possunt theologice tractari, pertractent; dicta doctoris eximii Magistri Alexandri de Alis diligenter inspiciant, et alios ea doceant secundum capacitatem et intelligentiam eis a conditore concessam. Ibi enim uberrimus theologicarum inquisitionum fluvius invenitur.

3. Qui vero iuvenibus phisica legunt, studeant auditores suos secundum eorum exigentiam tam doctrina quam moribus informare. Et hii omnes continuent toto anno, illis duntaxat exceptis temporibus, quibus Fratres, ut plurimum, pro seminatione divini verbi vel pro mendicatione victus necessarii ad exteriora exire coguntur.

4. Ista vero tempora in unaquaque Provincia per Ministrum in Provinciali Capitulo distinguentur. Lectores vero, qui, sicut supra scriptum est, legere noluerint, Ministri teneantur a suis officiis amovere. Studentes autem Parisius non revocentur pro Lectoribus, nisi studuerint per duos annos ibidem, vel nisi ex certa causa per Generalem Ministrum cum aliquo fuerit dispensatum ».

12. Frater Bonaventura (10): « Orationis gratiam viro religioso desiderandam super omnia, Franciscus (11) firmiter asserebat, nullumque cre-

(1) Paris 1292. Ehr. 107. n. 1. 80-108, 1 (nota).
(2) Ehr. omnes clerici fratres.
(3) Ehr. iniuncta sibi.
(4) Ehr. subiiciantur.
(5) Ehr. *add.* utilibus.
(6) Ehr. ead. not. (108) 3-5.
(7) Ehr. huiusmodi.
(8) Cassianus op. cit. cap. III Migne, P. L. 49, 586.
(9) II Tim., III, 16s.
(10) Leg. Mai. X. n. 1. Bo. 583, 1.
(11) Ed. *om.* Franciscus.

dens sine ipsa in Dei servitio prosperari (1), modis, quibus poterat, Fratres suos ad orationis (2) studium excitabat. Nam ambulans et sedens, interius (3) et foris, laborans et vacans orationi adeo erat intentus, ut illi videretur non solum quidquid erat in eo cordis et corporis, verum etiam [fol. 37r. col. 2ª] operis et temporis dedicasse ».

13. Ex capitulo Perpiniani: « Sanctae humilitatis officia, sanctorum patrum sequentes exempla, ut omnem impleamus iustitiam, perseveranter peragere satagamus sic, quod tam Ministri quam Custodes, dum in eodem conventu per quindenam moram trahunt, Guardiani, Lectores et ceteri Fratres paropsides lavent, domos et ecclesias quam maxime scopent, pannos ecclesiasticos et alios mundent, panem uniformiter, quando fuerit necesse, mendicent taliter, quod basi virtutum, humilitati, fideliter inhaerentes, paupertate spiritus, cui regni coelorum divitiae promissae sunt, gaudeamus ».

14. Ex compilatione antiqua (4): 1. « Cum dicatur in Regula (5), quod « Fratres desiderare debent habere spiritum Domini et sactam eius operationem, orare semper ad Deum puro corde »; ne devotionis fervor per inquietudinem multiloquii extinguatur, ordinamus, quod silentium a dicto Completorio, in conventu usque ad primam pulsationem Primae conventus servetur (6), exceptis hospitibus de novo venientibus et infirmis et eis (7) ministrantibus vel assistentibus, usque ad horam congruam de Guardiani sui licentia speciali ».

2. « Item (8) sileatur (9) in claustro, choro et dormitorio in quo sunt cellae vel studia omni tempore. In dormitorio vero a studiis separato tantummodo dum dormitur, et in refectorio dum comeditur tam in secunda mensa quam in prima. Et hoc non solum a residentibus, sed etiam a forensibus observetur ». « In (10) locis autem, ubi Fratres non habent officinas distinctas, assignetur, ubi Fratres sileant, et ubi possint colloqui aliis dum oportet ».

4. « Similiter (11) hora dormitionis a Pascha usque ad festum Exaltationis sanctae Crucis (12) qualibet die immediate post factam (13) mensam pulsetur campanella (14) refectorii et ex tunc sileatur usque ad Nonam. [fol. 37v. col. 1ª]. In diebus (15) ieiunorum simili modo a pulsata campanella sileatur, usquequo fiat signum ad surgendum secundum spatium a Guardiano provide assignatum (16). Liceat tamen breviter et submisse significare, quod necesse est ». « Et (17) quicumque contrafecerit, silentium videlicet prolixe frangendo, dicat in capitulo culpam suam et a Guardiano sibi imponatur, quod pro qualibet vice infra XV dies non bibat nisi aquam vel ab omni cocto abstineat praeter panem ».

---

(1) *Transp.* (2) Ed. eius. (3) Ed. *recte* intus.

(4) Cf. Narb. Bo. 453, 2, 33-41. Ehr. 98, 21-99, 3. *Sed ordinatio neque cum Narb. neque cum Paris* (cf. notas) *convenit. Textum Narb.* « » *signavimus.*

(5) Cap. X. Opusc. 72.

(6) Ll. cc. a Complet. usque *Pretiosa* servetur. (7) Ll. cc. eisdem.

(8) Est Textus comp. Paris. 1292, Narbonensem modificans. Cf. Narb. 453, 2, 42 seqq. Ehrle, 99. 3ss. et notas 2-7. (9) *Sic et* Par. Narb. sileant.

(10) *Hic inc. additio* Paris In-oportet. Cod. *om.* fratrum.

(11) *Denuo* Narb. Bo. 453, 2, 44-454, 1, 2, Ehr. 99, 5ss.

(12) *Hinc:* qualibet — assignatum *est additio in calce codd. Constitutionum Narb.* Narb. quolibet autem.

(13) Narb. secundam mens. immediate. Cod. Cort. *cum* Paris 1292 *concordat.*

(14) Narb. campana. (15) *Sic et* Paris. Narb. *om.* vero. (16) Narb. ordinatum.

(17) *Caetera prolixius, sed alio modo* ap. Narb. 454, 1, 10 seqq. Ehr. 99, 12ss.

15. Ex capitulo Perpiniani: 1. « Quia, ut ait vir seraphicus et devotissimus pater noster (1) « sanctae orationis et devotionis spiritui debent cetera temporalia deservire (2) », imo, ne, quod Deus avertat, saluberrimum huiusmodi spiritum apud nos per evagationem et inquietudinem, per scurililatem et multiloquium et tandem per dissolutionem mentium extingui contingat, praesenti constitutione iubemus, quatenus infra spatium comprehendens ecclesiam seu oratorium, claustrum, dormitorium et secretae necessitatis locum, Fratres omnes praeter infirmos et forenses et servitores eorum, a tempore Completorii usque ad primum signum Primae, diebus singulis per Guardianos et eorum Vicarios includantur sic, quod per domos alias, per porticus et plateas illo tempore quieti et orationi dedito, nullatenus valeant evagari. *Sed* (3) *in omni oratione et obsecratione, cum gratiarum actione*, sub silentio et quiete, *petitiones suas innotescere faciant apud Dominum, qui* (4) *orantes, ostio clauso et in abscondito videt et mercedem inextimabilem,* iuxta promissionem evangelicam, eis reddet (5).

2. Loca vero, quae ad clausuram huiusmodi non sunt disposita, disponantur, et isti salubri observantiae coaptentur. Et antequam aptata fuerint, Guardiani eorum non possint sub quovis titulo ad Provinciale Capitulum proficisci. [Fol. 37 v. col. 2ª]. Nec in eis liceat Ministris et Custodibus comedere carnes aut pisces, nec de talium locorum terminis recipere possint Fratres ».

X. — *Quod Fratres nihil sibi approprient.*

1. Beatus Franciscus in Regula (6). « Fratres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem ».

2. Abbas Pannutius (7): « Tres renuntiationes esse et patrum traditio et scripturarum sanctarum demonstrat auctoritas, quasque unumquemque nostrum omni studio oportet implere: prima est, qua corporaliter universas divitias mundi facultatesque contemnimus; secunda, qua mores ac vitia affectusque pristinos animi carnisque respuimus; tertia, qua mentem nostram de praesentibus universis ac visibilibus evocantes, futura tantummodo contemplamur, et ea, quae sunt invisibilia, concupiscimus. Quae tria, ut simul perficiantur, etiam Abrahae Dominum legimus praecepisse, cum dicit (8): *Exi de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui.* Primum dixit: *De terra tua,* idest de facultatibus huius mundi opibusque terrenis. Secundo: *De cognatione tua,* idest de conversatione et moribus vitiisque prioribus, quae nobis a nostra nativitate, affinitate velut cohaerentia quadam et consanguinitate congenita sunt. Tertio: *De domo patris tui,* idest de omni memoria mundi huius, quae oculorum occurrit obtutibus (9). Huiusmodi ergo renuntiationis tertiae veram perfectionem tunc merebimur obtinere, quando mens nostra nullo carneae pinguedinis excitata contagio, sed peritissimis elimationibus expolita, ab omni affectu et qualitate terrena per indesinentem divinarum rerum meditationem spiritalesque theorias, ad

(1) *Alia manus in marg. add.* Franciscus.
(2) *Alluditur ad* Regul. Cap. V. Opusc. 68.
(3) *Alluditur* ad Phil. IV, 6.
(4) *Item* ad Matth. IV, 6.
(5) Cap. VI. Opusc. 68.
(6) Cap. VI. Opusc. 68. Or. 41.
(7) Cassianus, Collat. III, c. 6. Migne, *Pat. Lat.* 49, 574 s.
(8) Gen. XII, 1: *Egredere* etc.
(9) L. c. VI-VII, p. 577-8. *Aliquibus variatis.*

illa, quae invisibilia sunt, eo usque transierit, ut circumdatam se fragilitate [fol. 38 r, col. 1ª] carnis ac situ (1) corporis, supernis et incorporeis intenta, non sentiat, atque in huiusmodi rapiatur excessus, ut non solum nullas voces auditu recipiat corporali, nec intuendis praetereuntium imaginibus cccupetur, sed nec adiacentes quidem moles et ingentes materias obiectas oculis carnis aspiciat. Cuius rei fidem atque virtutem nemo capiet, nisi qui haec, quae dicuntur, experientia magistrante perceperit, cuius videlicet ita Dominus oculos cordis de universis praesentibus evocarit, ut ea non tanquam transitoria, sed quasi transacta iam reputet, et velut inanem fumum in nihilum resoluta conspiciat, ambulansque, ut Enoch, cum Deo (2), ac de humana conversatione moribusque translatus, non inveniatur in praesenti saeculi vanitate ».

3. Beatus Franciscus in legenda (3): « Nequaquam saeculo perfecte renuntiat, qui proprii sensus loculos intra cordis arcana reservat ». Dicitur alibi in sermone quodam (4): « Ille Dei servus, qui non irascitur, nec se conturbat pro aliquo, recte vivit et sine proprio ».

4. Ex compilatione antiqua (5): « Inhibemus etiam per obedientiam, quod nullus Frater inducat, per se vel alium, personam aliquam ad faciendum seu ordinandum eleemosinam perpetuam vel ad vitam sibi vel Fratri alteri seu Ordini exhibendam. Et si aliqua talis fuerit ordinata, nullo modo in iudicio exigatur. Si quis autem contrarium attemptaverit, scilicet inducendo aliquem atque in iudicio exigendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat ».

5. Ex eadem (6): « Quicumque inventus fuerit proprietarius, libris (7) et omni actu legitimo sit privatus; Laici vero et Clerici, qui libros et (8) officia non habent, probationis caputio priventur (9). Et si quis talis in morte inventus fuerit, careat ecclesiastica sepultura ».

6. Ex compilatione Assisiate: « Postremo contra appropriatores locorum statuimus, [fol. 38 r, col. 2] quod Ministri, cum visitant vel alias, quando eis videbitur expedire, de huiusmodi diligenter inquirant vel inquiri faciant per Custodes. Et si quos tales invenerint, de suis locis eos expellere teneantur. Dicimus autem appropriatores locorum, quibus si dantur obedientiae recedendi, procurant eas per preces secularium revocari, vel qui alios, non de suis seu quos extraneos reputant subditos vel praelatos, secum nolunt habere vel etiam sustinere ».

XI. — *De eleemosina petenda.*

1. Beatus Franciscus in Regula (10): « *Tanquam peregrini et advenae* in hoc saeculo (11), Fratres in paupertate et humilitate Domino famulantes, vadant pro eleemosina confidenter; nec oportet eos verecundari; quia Dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Haec est illa celsitudo altissimae paupertatis, quae vos, carissimos Fratres meos, haeredes et reges regni coelorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit. Haec sit portio vestra, quae perducit *in terram viventium* (12):

(1) Cod. *om.* ac situ. (2) *Alluditur ad* Gen. XV, 22.
(3) Leg. Maior, VII, n. 2. Bo. 523, 1, 37 s. Cfr. etiam Barth. Pisanus ap. *An. Franc.* IV, 607. (4) *Admonit.* XI, Opusc. 12.
(5) *Est comp.* Paris 1292 *cum modificationibus et transp.* Ehr. 95, not. 5.
(6) Narb. Bo. 457, 2, 5-10. Ehr. 118, 8-11. (7) Ll. cc. *add.* omnibus.
(8) Ll. cc. vel. (9) Ll. cc. puniantur. (10) Cap. VI. Opusc. 68 s. Or. 41 s.
(11) Cfr. I Petr. 2, 11. Opusc. et Or. *om.* Fratres.
(12) *Alluditur ad* Psalm. 141, 7.

cui dilectissimi Fratres totaliter inhaerentes, nihil aliud pro nomine Domini nostri Iesu Christi in perpetuum sub coelo habere velitis ».

2. Ex compilatione antiqua (1): 1. Altaria quaestuaria sive cippos vel tabulas et similia ad recipiendam pecuniam nusquam procurent per se fieri vel haberi; nec patiantur Fratres in locis suis vel praedicationibus, quod cum bacinis vel cirothecis vel similibus pecunia pro Fratribus colligatur. Item, Fratres qui morantur in locis, pecuniam a transeuntibus non petant nec peti faciant. Liceat (2) tamen panem et vinum humiliter petere ». « Et (3) si quis scienter contra fecerit, pro qualibet vice una die tantum in pane et aqua ieiunet ».

2. « Item, in poenitentiis, quas imponunt, non faciant aliquid sibi (4) dari nec Fratribus nec personae nec loco alicui speciali. Et cum (5) testamentis interfuerint, non procurent sibi vel cognatis suis [fol. 88 v. col. 1.] aliquid erogari », « nisi (6) testatores fuerint Fratris coniuncti (7), vel aliis, quibus largiri consulitur, consanguinei vel affines ». Et quicunque scienter contra fecerit, privetur (8) legato, si eidem aliquid relinquatur ».

3. Ex Capitulo Perpiniani: « Indecens quaestus apparet viros honestos ab ignotis peregrinis et viatoribus consuetudinarie mendicare; quia saepe contingit, quod hii a quibus importune petitur, sunt pauperes verecundi et secundum sui status conditionem egeni et interdum afflicti, tristes et angustiati, qui nimirum ex tali quaestu amplius anxiantur. Sunt etiam aliqui Fratribus in locis nativis valde benefici, qui nolunt in partibus alienis a talibus quaestoribus molestari. Quare talem consuetudinarium quaestum saepe quidem infestum et improbum, scandalis expositum, confusionibus plenum, vilem et miserum generaliter prohibemus. Et de terminis conventuum vel locorum in quibus talis consuetudinaria viget abusio, quamdiu manebit consuetudo, nullum ad Ordinem recipi praesenti constitutione iubemus ».

XII. — *De servitio infirmorum.*

1. Beatus Franciscus in Regula (9): Ubicunque sunt et se invenerint Fratres, ostendant se domesticos invicem inter se. Et secure manifestet unus alteri necessitatem suam; quia si mater nutrit et diligit filium suum carnalem, quanto diligentius debet quis diligere et nutrire Fratrem suum spiritualem? Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit, alii Fratres debent ei servire, sicut vellent sibi serviri ».

2. Hugo libro de claustro animae (10): « Religio est habundans pauperi, mediocri sufficiens, tollerabilis diviti, infirmis larga, delicatis compatiens, fortioribus moderata, poenitentibus misericors, perversis severa, bonis [fol. 88 v. col. 2a] optima ».

---

(1) Nar. Bo. 452, 1, 22-8. Ehr. 92, 6-11, *ubi legitur:* seu cippi vel similia ad ... nusquam pro Fratribus habeantur. (2) Ll. cc. licet.

(3) Cfr. Narb. Bo. 452, 1, 22-7. Ehr. 92, 13-18. *Est* Cap. Paris. 1292. Ehr. l. c. et not. 6. (4) Ll. cc. *pauca transp.* (5) Ll. cc. *add.* in.

(6) *Hic incipit* Paris. 1292.

(7) *Paris.* fratri consulenti... quibus aliquid legari.

(8) L. c. libris et legato. Cfr. Narb. Bo. l. c. 33-7. Ehr. 93, 1-3, *sed differunt.*

(9) Cap. VI. Opusc. 69. Or. 42.

(10) Hugo de Folieto, op. cit. l. I. c. VIII; Abundans est enim religio pauperi etc. (Inter opp. Hugonis a S. Victore, Migne Pat. Lat. 176, 1088).

3. Frater Geraldus Generalis Minister: « 1. Fratribus infirmis Fratres infirmarii et Fratres ceteri, quibus ex opportunitate, societate, necessitate, occasione vel ex speciali deputatione servituti infirmorum incumbit servire; Ministri vero, Custodes et Guardiani eorumque Vicarii serviri facere, et de cunctis necessitatibus secundum possibilitatem pauperum providere vel provideri facere studeant iuxta fraternae caritatis et nostrae Regulae sanctiones. Illi vero, quibus servitium memoratum incumbit, si notabiliter culpabiles in praemissis inventi et legittime convicti fuerint, per eum coram quo convicti fuerint, dicto servitio continue cum probationis caputio deputentur usquequo per diligentiam obsequii se probaverint emendatos.

2. Custodes vero et Guardiani omnesque Vicarii, qui legittime deprehensi fuerint in praemissis notabiliter deliquisse, per Ministrum in Provinciali Capitulo, sicut de negligentia vel crudelitate notati, a suis officiis absolvantur. Ministri vero quorum Provinciae in male serviendo infirmis, per Visitatores inventae fuerint vitiosae, per ipsos Visitatores Generali Ministro et Generali Capitulo nuntientur, sicut ratio exegerit utique providendi.

XIII. — *De poenitentia Fratribus peccantibus imponenda.*

1. Beatus Franciscus in Regula (1): « Si qui Fratrum, instigante inimico, mortaliter peccaverint, pro illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter Fratres, ut recurratur ad solos Ministros Provinciales, teneantur praedicti Fratres ad eos recurrere, quam citius poterunt (2) sine mora. Ipsi vero Ministri, si presbiteri sunt, cum misericordia iniungant illis poenitentiam. Si vero presbiteri non sunt, iniungi faciant per [fol. 39 r col. 1ª] alios Sacerdotes Ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire; et cavere debent ne irascantur et conturbentur propter peccatum alicuius; quia ira et conturbatio in se et in aliis impediunt charitatem ».

2. Bonifatius papa VIII (3): « Generalis et singuli Provinciales Ministri (4) et eorum Vicarii ac etiam Custodes in Provinciis et in Custodiis sibi commissis praedictis Fratribus constitutis ibidem nec non et Fratribus aliis eiusdem Ordinis ad eos declinantibus undecunque absolutione et dispensatione indigentibus, sive prius quam intraverint Ordinem, sive post in casibus excesserint, pro quibus excommunicationis vel interdicti aut suspensionis incurrerint sententias, a iure vel a iudice generaliter pervulgatas et huiusmodi sententiis innodati aut in locis suppositis interdicto ecclesiastico divina officia celebrantes vel suscipientes ordines, sic ligati notam irregularitatis incurrunt, absolutionis et dispensationis beneficium valeant impertiri, nisi adeo gravis et enormis excessus fuerit, quod sint ad eamdem Sedem merito destinandi: Fratres etiam vestri, quos pro tempore vos Generalis et Provinciales Ministri, nec non et vices vestras gerentes, ac etiam Custodes in proprios habueritis confessores, absolutionis et dispensationis beneficium, vobis cum expedierit, valeant impertiri, iuxta formam concessionis super absolutione et dispensatione Fratrum eius Ordinis superius vobis

---

(1) Cap. VII. Opusc. 69 s. Or. 42. (2) Opusc. et Or. poterint.

(3) Idest in Mari Magno cf. ll. cc. supra p. 279 not. 6.

(4) *Bull. Fr.* II 299 b *om.* et eorum vicarii, *sed est* in forma Cl. IV l. c. III, 20, a. § 13.

factae (1) ». — Et infra: « Inhibemus insuper universis Fratribus vestri Ordinis, ne aliquis eorum, nisi in necessitatis urgentis articulo, aliis quam praelatis suis peccata sua confiteri praesumant, vel aliis eiusdem Ordinis sacerdotibus secundum Regulam et ipsius Ordinis instituta ».

3. Ex compilatione antiqua (2): « Ab excommunicatione vero pro iniectione manuum [fol. 39r. col. 2a] violenta (3) possit Custos absolvere vel Guardianus, si Custodis praesentia infra diem naturalem (4) haberi non possit, aut etiam Vicarius Guardiani, si Custodis vel (5) Guardiani praesentia infra triduum minime haberetur ».

4. Ex eadem (6): « Nullus sacerdos confessiones audiat saecularium vel religiosorum absque licentia sui Provincialis Ministri ». « Ministri (7) vero nullos licentient, nisi quos cum magna deliberatione discretos probaverint et securos; et hoc in Capitulo Provinciali de (8) Diffinitorum consilio tantum fiat ».

5. Ex eadem (9): « Quicumque Frater scienter consuluerit de aliquo, vel praesentaverit aliquem ad praedicationis vel confessionis officium, de cuius vita et spe proficiendi in executione iniungendi sibi talis officii probabiliter dubitatur, tribus diebus in pane tantum et aqua ieiunet ».

6. Ex eadem: « Statuit Capitulum Generale, ut singuli Fratres determinatos de conscientia Guardiani habeant confessores, quibus ad minus bis confiteantur in qualibet septimana ».

7. Ex compilatione Assisiate: « Studentes extra suas Provincias alibi quam Parisius confessiones non audiant mulierum, nisi talis casus contingeret, quod aliquam vellet confiteri, cuius linguam nullus alius Frater intelligeret de conventu ».

8. Ex capitulo Perpiniani: 1. « Ordinamus, quod nullus Frater Provincialibus Ministris inferior, nisi ex speciali Generalis vel sui Provincialis Ministri commissione, possit Fratrem aliquem absolvere a peccato inobedientiae contumacis, proprietariae rerum retentionis, lapsus carnis, furti enormis, iniectionis manuum violentae, falsi testimonii in iudicio facti, appellationis vel petitionis aut publicationis libelli famosi, falsificationis cuiuscunque sigilli, falsae criminationis in infamiam cuiuscumque.

2. Quare praesenti ordinatione statuimus, quod si qui Fratres [fol. 39v. col. 1a] divina permittente iustitia, et hostis antiqui fallacia procurante, quod absit, pro memoratis criminibus fuerint irretiti, pro absolutionis beneficio ad Ministros vel ad praefatos eorum Commissarios recurrere debent, ut potestatem tenebrarum effugiant sine mora. Ministri vero et eorum Commissarii diligenter attendant, quod misericordiae oleum infundentes, vinum iustitiae infundere non omittant, ut scilicet de poenitentia debita poenitentibus non modicam gratiam facientes, iniuriam quidem passis in persona, fama seu rebus aliis satisfactionem debitam fieri faciant, vel eos qui fecerint iniuriam non absolvant ».

4. « Talis autem absolutio in foro quidem obtenta secreto, non debet correctionem iudicialis fori, si crimen probatum fuerit, impedire. Si

---

(1) *Om.* in bulla Alex. IV *sed adest* in illa Clem. IV, l. c. III 23, § 36.
(2) Paris, 1292. Ehr. 112, nota 4. al. 4, lin. 10-13. (3) L. c. *om.* violenta.
(4) L. c. *om.* naturalem; *diff. tunc:* posset, vel vic. etiam gu.
(5) L. c. *add.* ipsius. (6) Narb. Bo 456, 1, 2-4. Ehr. 105, 12-13. *transp.*
(7) Narb. Bo. 456, 1, 7-10. Ehr. 105, 15-7.
(8) De def. consilio *additum fuit* a Paris, 1292. Ehr. 105, not. 9.
(9) Narb. Bo. 456. 2, 19-25. Ehr. 108, 20-109-3, *in calce Narb. additum fuit, sed om.* a Paris 1292. Ll. cc. *transp.*

tamen Frater poenitens, instigante se spiritu, antequam sit delatus vel accusatus de crimine, faciem Ministri coram testibus in confessione praevenerit, indulgemus, concedimus et volumus, quod Minister de plenitudine potestatis et gratiae, a poenis externis de memoratorum consilio testium Fratrem poenitentem quoad extrinsecum forum quietet, liberet ac absolvat, alia quidem minus confusibili imposita sibi poenitentia salutari ».

9. Ex compilatione antiqua (1): « Si quis Provincialis Minister committat alicui praelatorum auctoritatem suam super illis casibus, qui Ministris Provincialibus reservantur, et contingat Ministrum mori seu ab officio ministerii admoveri, talis commissio penes illum, cui facta fuit, remaneat, donec Minister in Provincia habeatur. Et quicumque confessorum ex certa scientia praesumpserit absolvere a praemissis, suspensus sit ipso facto a confessionibus audiendis, nec restitui possit, nisi per suum Provincialem Ministrum. Et quicunque vitiosus [fol. 39v. col. 2a] in hoc legittime fuerit deprehensus, poena carceris puniatur ».

XIV. — *De electione Generalis Ministri et Capitulo Pentecostes.*

1. Beatus Franciscus in Regula (2): « Universi Fratres unum de Fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum et servum totius Fraternitatis, et ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio successoris fiat a Ministris Provincialibus et Custodibus in Capitulo Pentecostes, in quo Provinciales Ministri teneantur semper insimul convenire, ubicunque a Generali Ministro fuerit constitutum: et hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem vel minorem, sicut a praedicto Ministro fuerit ordinatum. Et si aliquo tempore appareret universitati Ministrorum Provincialium et Custodum, praedictum Ministrum non esse sufficientem ad servitium et communem utilitatem Fratrum, teneantur praedicti Fratres, quibus electio data est, in nomine Domini alium sibi eligere in Custodem ».

2. Bonifatius VIII (3): « Ut successores tui, fili Generalis Minister, qui erunt pro tempore, statim postquam electi secundum Regulam et Constitutiones fuerint, eo ipso veri eiusdem Ordinis Generales Ministri effecti, curam animarum Fratrum ipsius Ordinis plene habeant libereque gerant, ipsosque Fratres auctoritate propria ligare ac solvere, nec non in eodem Ordine agere valeant quae ipsi Ministri et Diffinitores ad hoc electi iuxta praedictas Constitutiones eisdem Ordini et Fratribus secundum viderint expedire aliasque possint officium Generalis ministerii licite in omnibus exercere. Ideoque Fratres tibi, Generalis Minister, et successoribus ipsis devote ac humiliter obediant ac intendant, ac praefati successores et tu Generalis Minister a Provincialibus Ministris et Custodibus secundum Regulam et Constitutiones ipsius Ordinis absolvi ac amoveri possitis, auctoritate apostolica [fol. 40r. col. 1a] indulgemus, ratum habentes et firmum quidquid super praemissis per Generalem Ministrum dictosque praedecessores Fratres et Diffinitores factum et observatum est hactenus, concessa tibi exequendi officium ge-

(1) Cf. Paris, 1292. Ehr. 112 not. 4, al. 4. *sed differt.*

(2) Cap. VIII. Opusc. 70s. Or. 48.

(3) Cf. Bulla cit. Alexandri IV, l. c. II 298, 2, 5-35, *qui locus:* ut successores libera facultate *a Clemente IV repetitus,* l. c. III. 19, n. 25 *ideo a Sbaralea omissus est.*

neralis ministerii omni libera facultate (1). In electionibus quoque Generalis et Provincialium Ministrorum ipsius Ordinis, qui debent electionem huiusmodi celebrare, cum eos frequenter de remotis partibus oporteat convenire, tempus super hoc a iure statutum non curatur nec ipsi in hac parte iuris huius regulis coarctentur ».

3. Gregorius nonus (2): « Dubitantibus vobis, an pro eo quod in Regula dicitur, ut (3) « decedente Generali Ministro, a Provincialibus Ministris et Custodibus in Capitulo Pentecostes fiat electio successoris (4) », omnium Custodum multitudinem oporteat ad Generale Capitulum convenire; an ut omnia cum maiori tranquillitate tractentur, sufficere possit, ut aliqui de singulis Provinciis, qui vicem aliorum teneant (5) intersint, taliter respondemus, ut singularum Provinciarum Custodes unum ex se constituant, quem cum suo Provinciali Ministro pro ipsis ad Capitulum dirigant, vices suas committentes eisdem (6). Quod etiam, cum statuistis per vos ipsos, statutum huiusmodi duximus approbandum ».

4. Ex compilatione antiqua (7): « 1. Ordinamus, quod ad electionem (8) Generalis Ministri procedatur hoc modo. Electoribus scilicet (9) congregatis die ad eligendum praefixa, primo invocata Spiritus Sancti gratia (10) », « fiat inclusio electorum. Demum (11) Minister Provinciae, ubi fiet Capitulum Generale vel si ipse defuerit, Custos eiusdem Provinciae electus ad ipsum Capitulum Generale, disquisitores instituat de duorum vel trium consilio discretorum, qui « singulorum (12) vota seorsum aliquantulum coram oculis omnium perquirant fideliter et conscribant, [fol. 40r. col. 2ª] ita quod singuli, antequam recedant ab eis, audiant, qualiter conscripserint vota sua ».

2. « Et (13) Fratres electores in exprimendo vota sua, utantur hiis verbis: *Ego talis Minister vel Custos talis Provinciae nomino talem Fratrem, vel consentio in talem Fratrem pro Generali Ministro* ». « Quibus (14) per ordinem conscriptis, statim in eodem loco, antequam Fratres discedant vel colloquantur ad invicem, publicentur (15) in medium quae scripserunt. Quod, si divina gratia spirante (16) in unum aliquem concordaverint, illius electio firma est sine (17) aliqua quaestione. Si vero in partes inaequales (18) se diviserint, ille in quem plures medietate eligentium omnium assenserint (19) » « postquam (20) electio fuerit pronuntiata de eo », « ex (21) vi talis electionis et praesentis constitu-

---

(1) *Hic passus a Clemente IV adiunctus fuit*, l. c. III, 19. n. 25, l. 2-9.
(2) Cf. Bulla: *Quo elongati*, ap. Sbaralea, *Bull. Fr.* I, 68-70.
(3) Sbar. *om.* ut. (4) Cap. VIII. Opusc. 70.
(5) Sbar. vocem habeant aliorum.
(6) Sbar. Voces... eidem; quod cum etiam.
(7) Narb. Bo. 460 (Rubr. IX), 1, lin. 2 seqq. Ehr. 123-4. *Est* Paris, 1292 Ehr. l. c. not. (8) Ll. cc. electiones procedatur. (9) Ll. cc. *om.* scilicet.
(10) *Hoc add.* Paris, 1292; Ehr. 124, not. 1; discretorum qui.
(11) Ehr. deinde. *In Cod. quaedam ad aliam paragraphum remittentia om.* l. c. lin. 1-3. (12) Narb. Bo. l. c. Ehr. 124, 2.
(13) *Pergit* Paris, 1292 — Ministro. Ehr. 124, not. 2.
(14) *Reassumitur* Narb.
(15) Narb. ll. cc. publicent; *sed* Paris. Ehr. 124, nota 3: publicentur.
(16) Narb. ll. cc. inspirante. (17) *Ibid.* absque.
(18) Bo: aequales; Ehr. inaequalis. (19) Bo. Ehr. om. el. consenserint.
(20) *Haec interserit* Paris, Ehr. 123, not. 5. — de eo.
(21) Narb. ll. cc. — constitutionis, *reapparet.*

tionis » « verus (1) Generalis Minister Ordinis habeatur, auctoritate privilegiorum Ordini nostro a Sede Apostolica indultorum ». « Surgat (2) tamen ex electoribus unus », « a (3) praedicto Ministro vel Custode » ad (4) hoc deputatus et dicat: *In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen: Ego talis* (5), *nomine meo et nomine omnium vestrum, qui mecum in eum vel ipsum consensistis, eligo talem Fratrem in Generalem Ministrum Ordinis nostri.* Quo (6) facto, statim incipiat: *Te Deum laudamus* etc. « Et (7) in omni pronuntiatione electionis forma praedicta ab omnibus uniformiter observetur ».

3. « Si (8) vero iterato huiusmodi scrutinio, quoties videbitur electoribus expedire, contingit, quod nullus esset electus a maiori numero electorum, possint communiter compromittere in tres vel quinque fratres idoneos et discretos, qui vice omnium de praeficiendo valeant providere.

4. Si vero Generalem Ministrum mori contigerit ante (9) sancti Michaelis festum, Minister in cuius administratione (10) moritur, vel Vicarius, teneatur significare sine dilatione Ministris quibuscumque (11) poterit, bona fide, ut in Pentecoste [fol. 40v. col. 1ª] sequenti fiat Capitulum Generale. Si vero post dictum festum decesserit, nuntietur nihilominus, ut dictum est, non tamen fiat Generale Capitulum (12) nisi alias illo anno debuerat celebrari, sed celebretur in sequenti, et hoc in loco et Provincia, ubi ordinatum fuerat per Generalem Ministrum celebrari.

5. Praedictus (13) vero Minister Provinciae, ubi fiet Capitulum Generale, potestatem habeat super alios in Capitulo cohercendi eos in hiis, quae ad expeditionem Capituli pertinent, quousque electus sit Generalis Minister, si fuerit praesens electus. Si vero absens, ille (14) Minister Provinciae, ubi fiet Capitulum, assumptis secum duobus Ministris, uno transmontano et alio cismontano, de seipsis provideant vel aliis de uno (15), qui super alios usque ad finem Capituli habeat potestatem. Quod etiam intelligimus, quandocumque alia de causa Generalis praedicto Capitulo (16) non poterit interesse. « Idem ponit Custos illius Provinciae electus ad Generale Capitulum, quando suus Minister (17) non fuerit. Aliis tamen tractatibus (18) Capituli non intersit ».

---

(1) *Denuo interseritur* Paris, Ehr. nota 6.

(2) Reassumitur Narb. — unus.

(3) Paris. iterum a praed. — custode.

(4) Narb. *prosequitur, uti semper hic a* Paris. *interpolatus.*

(5) Paris, *sic.* Narb. *vero:* Ego frater N... omnium nostrum eligo. Cf. Ehr. not. 9.

(6) Narb. ll. cc.

(7) *Haec:* Quo — observetur *add.* Paris, *sed in margine codicis Ottoboniani 15, quem Ehrle semper sequitur. Cf. ibid. 75, 86.*

(8) *Sequentia quoque e Compit. Paris. 1292 desumpta sunt. Paris. non multum differt a Narb.* Bo. 460, 1, 27 — 2, 15; Ehr. 124, 20 — 125, 15.

(9) Narb. *transp.*

(10) *Sic* Paris, Narb. ministratione.

(11) Narb. ll. cc. omnibus quibus.

(12) Narb. ll. cc. fiat gen. Cap. *anno illo,* nisi alias *eodem* anno *debuerit* cel. sed etc. Cod. *cum* Paris: Ehr. 125, not. 1, gen. Cap. nisi alias anno illo debuerat celebrari. Predictus etc. Narb. *econtra alia adhuc post* celebrari *add.*

(13) Narb. Bo. ll. cc. *om.* praedictus.

(14) Ll. cc. *om.* ille.

(15) Ll. cc. *transp. et add.* Ministro.

(16) Ll. cc. *transp. Eandem transp. verborum apud Paris.* Ehr. 125, not. 2, *ubi* (Paris) *etiam quae sequuntur adsunt:* — Ex *om.* Narb.

(17) Ehr. *add.* praesens.

(18) Ehr. *add.* generalis.

5. Beatus Franciscus (1). « Volo vobis, Fratres carissimi, unum depingere ac manu iuxta proverbium facere, in quo reluceat, qualis esse debeat huius familiae pater. Homo itaque esse debet vitae gravissimae ac discretionis magnae, famae laudabilis: homo, qui privatis amoribus careat, ne dum in parte (2) diligit, in toto scandalum generet: homo, cui sanctae orationis studium sit amicum, qui certas horas animae, certas gregi commisso distribuat. Nam primo mane missarum sacramenta debet praemittere et longa devotione seipsum et gregem divino tutamini commendare. Post orationem vero seipsum (3) in publico statuat ab omnibus depilandum, omnibus responsurum et (4) omnibus cum mansuetudine provisurum. Homo debet esse, qui personarum [fol 40v. col. 2ª] acceptione sordidum non faciat angulum, apud quem minorum et simplicium non minus cura vigeat, quam sapientium vel maiorum. Homo, cui etsi concessum est litteraturae dono praecellere, plus tamen in moribus piae simplicitatis imaginem gerat foveatque virtutes. Homo, qui exsecretur pecuniam nostrae professionis et perfectionis praecipuam corruptelam: qui pauperis religionis caput se praebeat ceteris imitandum (5), nullis unquam loculis abutatur. Sufficere (6) quippe debet huic pro se habitus et mantellus (7), pro Fratribus vero pennarium et sigillum. Non sit aggregator librorum, nec lectioni multum intentus, ne detrahat officio, quod praerogat studio ».

6. Ex compilatione antiqua (8): « 1. Teneantur Fratres in Provinciali Capitulo immediate praecedente Capitulum Generale visitare Generalem Ministrum de notabilibus excessibus certis et (9) terminis explicatis. Et tales excessus per Custodem euntem ad Generale Capitulum transmittantur sub sigillo (10) Ministri, Custodis et Guardiani loci, in quo Capitulum Provinciale (11) celebratur. Qui Custos Ministris et Custodibus, ad quos (12) ex Regula correctio Generalis Ministri spectat repraesentet huiusmodi Capitulo Generali ». « Similiter (13) teneantur Capitula Provincialia per obedientiam significare (14) Capitulo Generali de excessibus et insufficientia Ministri et de receptione inutilium per eumdem (15), ac Fratrum Provinciae et communi pace sub eodem »: « Et (16) cum de praedictis inquiritur, Ministri de Capitulo exire teneantur ».

2. « Et si pax non fuerit, causa perturbationis scribatur (17); et sciat, quia secundum ea, quae mittentur, procedetur in Capitulo Generali ». « Accusationes (18) autem, et (19) petitiones et statuum Provinciarum insinuationes non in una littera, sed [fol. 41r, col. 1ª] singula (20)

---

(1) Desumptus est hic textus ex Leg. II Celanensis, II, cap. 139, n. 185, ed. Alenconiensis. Romae 1906, p. 307, 16 — 308, 10. Omnes norunt, quantum textus iste differat ab alio *Speculum Perfectionis*, ed. Sabatier, cap. 80, p. 154-5, Paris 1898, et alii ibidem indicati, ut Barth. Pisanus, ed. ap. *Anal. Fr.* IV, 624s.

(2) Cel. Spec. *add.* plus. (3) Cell. *add.* inquit. (4) Cel. *om.* et.

(5) Cel. *transp.* (6) Cel. *add.* inquit. (7) Cel. Spec. libellus, *sed erronee.*

(8) Paris 1292 Ehr. 133 nota 2. (9) L. c. *add.* in. (10) L. c. sigillis.

(11) L. c. *transp.* (12) *Item transp.*

(13) *Dehinc* cf. Narb. Bo. 462, 2, 19-30. Ehr. 133, f.-15. *Uti semper Cod. praebet formam* Paris 1292. Narb. *om.* similiter; *add.* autem.

(14) Cfr. Erh. not. 3.

(15) Narb. et de statu et communi pace provinciae sub eodem.

(16) Paris *haec add.* teneatur (minister: Paris) Ehr. not. 4.

(17) Narb. ll. cc. scribant.

(18) *Hinc* — expressum, a Paris 1292. Ehr. 133 nota 5.

(19) Ehr. *om. et.* (20) Ehr. *add.* singillatim.

in singulis litteris ad maiorem expeditionem Generali Capitulo destinentur. Et forma scribendi communis (1), prout ordinavit alias Generale Capitulum (2), ab omnibus observetur, ita quod in mittendis litteris (3) ad Generale Capitulum de statu Provinciarum, non ponatur nomen Provincialis Ministri. Sigillum (4) tamen eius in huiusmodi litteris apponatur, sicut superius est expressum ». « Praedictae (5) autem litterae clausae sint, nec Ministri legant, nec audiant ea, quae continentur in eis ». « Nihil (6) autem scribatur Generali Capitulo pro recipiendo (7) Ministrum vel commendando ipsum. A Provinciali Capitulo possint (8) tamen scribere, si quid habent dicere contra ipsum (9). Iste modus scribendi (10) teneatur circa Custodes et Guardianos ad Capitulum Provinciale ».

7. Ex eadem (11): « Ad Generale Capitulum conveniant Ministri quilibet tantum cum uno (12) honesto socio, et Custos electus a Custodibus et unus Discretus a Capitulo Provinciali (13) electus »: « ita (14) quod Custos portet litteras testimoniales sub sigillo (15) Custodis, Discretus vero sub sigillo Ministri, Custodis et Guardiani loci, in quo praefatum Capitulum fuerit celebratum ». « Si (16) tamen contingat, aliquem (17) vel aliquos eorum non venire, nihil eorum quae per Capitulum expedienda sunt propter hoc obmittatur. Si aliquem de venientibus ad Capitulum Generale contingat (18) manifeste impediri, ne veniat, teneantur Fratres reliquum associare de loco ad locum, donec societas sibi (19) occurrerit opportuna ». « Idem (20) fiat de redeuntibus a Generali Capitulo, donec in suas Provincias reducantur ». « Idem (21) fiat de Fratribus euntibus pro confirmatione Provincialis Ministri ».

2. Quod (22) si aliqui de praedictis remanserint, qui iudicio Generalis Ministri vel Capituli non fuerint legitime impediti, si in officio praelationis vel lectionis fuerint, absolvantur, et in eisdem vel in aliis reponi non [fol. 41r. col. 2ª] possint usque ad sequens Capitulum Generale. Nullus autem ante praefinitum tempus ad intrandum audeat praevenire sine licentia Generalis Ministri, si praesens fuerit, vel illius Ministri in eius absentia in cuius Provincia Capitulum celebratur.

3. Item, nullus ad Generale Capitulum venire praesumat, nisi ei ex Regula vel ex Constitutione competit, aut de licentia Generalis Ministri sive sui Provincialis Ministri si Generale Ministerium tunc vacaret. Quicumque autem aliter venerit vel intentione veniendi, Provinciam in qua moratur exierit, ipso facto omni actu legittimo per annum integrum

---

(1) Ehr. *transp.* (2) Scil. Cap. Assisiense 1279; cf. Ehr. 49.
(3) Ehr. *transp.*
(4) Sigillum-expressum *est additio posterior* in Cod. Ottob. 15 (Paris 1292).
(5) *Hunc passum:* praedictae — in eis *non invenimus.*
(6) *Denuo* Narb. quae *transp.* (7) Narb. petendo, Paris: repetendo.
(8) Narb. possunt. (9) Ll. cc. eum. (10) Ll. cc. *om.* scribendi.
(11) Cf. Narb. Bo. 462, 2, Rubr. XI, lin. 12 seqq. Ehr. 184, 5 seqq. *et* Paris 1292; cfr. notas l. c. (12) Narb. *transp.* (13) *Item.*
(14) *Additio* Paris 1292. Ehr. 184, nota 2. — celebratum.
(15) *Ibi* sigillis custodum. (16) Cf. Narb. 462, 2, Rubr. XI, 19.
(17) Narb. ex praedictis vel aliquos non convenire.
(18) Ll. cc. contigerit. (19) Ll. cc. *om.* sibi, *et tunc transp.*
(20) Additio Paris 1292. Ehr. 184 not. 3 *ubi habes:....* ad suas provincias reducant. (21) Narb. 463, 1, 6-7. Ehr. 184, 14-15.
(22) *Passum dehinc seq. a* numero 2 ad 4um *non invenimus.*

sit privatus. Et si Capituli locum intraverit, per Guardianum loci vel eius Vicarium statim per obedientiam expellatur. Idem per omnia dicimus de exeuntibus suas Custodias intentione veniendi ad Capitulum Provinciale per Ministros Provinciales non vocatis vel non licentiatis, aut in Ministri absentia per eius Vicarium vel Custodem Custodiae in qua Capitulum celebratur (1).

4. « Ordinamus, quod Generalis Capituli Diffinitores sint Ministri et unus subditus de qualibet Provincia in Provinciali Capitulo ad hoc electus. Et dicimus hic *subditos* omnes sub Provincialibus Ministris (2) constitutos, salva tamen Generalis Ministri correptione, absolutione, et electione (3), quae secundum regulam Ministris et Custodibus conceduntur. In quo Capitulo Ministri (4) si praesentes fuerint, renuntiare teneantur, quorum renuntiatio a Generali vel ab eo, qui tenet Capitulum loco eius, cum consensu Generalis Capituli (5), si videbitur admittatur ».

5. « Declarat (6) autem Generalis Minister cum Capitulo Generali, quod Fratres habitantes actu extra Provincias suas, prout Parisius vel in aliis studiis, non possint eligi pro Discretis ipsarum Provinciarum ad Capitulum Generale, nec Generalis Minister admittat petitionem, si ei super hoc in contrarium porrigatur ». « In omnibus (7) autem memorati Capituli diffinitionibus sententia plurium indistincte [fol. 41v. col. 1a] praevaleat et inviolabiliter observetur, nec ab ea aliquis appellare praesumat ». « Porro (8) Fratres qui veniunt ad Generale Capitulum, qui non occupantur in diffinitione negotiorum Capituli, quolibet die, excepta vigilia et dominica Pentecostes solemniner celebrent unam Missam ad honorem Virginis gloriosae; quod (9) volumus in Capitulis Provincialibus observari, quando fieri poterit bono modo ».

6. « Congregati (10) igitur Ministri et dicti Custodes, feria VI proxima (11) Pentecostes, et non prius, quiescant (12) et deliberent usque mane diei sequentis; et tunc, audita Missa, ingressi Capitulum, cantent hymnum: *Veni creator spiritus*, Demum dicatur versus (13): *Emitte spiritum tuum* etc. oratio: *Deus qui corda fidelium* usque per *Christum Dominum nostrum*. Respondetur: *Amen* ». « Tunc (14) litterae testimoniales Custodum Ministro (15) Generali et Provincialibus praesententur ».

7. « Postea (16) tractetur (17) de statu et correptione Generalis Ministri hoc modo. In primis Generalis Minister (18) coram omnibus se accuset, post hoc (19) egrediatur. Quo egresso, Guardianus loci, assumptis secum aliquibus (20) discretis Fratribus de conventu, dictos Ministros cum Cu-

(1) Cf. *notam praec.* (2) Narb. Bo. 468, 1, 38. Ehr. 185, 1; *transp.*
(3) Ll. cc. *add.* et confirmatione.
(4) Ll. cc. *add.* semper per se . . . vel per litteras, si absentes, *renuntiare.*
(5) Ll. cc. assensu capituli.
(6) Hoc decretum cum non inverimus, ineditum nobis videtur.
(7) Narb. Bo. 468, 1, 41-6. Ehr. 185, 7-11 *cum addit.* excepto-habeatur *post* observetur. (8) *Est* Paris 1292. Ehr. 185, not. 4.
(9) Ehr. *add.* etiam. (10) Narb. Bo. 468, 1, 46-54. Ehr. 185, 12-17.
(11) Ll. cc. *add.* ante festum. (12) = Cod. quiescat.
(13) Narb. Bo. Ehr. ll. cc. deinde versiculum . . . orationem: Deus qui corda usque *per.* (14) Tunc praesententur *add.* Paris. Cfr. Ehr. 185. not. 5.
(15) Ehr. *om.* ministro.
(16) *Denuo* Narb. Bo. 468, 1, 55 et col. 2, 1ss. Ehr. 185, 18ss.
(17) Ll. cc. tractent. (18) Ll. cc. *transp.*
(19) Ll. cc. haec. (20) Ll. cc. aliquot *et infra* Narb. Bo. recludat.

stodibus in conclavi recludat, ita quod nullatenus exire valeant, nec illis ullo modo aliqua cibaria (1) ministrentur, donec provideant, ut oportet, circa statum Generalis Ministri. Et ad hoc tam includens (2) quam inclusi firmiter teneantur. Quod si quis contra fecerit, excommunicatus sit ipso facto ».

8. Processus inclusorum sit talis. Minister Provincialis illius Provinciae, in qua Capitulum celebratur, vel si (3) defuerit « [custos] illius (4) Provinciae electus a Custodibus ad Generale Capitulum » « requirat in privato (5) a singulis per ordinem, si quid habent dicere de excessibus et (6) insufficientia Generalis Ministri (7); et singuli teneantur bona fide incusare eum (8) de quibus reputaverint incusandum. Quod si aliquae accusationes notabiles proponantur, dictus Minister Provincialis (9) cum duobus Discretis, quos ex praesentibus sibi assumet, [fol. 41 v. col. 2a] diligenter conscribant. Quas, postquam conscripserint et mox in medium recitaverint, eidem revocato audientia concedatur. Et eodem egresso, iterum super accusationibus et excusationibus communis locutio (10) habeatur. Qua peracta, praedicti Disquisitores, singulorum vota sicut in electione facienda, publice perquirant, utrum (11) appareat dictum Generalem Ministrum esse corrigendum vel penitus amovendum. Quibus conscriptis (12) mox in medium recitatis iuxta sententiam maioris [partis] medietate omnium, ad correctionem eius vel amotionem procedatur hoc modo. Si tantum corrigendus fuerit, per Ministros et Custodes ibidem continuo corrigatur. Si vero penitus (13) amovendus, praedicti tres Disquisitores, eidem revocato seorsum et in (14) secreto, prius suadeant cessionem voluntariam (15) et si incontinenti non cesserit, habeatur nihilominus pro amoto. Et statim eo foras egresso, ostioque (16) ut prius firmiter obserato, ad electionem alterius procedatur, ita ut in mane festi (17) sequentis habeat Ordo alium Ministrum Generalem praesentem vel absentem ».

9. « Feria secunda (18) Pentecostes mane cantetur missa de Spiritu Sancto; qua cantata, intrent Fratres in (19) locum Capituli et fiat sermo Fratribus in communi. Quo completo, recitetur numerus Fratrum defunctorum a tempore Generalis Capituli proximi praecedentis (20), pro quibus dicatur psalmus: *De profundis*, in fine: *Requiem aeternam* etc. *Pater noster. Et ne nos. A porta inferi. Requiescant in pace. Amen.* (21). *Domine exaudi. Dominus vobiscum.* Oratio: *Absolve.* Numerus autem (22)

---

(1) Ll. cc. *om.* illis *et legit* alimenta aliqua . . . providerint.
(2) Ll. cc. includentes *et infra* itaque si. (3) Ll. cc. *add.* ipse.
(4) *Redit textus Paris.* illius-capitulum. Cfr. Ehr. 185, not. 6: Custos illius.
(5) Ll. cc. publico. (6) Ll. cc. vel.
(7) Narb. Bo. *add.* qui etiam Minister, cum Generalis Minister interesse nequiverit, Capitulum teneat loco eius, et singuli. Cf. Ehr. 185-6.
(8) Ll. cc. accusare ipsum.
(9) Ll. cc. *transp. et add.* vel custos . . . ad hoc assumet.
(10) Ll. cc. collatio.
(11) Ll. cc. *add.* eis. *et infra* corrigendum tantum vel etiam.
(12) Ll. cc. *add.* et. *Infra* = Codex *om.* partis. (13) Ll. cc. *add.* fuerit.
(14) Ll. cc. *om.* in (15) Ll. cc. *transp.*
(16) Ll. cc. ac statim ipso . . . et ostio. (17) Ll. cc. dici, *Infra transp.*
(18) Ll. cc. *add.* post. (19) Ll. cc. *om.* in.
(20) Ll. cc. proximo praeteriti.
(21) Ll. cc. *om.* amen. (22) Ll. cc. *add.* Fratrum.

ibidem recitatus ad singulas Provincias deferatur, ut in singulis Provincialibus Capitulis modo simili absolvantur ».

10. « Post hoc litterae praesentandae praesententur, et recommendatitiae in fine Capituli legantur, et respondeatur de quibus fuerit [fol. 42 r. col. 1ᵃ] respondendum. Hinc omnes, qui non debent interesse Capitulo, exeant ».

11. « Nullus religiosus alterius religionis vel professionis, nullusque saecularis cuiusque ordinis, dignitatis vel vitae, tractatibus Capituli admittatur. Missi ad excusandos (1) Fratres qui non venerunt, audiantur. Demum fiat collatio super hiis, quae de Provinciis ad Capitulum sunt transmissa, et provideatur per Generalem Ministrum et Diffinitores de singulis, ut oportet, de correctione corrigendorum (2), ordinatione ordinandorum. Et perquiratur (3) diligenter qualiter Regula et Statuta Capituli Generalis (4), in singulis Provinciis fuerint custodita ».

12. « In fine assignetur locus in quo sequens Capitulum celebretur, et fiat communis confessio et absolutio, perseverantibus benedictio, apostatis anathematizatio. Postea cantetur: *Te Deum laudamus,* postea (5) versiculus: *Confirma hoc Deus* etc. Oratio: *Actiones nostras,* in fine: *per Christum Dominum nostrum.* Respondetur: *Amen* (6). Similis solemnitas in fine Provincialis Capituli observetur ». « Quidquid (7) autem de cetero statutum fuerit in Capitulo Generali, sub sigillo Generalis Ministri ad singulas Provincias deportetur ».

8. Ex eadem (8): « Nihil mittatur ad Generale Capitulum, quod non fuerit prius per Provinciale Capitulum discussum, examinatum, probatum legittime (9), approbatum a maiori parte Provincialis Capituli, fideliter conscriptum, lectum et sigillatum coram omnibus sigillo (10) Ministri et Custodis et Guardiani loci, in quo Capitulum celebratur, nisi facto Provinciali Capitulo, adeo grave emergat, quod sine periculo gravi (11) usque ad sequens Provinciale Capitulum diffiniri (12) non posset. Et si talis eventus non tangat Ministrum (13) vel eius Vicarium praeter alterius eorum consilium non mittatur. Si vero Ministrum tangat per Custodem, Guardianum et Fratres loci ubi contingeret primo discussum, de consilio Vicarii desti[fol. 42 r col. 2ᵃ] netur. Si vero (14) tangat Vicarium, ab eisdem discussum, modo idoneo nuntietur Capitulo Generali ».

9. Ex eadem (15): « In virtute Spiritus Sancti per obedientiam inhibemus districte, ne quis causam depositionis Generalis, Provincialis, Custodis seu Guardiani, vel eorum excessum seu correctionem aut secretum Capituli cuiuscunque (16), seu dissensionem Diffinitorum vel Fratrum

---

(1) Ll. cc. excusandum... venerint... deinde fiat.

(2) Ll. cc. *add.* et. Narb. Bo. *om.* de.

(3) Ll. cc. quaeratur. *Hic textus est* Paris. 1292. Cf. Ehr. 136, not. 4.

(4) *Transp.*

(5) Ll. cc. *om.* postea. Ehr. *legit* versus. Narb. Bo. Ehr. *infra om.* Dominum nostrum.

(6) Ll. cc. *om.* Respondetur: Amen.

(7) *Incipit additio comp.* Paris. 1292: quidquid deportetur.

(8) Narb. Bo. 462, 2, 3-18. Ehr. 132, 26 ss et 133, 1-6.

(9) Ll. cc. *add.* et. *Trasp.*

(10) Ll. cc. sigillis.

(11) *Transp.*

(12) Ll. cc. differri. Narb. Bo. *infra* possit.

(13) Ll. cc. provincialem ministrum.

(14) Ll. cc. *om.* vero.

(15) Narb. Bo. 457, 2, 51-2 et 458, 1, 1-10. Ehr. 115, 18 ss: *ambo* et obedientiae prohibemus... ministri generalis.

(16) Narb. Bo. *om.* cuiuscunque *quod legitur in* Paris. Ehr. 115, not. 2.

vel aliquid aliud, unde Ordo noster possit turbari aut(1) infamari, scienter audeat extra Ordinem publicare. Et si quis talium fuerit deprehensus, omni actu legittimo privetur et officiis Ordinis (2). Et cui haec poena non competit, probationis caputio puniatur vel etiam gravius secundum quod Ministro videbitur, de consilio Discretorum ».

10. Ex compilatione Assisiate: 1. « Quicunque Frater per se vel per alium falsificare praesumpserit sigillum vel litteram Generalis Ministri, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, a qua absolvi non possit, nisi per Generalem Ministrum vel ab eo, cui in speciali duxerit committendum.

2. Si quis vero sigillum vel litteram Provincialis Ministri vel eius Vicarii aut alicuius inferiorum falsificaverit praelatorum, ipso facto ab omni actu legittimo sit suspensus, nec restitui possit, nisi per suum Provincialem Ministrum. Et quicunque fuerit deprehensus legitime in aliquo praemissorum, poena carceris puniatur.

3. Quicunque etiam litteras eorundem malitiose per se vel per alium retinuerit, aperuerit, dextruxerit vel impediverit, ne mittantur eisdem, suspensus sit omni actu legitimo ipso facto. Et hoc intelligimus tam de litteris quas ipsi mittunt aliis, quam de illis, quae sibi ab aliis transmittuntur, nec releventur nisi per suum Provincialem Ministrum.

4. Si autem fuerint litterae Generalis Ministri, per ipsum Generalem tantummodo releventur. Praedictae autem suspensionis poenae subiaceant, qui superiorum litteras sibi ipsis [fol. 42 v. col. 1ª] missas legere vel aperire malitiose distulerunt, et qui retinuerint, aperuerint vel dextruxerint litteras missas sociis Generalis vel Provincialium Ministrorum, seu etiam missas aliis ab eisdem ».

(Continuabitur).

Montis Caroli (S. Giovanni-Valdarno) 1 Maii 1908.

P. Saturninus Mencherini, O. F. M.

---

(1) Ll. cc. vel. *Infra transp.* (2) *Transp.*

GENERALIUM MINISTRORUM ORDINIS FRATRUM MINORUM

CATALOGI DUO INEDITI.

Doctissimus O. Holder-Egger, postquam Fr. Salimbene Parmensis O. F. M. chronicam denuo edidit (1), simul iuris iterum publici fecit quemdam *Catalogum Generalium Ministrorum* (2). Contra diversos (3), qui olim partem illius, a B. Francisco videlicet ad Ministrum Bonagratiam usque, Fr. Bernardum de Bessa scripsisse coniectati sunt, totum asserit, nititurque probare cuidam auctori ignoto, qui uno ductu ab initio ad Gunsalvum Generalem Ministrum composuerit, tribuendum, accedentibus utique sequenti tempore pluribus additamentis. Iuxta quatuor codices manu scriptos (4), addito libro dicto *Speculum vitae B. Francisci* a. 1504 Venetiis cuso, novam hanc paravit editionem clarus auctor. Sic varias potuit ad calcem paginae lectiones referre (5); insuper summi pretii libellum locupletibus notis illustravit.

Etsi non tanti valoris sint duo sequentes catalogi, non erunt forsan indigni, qui publicentur, praecipue secundus. Inspectis codicibus, in quibus servantur, sic potest unus designari *Catalogus Friburgensis,* alter autem *Catalogus Gratianopolitanus.* Antequam vulgentur, quaedam de utroque iam sunt dicenda.

Primus iacet in *codice 23. I. 60 bibliothecae Fratrum Minorum Conventualium Friburgi in Helvetia,* fol. 69v-71v. Duabus manibus scriptus est saec. XV ineunte. Una sic finiebat: *Huic successit frater Geraldus de Aquitania;* alia, fratris scilicet Friderici de Amberg, eradens *de Aquitania,* posuit: *Odonis de Aquitania,* perrexitque ad verba: *In ecclesia Dei.* Eadem ultima manus ad marginem nonnulla conscripsit, ut numerum ordinis cuiusque Generalis Ministri, sui regiminis annos etc. tresque quatuorve notationes: quae omnia a nobis *inter uncos ponentur* et multocies non habent veritatem.

Nemo negabit hunc Catalogum affinitatem cum illo maximam habere, quem edidit O. Holder-Egger, *Continuatione II*ª non exclusa. Plerumque verba sunt eadem. In duobus tamen differt: a) plura, tres saltem ex quinque, prioris Catalogi partes omittit; b) proprium habet locum, ubi de Fr. Arloto narratur, quod « habuit in ordine patrem nobilem valde ac venerabilem militem, et tres fratres germanos ». Dicta verba reperiuntur apud solam *Chronicam XXIV Generalium Ministrorum* (6). Quae narrantur tandem in fine notitiae circa Fr. Eliam, videntur

(1) *Monumenta Germaniae Historica, Scriptores, XXXII,* p. I. Hannoverae 1905. p. II. ibid. 1908. — Cf. AFH I, 448 ss., 659.

(2) MG. SS. XXXII 657-74. (CGenM).

(3) P. H. Denifle ap. ALKG I, 1885, 146 ss. P. Fr. Ehrle, in *Zeitschrift für kath. Theol.* VII, Innsbruck 1887, 321 ss. *Anal. Franc.* (AF) III 698. P. Hilarinus a Lucerna, *Liber de laudibus B. Francisci.* etc. Romae, 1897.

(4) De his cf. MG. l. c. 654-56; AF l. c. 698 nota 2.

(5) Quas quoque habes in notis AF III, 694 ss.

(6) AF III, 382.

ab ipsomet codicis Friburgensis scriptore posita, quippe quae referantur expresse ad facta prius exposita.

Alter Catalogus habetur in cod. *639 (587) bibliothecae publicae Gratianopolis* (1), fol. 61v-63v. Codex est saec. XV. Olim pertinebat conventui fratrum Praedicatorum illius civitatis. Folio 52r legitur: *Scriptum Basilee anno Domini M.CCCC.XXXIII, XV^a novembris;* et prius, folio vacuo non numerato, verso: *Iste liber est fratris Iacobi Mercerii, quem fecit scribi Basilee anno Domini 1434°, in mense marcii.* Hinc forsan non esset in errore, qui suspicaretur Dominicanum quemdam Basileae commorantem pro suo usu Catalogum confecisse.

Quidquid sit, sui generis unicus est, quippe qui nullam cum praecedentibus, sive Friburgensi, sive illo Holder-Egger, relationem habeat. Revera falsitates non rarae apparent in eo, circa chronologiam praesertim vitae S. Francisci, circa Ministrorum successionem eorumque annos regiminis etc. Verum etiam plura satis exacte refert. Data annorum multiplicia sunt. Longiora de S. Francisco, de Fr. Elia et de B. Ioanne Parmensi quam alii Catalogi narrat. Priores ignorabant, quod Fr. Crescentius fuerit episcopus Aesinus factus, dicentes quod « in sua humilitate quievit »; iste vero ait, quod fuit « translatus in episcopum apud Esium, civitatem nativitatis sue, ubi obiit ». Notentur denique illa circa cultum publicum B. Ioanni Parmensi tributum, murmurantibus pluribus, « de Communitate » sine dubio.

His visis, speramus nemini toediosum fore, si duos istos Catalogos adhuc ineditos perlegerit. Indicantur in nota menda librarii scribentis, ut sunt in unoquoque codice; deinde ex aliis fontibus pauca clarius determinantur.

I.

CATALOGUS FRIBURGENSIS GENERALIUM MINISTRORUM O. F. M.

Epilogus Generalium Ministrorum. *Fuerunt post transitum sancti* Francisci *patris* nostri *hii eius successores in ministerio generali, videlicet:*

[2us] *Frater Iohannes cognominatus Parens,* Florentinus (b), *vir sanctus et iustus, spiritualis parentis officio vere pollens,* qui multis prodigiis et miraculis claruit. [M.CC.XXVII. Rexit ordinem VI annis] (c).

[3us] *Isti successit frater Helyas, qui et ante ipsum aliquo tempore ministri locum tenuerat, vir adeo in sapiencia* divina (d) et *humana fa-*

(*a*) De Codicibus CGenM cf. Holder-Egger (HE) l. c. 653-655 et AF, III, 694. In nostra dissertatione L signat Cod. Bibl. Laurentianae; T cod. Taurinensem, B Berolinensem, Fl S. Floriani, P Parisiensem, Sp. demum editionem *Speculi Vitae b. Francisci,* Venetiis 1504; (Metis 1509 etc.) — *Characteres obliqui* denotant locos, verba etc. ex CGenM hausta. Quae vero ipse adiecit, typis rectis exprimuntur. C denotat codicem Friburgensem. [ ] signant additiones in codice manu recentiore factas. Semel pro semper adnotamus C pluries *transposuisse* vocabula, et in genere CGen.M *in compendium* redegisse, verba eadem quasi semper recitando. *Un.* designat universos codices et editiones sic habere, praeter C = Cod. Friburgensem.

(*b*) C Florentinus *suprascript. manu recent.*

(*c*) Tales annorum indicationes, numeris discrepantibus habet etiam P.

(*d*) C divina *suprascript. manu recent.*

(1) Id est Grenoble in Gallia.

mosus (a) *ut raros pares putaretur habere in Italia.* Hic, *vocato capitulo generali Rome, fuit a ministerio absolutus. Cui capitulo sancte memorie* dominus (b) *Gregorius IX*[us] *papa prefuit; ministri cessionem admisit et successorem in sua presencia electum confirmavit. Hic* frater Helyas, *orta discordia inter* papam *et imperatorem, scilicet Fridericum, apud quos maximus habebatur, in partem imperatoris visus est declinare iam tamen a ministerio absolutus;* in *quo tantum scandalum ordini suscitavit, ut quod sanctus* Franciscus *de* promissa (c) *tribulacione predixerat videretur* esse *impletum.* Qui *multis lacrimis fertur maxime moriens exspiasse, ne sancti patris* Francisci *gracia in suo excideret successore.* Erat enim homo sapiens, et igitur erat superbus; et sanctus Franciscus predixerat sibi, quod propter suam superbiam extra ordinem deberet mori, sicut habetur in legenda fratris Berhnardi supra (1); set tamen circa mortem sibi benedixit. Et sic utrumque factum est: extra ordinem est mortuus et tamen penitens. [Rexit ordinem IX (d) annis].

[4[us]] *Huic successit frater Albertus de Pisis, vir electus et bonus, qui parum in officio durans migravit ad Dominum. Tunc papa prefatus dominus Gregorius IX, non paciens ordinem diu sine ministro, convocavit coram se in festo omnium sanctorum capitulum generale, in hoc capitulo* domino *papa eodem personaliter* existente *et vota eligencium recipiente.* [M.CCXL. Rexit VI mensibus].

[5[us]] In quo capitulo *electus est frater Haymo anglicus, vir magne reverencie, in ministrum generalem et ab eodem* domino papa *confirmatus. Hic fecit divinum officium diligencius corrigi et rubricas suppleri de voluntate et beneplacito domini pape. Ipse* eciam *ordinavit et voluit, ut tam sua quam ministrorum provincia*[fol. 70r]*lium et custodum limitaretur potestas per capitulum generale.* [M.CC.XLIIII. Rexit ordinem V annis].

[6[us]] *Post hunc fuit venerabilis senex frater Crescencius* de Esio, *homo iustus et discipline zelo probatus. Hic multa beati Francisci* gesta (e) *requiri et recolligi fecit necnon et de vitis fratrum* sanctorum *opusculum in modum dyalogi* fecit (f). *Set hic nonnisi triennio rexit ordinem.* [M.CC.XLVIII].

[7[us]] *Absolutus autem,* sibi *successit frater Iohannes* de Parma, *vir scientia et religiositate preclarus, maximus humilitatis et paupertatis* amator. *Hic prohibuit in choro cantari vel legi quidquid in* officio (g) *sancte romane ecclesie, quod habemus ex regula, non esset contentum vel per generale capitulum approbatum, exceptis quibusdam antiphonis beate Virginis post completorium decantandis. In missa quoque iuxta ritum ipsius romane ecclesie a sinistris sacerdotis mandavit hostiam collocari et pallam divisam a corporalibus calici superponi. Hic minister, convocato capitulo generali Rome in presencia domini pape Allexandri IIII.* (*qui regimen ordinis, quod* (h), quando erat *episcopus Hostiensis, prius habuerat, noluit alteri committere, set sibi retinere*), *cum omnimoda importunitatis instancia inpotencia allegata, a ministerio se obtinuit absolvi. Hic frater*

(*a*) C tam famosus. (*b*) HE *semper legit* domnus: AF *vero* dominus.
(*c*) *Un*. proxima. (*d*) C *sic post correctionem erroneam; antea recte* VII.
(*e*) Gesta *suprascript. manu recent. Un*. Miracula.
(*f*) *Sic et* T; *alii Un*. editum. (*g*) *Un*. ordinario. (*h*) C *om*. quod.

---

(1) Auctor se refert ad cap. 8 *Actuum S. Francisci,* ut est in isto cod. Friburgensi, fol. 2-8, sub titulo: *De angelo, qui transulit beatum Bernhardum super se ultra fluvium, et de prophecia sancti Francisci de fratre Helya.*

Iohannes, postquam fuit absolutus, fuit per doctrinam Ioachim deceptus in designacione ultimorum temporum, coram domino Iohanne Gaietano dyacono cardinali, qui habebat curam ordinis, et coram *fratre Bonaventura, qui successit ei in* ministerio, *que astruxerat dedixit* (1). *Hic* postea, *tempore domini Nycolai IIII. pape, licenciam obtinuit, ut iret ad partes Infidelium, cupiens ibi spargere semen fidei christiane. Cumque* venisset *Camerinum, infirmatus ibidem* obiit, *ubi multa miraculorum signa publica et frequens fama* (a) *divulgat.* [Rexit X annis].

[8us] Huic *successit* sancte memorie *frater Bonaventura de Balneo regio, qui, cum iuvenis intrasset ordinem, tanta bone indolis honestate* (b) *pollebat, ut in 7 anno post ingressum ordinis sentencias Parisius legeret et decimo* (c) anno *reciperet cathedram magistralem et in XII° vel XIII°* anno *ad regimen ordinis* susceptus *est,* quem *rexit* XVII *annis. Hunc dominus* papa *Gregorius Xus cardinalatum episcopatus Albanensis coegit suscipere,* tempore concilii Lugduni generalis; *cuius* prudencia (d) *et sapiencia in illo concilio a Deo videtur fuisse preparata in defensionem* pauperum *religionum contra multos et magnos* earum *adversarios.* [Rexit XVIII annis].

[9us] *Hoc patre ad cardinalatum assumpto,* [fol. 70v] *frater Ieronimus absens,* qui (e) *nondum venerat de legacione* de Grecia, *in generalem ministrum est electus; et ipse* dominus frater Bonaventura *cardinalis, nondum totaliter finito concilio, ad sanctos patres appositus* est; *triumphantes, ut credimus, suo letificavit consorcio, set incredibili* affectati *mesticia militantes, greci et latini, seculares et religiosi,* et *layci et clerici, presides et subiecti, amaris lacrimis funus sacrum in Lugdunensi fratrum Minorum ecclesia* recondiderunt, domino *papa cum cardinalibus exequias celebrante. Hic Ieronymus gradatim ad summi pontificatus apicem provectus est. Nam primo, lector in ordine non parve litterature, factus fuit minister provincialis in Sclavonia,* demum *legatus romane ecclesie ad Grecos, exinde minister generalis, postmodum tytuli sancte Potenciane cardinalis presbyter, post hec episcopus Prenestinus* cardinalis *et sic tandem pontifex summus* [Nicolaus IIIIus]. *Huius ministerii* (f) *tempore dominus Vicedominus Placentinus, qui erat cardinalis episcopus Penestrinus, cum se videret ad extrema deduci, habitum* (g) *beati Francisci peciit devotissime et accepit et cum* eo obiit *cardinalis episcopus et frater minor simul; in ecclesia fratrum* Minorum *Viterbii requiescit. Qui in infirmitate magnum dedit* bonum *exemplum humilitatis, monens confessorem suum, ut ipsum inquireret et examinaret de peccatis, sicud unum simplicem laycum: « Nos, inquit, prelati sumus diligencius* inquirendi ». *In eodem loco est sepultus dominus papa Adrianus, qui ex* magno (h) *affectu dileccionis cum fratribus voluit habere sepulturam.* [Rexit tribus annis].

[10us] *Isto* ergo (i) fratre Ieronimo *ad cardinalatum assumpto a domino Nycolao III° papa, frater Bonagracia in generalem ministrum electus* est; *quod capitulum tenuit predictus frater Ieronimus, quousque* venit *frater Bonagracia et hoc apud Assisium. Superveniente igitur* dicto *mi-*

(*a*) C *om.* fama. (*b*) C et honestate. (*c*) C ipso.
(*d*) *Un.* presentia. (*e*) *Un.* quia, *praeter tamen* B *et* Fl. que (quoniam?).
(*f*) C *et* L; *alii* ministri. (*g*) C *et* P *om.* ordinis.
(*h*) C *et* P magno; *alii* maximo. (*i*) C *et* Sp ergo; *alii* igitur.

(1) Verbum « dedixit » caret fundamento. Nihil dedixit Fr. Iohannes, ut apparet ex narratis a Fr. Salimbene, *Chronica,* p. 301 sqq.

nistro et capitulo expedito, sollicitatus generalis a sanctissimo domino papa Nycolao III°, cum quibusdam provincialibus ministris et aliquibus aliis fratribus discretis de capitulo, ad ipsius domini pape accessit presenciam. Qui, cunctis aliis negociis pretermissis, cum eisdem fratribus iam dictis *et coagentibus venerabilibus dominis et patribus,* domino *fratre Ieronimo episcopo Penestrino ac fratre Bentevenga Albanensi* episcopo (a), *super regulam fratrum Minorum deliberatissimam edidit per dies plurimos decretalem Exiit qui seminat* et *per peritissimos viros* dominum *Petrum vicecancellarium*, [fol. 71r] dominum *Comitem auditorem,* dominum *Angelum famosissimum advocatum et* dominum *Benedictum notarium curie, qui postmodum fuit cardinalis, demum* Bonifacius 8us *papa, exactissima diligencia plurium dierum disceptacionibus elimatam, primo coram cardinalibus, deinde coram tocius curie frequencia per dictum* dominum Benedictum, *qui eam dictaverat, fecit sollempniter promulgari; quam* eciam ipse dominus *Bonifacius* dictus (b) *incorporavit suo sexto decretalium et autenticam reddidit toti mundo.* [M.CC.LXXXIIII. Rexit V annis].

[11us] Huic fratri Bonagracie *successit frater Arlotus* de Prato, doctor magnus, qui habuit in ordine patrem nobilem valde ac venerabilem militem, et tres fratres germanos (1). Hic non vixit in officio nisi mensibus XI vel circa.

[12us] *Huic successit frater Matheus de Aquasparta. Hic libellum quemdam* contra (c) *declaracionem regule contra fas editum per fratrem Nycolaum, qui fuerat minister Francie, deprehendit, qui et ipse* (d) *cum aliis eidem libello faventibus contentam in declaracione penam tulit. Hic generalis factus est a* domino *papa Nycolao IIII° presbiter cardinalis,* postea *episcopus Portuensis.* [Rexit duobus annis].

[13us] *Huic successit frater Raymundus,* Provincialis, *electus in capitulo Reatino, presente* domino *Nycolao papa IIII° cum cardinalibus ordinis et recipiente* et *audiente personaliter vota eligencium, anno domini M.CC.LXXXIX. In ipso capitulo Karolus, heres regni Sicilie, cum consorte sua ab ipso papa* (e) *in loco fratrum* coronatus est. *Huic* fratri Raymundo dominus *Bonifacius VIIIus papa anno Domini 1295* (f) *episcopatum Paduanum contulit et* a ministerio *absolvit, set ipse episcopatui non consenciens remansit a ministerio absolutus.* [Rexit annis VI].

[14us] *Huic successit frater Iohannes de Murro, electus Ananie anno domini 1296; et 1300* (g) *frater Gentilis factus est cardinalis* per dominum Bonifacium; *et anno Domini 1302°* idem generalis *minister* per eumdem Bonifacium *factus est cardinalis episcopus Portuensis.* [Rexit VII annis].

[15us] *Huic successit frater Guntsalvus* hyspanus. *Sub* (h) *eo facta est disceptacio magna et longa de statu ordinis in curia pape, surgentibus contra eum et ordinem graviter et undique coram papa accusantibus quibusdam fratribus, quorum dux* erat *frater Raymundus* olym generalis; set, *Deo causam adiuvante, idem Raymundus horribiliter expiravit ante cause determinacionem, pluribus de suis sequacibus mortuis, et tan-*

(a) C *et* L. episcopo; *alii* episcopis. (b) C *aliis add.* dictus.
(c) C *et* L. contra. (d) CLBFISp. *sed,* P (HE) ipsi.
(e) C ipsam. (f) C 1285. (g) C 300.
(h) C *et* L. (*Continuatio* IIa *ap.* HE. p. 670).

---

(1) *Chron. XXIV min. gen.*, pag. 372: « Iste frater Athlotus habuit in ordine patrem venerabilem militem et tres fratres germanos »

dem causa conclusa et terminata pro ordine fuit per dominum Clementem papam Vum. [Hic fuit de provincia sancti Iacobi et rexit ordinem IX annis; qui mortuus est Parisius et post mortem visus est in trono fulgido cum sceptro et corona aurea](1).

[16us] *Huic successit frater Alexander, qui secundo* [fol. 71v] *anno migravit ad Dominum* (a). [Post hunc Alexandrum de Alexandria vacavit officium generalatus per 17 menses].

[17us] *Huic successit frater Michahel de Cesena* (b). Hic per papam Iohannem 22 fuit absolutus a ministerio, excommunicatusque, quia fuerat questio de Christi paupertate, pro qua predictus Michahel viriliter stetit, contra papam asserens Christum nichil habuisse nec in singulari nec in communi; contra quem et omnes hoc asserentes fuit decretalis edita.

[18us] Huic successit *frater Geraldus Odonis de Aquitania, magister sacre* theologie, qui rexit ordinem XIII annis et postea fuit factus patriarcha Anthyocenus et episcopus Cathenensis.

[19us] XIXus frater Fortanerius Vassalli de provincia Aquitanie, magister in theologia, qui rexit ordinem V annis et postea fuit factus archiepiscopus Ravennensis et deinde patriarcha Grandensis, presbiter cardinalis.

[20us] XXus frater Guillelmus Farinerii, magister de provincia Aquitanie, qui rexit IX annis, et postea fuit tituli sanctorum Marcelli et Petri presbiter cardinalis.

[21us] XXIus frater Iohannes de Bucco, magister de provincia Aquitanie, qui rexit uno anno.

[22us] XXIIus frater Marcus de Viterbio, magister de provincia Romana, qui rexit VII annis et postea fuit tituli sancte Praxedis presbiter cardinalis.

[23us] XXIIIus frater Thomas de Bononia, magister de provincia Bononie, qui rexit V annis et postea fuit patriarcha Grandensis.

[24us] XXIIIIus frater Leonardus de Griffone, magister in sacra theologia excellentissimus, qui multis annis laudabiliter rexit ordinem, et post fuit factus presbiter cardinalis; et sub isto incepit scisma in ecclesia Dei.

CATALOGUS GRATIANOPOLITANUS GENERALIUM O. F. M.

II.

[fol. 61v] Primus ac precipuus minister ordinis fratrum Minorum fuit beatus Franciscus, de Assisio, civitate vallis Spoletane oriundus, eiusdem ordinis inventor et institutor, qui ante conversionem suam vocabatur Iohannes. Cepit conversus a vanitate mundi ad veram penitenciam (c) statum et ordinem penitencium (d) instituere (sic enim ab inicio ipsum voluit nominari), sub anno dominice incarnacionis M.CC.VI, pontificatus domini Innocencii pape III anno IXo, etatis vero sue XVIII vel XIXo (2).

(a) C et L. (b) *Item. Dehinc vero proprius textus.*
(c) Gr(atinopol. Cod.) penitanciam. (d) Gr penitenciam.

(1) Alvarus Pelagius, *De planctu ecclesiae,* lib. II. cap. 67, fol. 109 b 2, Venetiis 1560, de Fr. Gunsalvo loquens, ait: « Parum post mortem suam, Parisiis in visione quibusdam fratribus nostris apparuit gloriosus in throno residens cum corona aurea et sceptro ».

(2) Celanensis, *Leg. Ia*, cap. I, n. 2, dicit B. Franciscum « fere usque ad XXV aetatis suae annum » tempus suum miserabiliter perdidisse. Auctorem nostrum in computandis annis vitae S. Francisci errasse perspicuum est.

a primo exordio (a) computando. Primus vero locus, in quo cepit (1) penitenciam agere cum quibusdam, qui sibi primitus adheserunt, vocatur ecclesia beate Marie de Porciuncula non longe ab Assisio civitate, in vallis planicie (b), ubi usque hodie ostenditur cella eius; et in loco, ubi migrasse dicitur, est grata capellula fabricata.

Hic beatus Franciscus non fuit sacerdos, set tantum diaconus; ob quam causam (2), cum fratres multiplicati fuissent merito et numero sub eodem, habuit ipse beatus Franciscus vicarios suos in spiritualibus maxime ministrandis: omnes enim fratres sub eius ministerio et vicemagisterio regebantur, quos postquam regulam in perfeccione evangelica fundatam ordinaverat, *fratres Minores* decrevit et voluit appellari.

Predictam autem regulam confirmavit eidem sancto Francisco et ordini fratrum Minorum Honorius papa III^us^, pontificatus sui anno VIII° Rome in Laterano, tercio kalendas decembris, anno Domini millesimo CCXXIII (3).

Vixit autem beatus Franciscus in penitencia perfecta annis XX migravitque ab hoc seculo in predicto loco de Porciuncula [fol. 62r] IIII° nonas octobris in sabbato, anno Domini M.CC.XXVI, pontificatus prefati domini Honorii pape III anno IX° et ultimo, etatis autem sue anno XXX.VIII vel XXX.IX. Fuitque corpus ipsius delatum de loco prefato de Porciuncula apud Assisium civitatem et sepultum in ecclesia sancti Georgii, ubi postmodum factum est monasterium monialium Minorissarum ordinis sancte Clare, cuius corpus ibidem venerabiliter requiescit.

Postmodum vero Gregorius papa nonus, successor Honorii, canonizavit et sanctorum confessorum cathalogo annotavit beatum Franciscum VIII° Kalendas augusti (4), anno Domini M.CC.XXVIII (c), pontificatus sui anno secundo. Demum, edificata et fundata ecclesia in honore sancti Francisci in Assisio, translatum fuit corpus eius de predicta ecclesia sancti Georgii ad aliam ecclesiam in eius honorem fundatam et ibidem sub altari profundius venerabiliter tumulatum VIII° kalendas iunii, anno domini M.CC.XXX, fratre Helia successore beati Francisci generalitatis ministerium totius ordinis tunc gerente (5).

Reliqua autem verborum et factorum atque signorum beati Francisci in legendis eius plenius discribuntur. Fuit autem ab inicio compilata quedam legenda ipsius per fratres illius temporis primitivi, rudi quidem stilo et verbis simplicioribus (6). Postmodum vero frater Bonaventura, generalis minister, legendam aliam compilavit, quam stilo et ornatu verborum plurimum dilatavit et non mediocriter decoravit. Primam autem legendam scripsisse fertur frater Iohannes de Celano (7).

(*a*) Gr omne (?). (*b*) planicine. (*c*) Gr M.XXIII.

---

(1) Erroneum quia, uti saepius in Catalogo, nimis summarie dictum.

(2) Causa et explicatio fictitia, cum nec fr. Elias, praecipuus S. Francisci vicarius, fuerit sacerdos.

(3) Bulla *Solet annuere,* dicto die data: *Bull. Fr.* I, 15-19.

(4) Pro « VIII° Kal. Aug. » lege utique « XVIII Kal. Aug. »; cfr. AFH II, 100.

(5) Tempore translationis corporis B. Francisci, Fr. Ioannes Parens (1227-1232) erat minister generalis ordinis, non vero fr. Elias (1232-39).

(6) Verbis huiusmodi despicientibus alludere non potuit ad Legendas Celani vel ad Leg. Fr. Iuliani, sed ad *Legendam Trium Sociorum,* quod et forma pluralis « *per fratres* » innuere videtur.

(7) Lege *Thomas* de Celano.

Frater Iohannes Parens, Bononiensis (1), successit sancto Francisco in officio ministerii; qui tamen modico tempore vixit in officio memorato. A plerisque tamen (a) dicitur et asseritur, quod hic frater Iohannes successit Helie immediate et non beato Francisco: quod magis credo quam primum (2).

Secundus minister post beatum Franciscum ordinis fratrum Minorum fuit quidam frater Helias, nomine magis quam virtute Helie (3), de civitate Assisii oriundus, quem (b) beatus Franciscus in suo fine benedixerat manibus cancellatis (4). Fuit autem homo in multis bene dotatus in bonis nature et in graciis gratis datis, quibus [fol. 62v] non bene usus fuit in omnibus, set in multis abusus. Non enim fuit ipsius beati patris sincerus, sicut debuit, in sanctis operibus emulator. Iste siquidem Helias adhesit Frederico secundo imperatori excommunicato per apostolicam sedem et contra romanam ecclesiam scismatico ac rebelli. Tempore siquidem istius Helie ministri magnum scisma fuit in ordine fratrum Minorum, a cuius culpa ipse non fuit immunis, qui cum multis ex fratribus sibi adherentibus a communitate ordinis devians discordavit pariter et discessit. Et in illo scismate fuerunt nonnulli, qui partem unam fecerunt et vocati sunt multo tempore Mantellini (5). Hic Helias non fuit sacerdos, fuit tamen aliqualiter litteratus. Ab inicio siquidem ordinis fratres layci, sicut et clerici, fiebant custodes et gardiani ac ministri, donec fuit postmodum aliter ordinatum (6). Predictus Helias tenuit ministerium taliter annis VII, fuitque depositus a suo ministerio per ordinem in capitulo generali. Et, cum non obediret, fuit excommunicatus ab ordine aut a papa et sic in tali scismate vixit et obiit (7), fuitque sepultus extra non longe a Cortonio castro in loco, qui vocatur Cellas, in contrata, que nominatur Guillelmesta, ubi se dederat ad faciendum opera alchimie, sicut ibidem ab antiquo publica fama retulit seniorum, et locus ubi operabatur ostenditur et notatur.

Quartus minister generalis ordinis fratrum Minorum fuit frater (c) Aymo, anglicus nacione.

Quintus minister generalis fuit frater Albertus de Pisis, civitate Tuscie (8).

(*a*) Gr cum. (*b*) Gr quam. (*c*) Gr super.

(1) Erat potius Romanus; cf. Iordanus, *Chronicon*, n. 51. AF I, 16; Eccleston, *De adventu*, l. c. I, 241, eum Florentinum dicit. Sane non erat Bononiensis.

(2) Nihilominus primum verum est. Iohannes Parens Minister Glis extitit 1227-1232, cui successit Fr. Elias 1232-39. Hic « bis praefuit [etiam 1221-27] et obfuit » ait Salimbene, l. c. p. 102, sed prima vice praefuit ut vicarius generalis tantum.

(3) Alluditur ad Luc. 1, 17.

(4) I Celan. n. 108, p. 113 ed. Alenc. cf. l. c. p. XXX.

(5) De his fratribus cf. *Chron. VII Tribulat.* Fr. Angeli Clareni, *Tribul. II*, ed. Döllinger, in: *Beiträge zur Sektengeschichte*, II, München 1890, 460ss. ed. F. Tocco, *Le due prime tribolazioni etc.*, Romae 1908, 72ss. (225ss.). Fr. Angelus istud nomen eis non apposuit.

(6) 24 GG, ap. AF III, 251.

(7) Cf. Lempp, *Elie de Cortone*, Paris 1908, 158ss. Golubovich, *Bibl. Terra Santa* I, 114ss. — Fuit potius sepultus in alia ecclesia Fratrum Min. in ipsa urbe Cortona.

(8) Ordine inverso hi duo Ministri Gles fuerunt. Fr. Albertus 1239-40, Fr. Haymo 1240-44. AFH II, 104-5.

Sextus minister fuit frater Crescencius, oriundus de Esio, civitate Marchie Anchonitane, qui postmodum factus fuit episcopus in Assisio civitate et (a) inde translatus in episcopum apud Esium, civitatem nativitatis sue, ubi obiit (1).

Septimus minister ordinis fratrum Minorum fuit frater Iohannes de Parma, civitate Lombardie, ministeriumque tenuit annis circiter IX. Fuit autem depositus a ministerio in capitulo generali. Hic Iohannes, inbutus dogmatibus abbatis Ioachim, intendens quibusdam propheticis (b) alienis tam a sano intellectu quam a vero spiritu prophetarum, disponendo sapuit plus quam sapere oporteret, et quosdam habuit sectatores (c) ambulantes in spiritu vanitatis. Hic frater Iohannes diu postmodum supervixit. Cumque tempore Nicholay pape IIII ex aliqua causa, magis privata quam [fol. 63r] publica, ultra (d) mare seu ad provinciam Grecie mitteretur (e), existens in civitate Camerinensi (f) Marchie Anchonitane, obiit et sepultus fuit ibidem circa annum Domini M.CC.XC (2). Quem, premissis non obstantibus, nonnulli ibidem nominant et venerantur ut sanctum, maxime illi qui *Spirituales* vulgo appellantur; habetque super se altare privatum, super quo a pluribus murmuratur et in contrarium opinatur.

Octavus minister fuit frater Bonaventura, nacione civitatis Balneorregensis, magister in theologia, vir egregius et excellens, qui fuit factus minister anno Domini M.CC.LVII vel circa, sicut colligitur ex numero annorum, quibus prefuit in ministerio, videlicet annis XVII, et inde fuit assumptus ad cardinalatum per Gregorium papam X in generali consilio Lugdunensi, anno Domini M.CC.LXXIIII, et obiit intra annum (3).

Nonus minister fuit Ieronimus de Esculo, civitate Marchie Anchonitane, qui factus fuit minister anno Domini M.CC.LXXV vel VI° et inde fuit assumptus ad cardinalatum per Nicholaum papam III anno Domini M.CC.LXXVIII et de cardinalatu assumptus fuit ad papatum anno Domini M.CC.LXXXVII (g), et vocatus est Nicholaus IIII^{us}, et obiit Rome in parasceve sancta pontificatus sui quarto anno, dominice incarnacionis M.CC.XC terminante vel magis inchoante millesimo CC.XCI (4).

Decimus minister fuit frater Bonagracia, Bononiensis origine. Prefuit autem anno uno et obiit (5).

Undecimus minister fuit frater Aclotus, tuscus nacione, oriundus de castro, quod vocatur Pratum. Prefuit autem anno quasi uno et obiit. Hic fuit magister in theologia.

Duodecimus fuit frater Matheus de Aquasparta, magister in theologia. Hic fuit lector sacri palacii et postmodum cardinalis (6).

(*a*) Gr et et. (*b*) Gr propheticiis. (*c*) Gr secates.
(*d*) Gr vultra. (*e*) Gr mitterentur. (*f*) Gr civitatem Camerinensem.
(*g*) Gr M°LXXXVII°.

(1) 24 GG, 261ss. Sabatier, *Opuscules de crit. hist.* (OCH) I, 109ss. Cf. AFH II, 806 n. 1. AF, III, 699s. ed. Holder-Egger, 662s.

(2) Revera 1289.

(3) Anno utique 1257 minister fit; sed cardinalis creatur an. 1273.

(4) Hieronymus minister eligitur 1274; cardinalis 1278 fit, papa 1288; obiit 4 april. 1292.

(5) Bonagratia 1279, 21 mai — 1283, 3 oct.

(6) Minister Glis 1287-1289; Cardinalis creatus 1288. Cf. 24 GG, 406ss.

Tercius decimus fuit frater Raymundus Gaufridi, provincialis nacione. Hunc elegerunt fratres in eorum generali capitulo, presente Nicholao papa IIII° et in persona propria recipiente in scrutinio vota singulorum. Volebat autem ministrum omnino unum fratrem socium suum, set fratres constanter, non obstante eius presencia, istum elegerunt (1). Hic, quando fuit assumptus, erat bachallarius in theologia, fecitque se magistrari post susceptum officium Parisius, non quidem absque nota et [fol. 63v] grandi admiracione multorum (2). Huic postmodum fuit oblatus per Bonifacium VIII episcopatus Paduanus, set noluit acceptare. Tandem prefatus dominus Bonifacius papa, presens existens in generali eorum capitulo, ipsum ab officio ministerii deposuit et amovit, procuravitque ibidem eligi in sua presencia fratrem Iohannem de Murro. Fuit autem minister annis IX.

Quartus decimus fuit Iohannes de Murro, nacione italicus, de Marchia Anchonitana. Hic fuit magister in theologia et postmodum cardinalis assumptus per dominum Bonifacium (3).

Quintus decimus fuit frater Gonsalvus, yspanus nacione. Erat autem magister in theologia. Hic fuit vir austerus in hiis, que spectabant ad religionem suam. Unde ipse compulit fratres suos ubique renunciare et dimittere elemosinas et anniversaria certa. Fuit minister annis XI (4).

Sextus decimus fuit frater Alexander (a), ianuensis, magister in theologia. Vixit autem in ministerio anno quasi uno (5).

Decimus septimus minister fuit frater Michael, nacione ytalicus, de civitate Cesene oriundus, magister in theologia, electus in generali capitulo celebrato Neapoli anno Domini M.CCC.XVI. Tempore huius, anno II° ministerii sui, pars ordinis sui que dicebatur *Spiritualium*, que antea tumultuaverat contra partem alteram, multum subcubuit eo, quod fuerunt compulsi per dominum Iohannem papam redire ad obedienciam ministri et aliorum prelatorum ordinis et dimittere ritum et cerimonias suas, quas tenebant maxime circa habitum brevem et parvum et paupertatis usum. Quidam autem ex eis nullatenus voluerunt desistere ab ceptis, pertinaciter asserentes, quod non tenebantur in hoc summo pontifici obedire, et ideo in Massilia fuerunt per episcopum et inquisitorem ordinis Minorum quatuor ex eis tanquam heretici publice combusti sub anno Domini millesimo CCC.XVIII in tempore pascali (6).

Burdigalis.

P. Ferdinandus Mª Delorme ab Araules, O. F. M.

(a) Gr Alexender.

(1) Cf. de hac electione 24 GG, 419ss. CGenM, 703. HE, 669.

(2) De hac « nota et grandi admiratione » nihil aliunde constat. 24 GG, 421: CGen M, 704; HE, 669. Fuit Minister 1289-1295.

(3) Minister Glis 1296-1304. 24 GG, 432ss. CGenM, Ll. cc.

(4) Minister Glis 1304-1313. 24 GG, 454; de eleemosynis perpetuis abrogatis, 459. CGen M, 704ss. HE 669-70.

(5) Revera plus quam annum a iunio 1313 ad oct. 1314. 24 GG, 467ss. CGen M, 705; HE, 672.

(6) Minister Glis 1316-28 (29). 24 GG, 470ss. CGenM, 705; HE 672.

DIE ZWEI MINORITEN

PRINZ PETRUS VON ARAGONIEN UND KARDINAL BERTRAND ATGERIUS

zu Beginn des abendländischen Schismas (a).

Der Minorit Petrus von Aragonien (1) spielte im Schisma, in den Kämpfen zwischen Urban VI. und Klemens VII. eine hervorragende Rolle, einmal als eifriger Parteigänger für die Legitimität Urbans VI., dann aber durch seine eigene Persönlichkeit, sozusagen als lebendiger Beweis dafür. Er war königlicher Prinz vom Stamme der Könige von Aragonien, Sohn König Jacobs II. und der Königin Blanca, Tochter König Karls II. von Sizilien, Bruder König Alphons IV. und Onkel Pedros IV. von Aragonien, heiratete die Komtesse Johanna von Foix, von der er vier Kinder erhielt, drei Söhne und eine Tochter Eleonore, welche die Gemahlin des Königs von Cypern wurde. Nach dem Tode seiner Gemahlin (1358) trat Infant Petrus in den Minoritenorden. Seine hohen verwandtschaftlichen Beziehungen ausnützend, trat er in Aragonien, Kastilien und Frankreich eifrig für die Rechte Urbans VI. ein. Das Fundament seiner Ueberzeugung von der Legitimität desselben waren seine Visionen, infolge deren er sich als Werkzeug der göttlichen Vorsehung betrachtete, das Papsttum von Avignon nach Rom zurückzuführen, und als solches auch von anderen betrachtet wurde. Auf diese Weise galt Petrus, wie ich sagte, als lebendiger theologischer Beweis für Urban VI. An Urban V. hatte er den himmlischen Auftrag überbracht nach Rom zurückzukehren und über die Legitimität Urbans VI. erhielt er vom Himmel Versicherungen. Urban VI. war unter dem Zusammentreffen von allerlei Fügungen in Rom gewählt worden; er schien nach dem Willen des Himmels selbst der rechte Papst zu sein.

(a) Summarium: Petrus de Aragonia, filius Iacobi II regis Aragoniae, comes Ripacurtiae etc., post uxoris suae mortem ordinem Min. ingressus, schismatis occidentalis tempore ad partes Urbani VI stetit, pro quo in Aragonia, Castilia et Gallia animos principum conciliare studebat. Revelationibus praesertim propriis innixus hoc facere satagebat. Pluribus litteris *partim* iam vulgatis ap. Waddingum, IX, 40 (ad an. 1380 n. 27) et Raynaldum ad an. 1379 n. 6-7, 47-8, principes adhortatus est, ut Urbano VI adhaererent. E cod. Bibl. Palat. Vindob. 5067 hic editur epistola Fr. Petri, ad Fr. Bertrandum Atgerii O. F. M. directa, ut videtur, secunda parte anni 1379 composita, qua hunc cardinalem pro Urbano VI, derelicto Clemente VII, lucraretur. Narrat, quae ante et post electionem Urbani VI acciderant, visionesque suas, uti solebat, allegat. Includit epistolam card. Petri de Luna, quae tamen non iam die 11. Aprilis 1379 scripta esse potuit, sed verisimilius circa 21 eiusdem mensis. [Nota Directionis].

(1) De Petro de Aragonia cf. Wadding, *Annales Min.* VII, (II edit.) 44, 1325 n. 17; l. c. 86, 1328 n. 21; l. c. 194, 1366 n. 11; IX, 14, 1378, n. 4; l. c. 40, 1380, n. 26. Sbaralea, *Supplem. ad Script. O. M.* Romae 1806, 584. Baluze, *Vitae Paparum Aven.* Paris 1693, I, 967-9, 1435-6. Hain, *Repertorium Bibliographicum,* Stuttgardiae et Paris. 1838, IV n. 12543-4. Raynaldus, *Annal. eccl.* 1359, n. 1; 1379, n. 6-7, 47-8. Latassa y Ortin, *Bibliotheca antigua de los escritores Aragoneses,* Zaragoza 1796, II, 7-17. (I², Madrid 1885, 107-8).

Seine Ueberzeugung drückte Petrus in den vielen Schreiben aus, die er an seine hohen Verwandten sandte. Diese Korrespondenz ist schon teilweise durch O. Raynald bekannt geworden. Anderes davon ruht noch in den Archiven und Bibliotheken, wie denn Korrespondenzen des Infanten Petrus in den bei Raynald gedruckten Briefen erwähnt werden. In Cod. lat. 5064 fol. XXVI-XXVII r° der K. K. Hofbibliothek zu Wien findet sich abschriftlich ein Antwortschreiben des Infanten an den Kardinal Bertrand Atgerius, der aus dem Minoritenorden hervorgegangen war (1). Dieser Kardinal, welcher an der Wahl Urbans VI. teilgenommen, hatte seinem Ordensbruder, dem Minoriten aus königlichem Hause, ein Schreiben gesandt, worin er von den beiden Papstwahlen handelt, diejenige Urbans VI. verwirft, diejenige Klemens VII. aber als die rechtmässige hinstellt, vermutlich um den einflussreichen Ordensbruder und eifrigen Anhänger Urbans VI. für Klemens VII. zu gewinnen. Petrus antwortet ihm, nicht dessen Beweise widerlegend, sondern das, was positiv zu Gunsten Urbans VI. sprach, anführend: 1°) die Vorgänge vor der Wahl selbst: eine Cedula des Kardinals Bertrand, wodurch er sich dem Erzbischof von Bari, als dem zukünftigen Papst empfiehlt, was die Intention der Kardinäle beweisen soll, jenen zu wählen; 2°) die Vorgänge bei der Wahl selbst und nach der Wahl; 3°) die Art der Haltung der Kardinäle dem gewählten Urban VI. gegenüber, und 4°) einen Brief des Kardinals Petrus de Luna an seinen Prokurator in Avignon vom 21. April 1378 worin dieser die Sturmszenen als nach der Wahl geschehen hinstellt. Endlich beruft sich Petrus auf seine Visionen, die ihm das Recht Urbans VI. und das Unrecht der Kardinäle verkündeten.

Der Brief ist zunächst ein Zeugnis für die Auffassungsweise des Schismas seitens des Prinzen Petrus von Aragonien, dient aber auch als historische Quelle, insofern Petrus wegen seiner hohen Geburt sicher in der Lage war, genauere Berichte über die Wahlvorgänge zu erhalten. Von Interesse ist das eingeschlossene Schreiben der Kardinals Petrus de Luna, dessen Datum in der Handschrift sicherlich unrichtig ist; denn nach dem Inhalt kann es nicht schon am 11. April geschrieben sein. Die Krönung Urbans des VI. (18. April) ist erwähnt; das Kollektiv-Schreiben der Kardinäle an ihre zurückgebliebenen Kollegen in Avignon vom 19. April (2) erscheint als ziemlich gleichzeitig; somit wird das Datum lauten müssen: 21. April.

Der Brief des Minoriten Petrus von Aragonien ist ohne Zeitangabe. Da jedoch Bezug genommen wird auf den Brief an den König von Frankreich vom 1. April 1379 und die Phrase, worin Avignon, in der Anrede an Kardinal Bertrand als « euer », d. h. seines und der Kardinäle Nest bezeichnet wird, anzudeuten scheint, dass Klemens VII. mit seinen Kardinälen, wozu der Adressat gehörte, bereits wieder dorthin zurückgekehrt waren, versetze ich den Brief in die zweite Hälfte des Jahres 1379.

---

(1) Bertrandus Atgerius (Atgerii, Lagerius de Figeaco) episc. Assisien. 18. dec. 1357, transfertur ad eccl. Glandaten. 28. Ian. 1368; cardinalis creatur 30. maii 1371; obiit 19. nov. 1392. Eubel, *Hier. cath.* I, 21, 114, 274. Sbaralea, *Suppl. ad SS.* 138; I², 1908, 400.

(2) Raynaldus, *Annal.* ad an. 1378 n. 19.

Epistola Fr. Petri de Aragonia O. F. M.
ad cardinalem Bertrandum Atgerii O. F. M. data.

In nomine domini nostri Iesu Christi. Amen.

Responsio illustris domini fratris PETRI infantis de stirpe Regia Aragonie ordinis fratrum minorum ad litteram, quam misit ei dominus frater BERTRANDUS, Hostiensis cardinalis, olim de ordine fratrum minorum, qui Gladatensis vocatur.

Reverendissime pater et domine. Litteram vidi, quam mee parvitati misistis per fratrem Egidium de Morello ordinis nostri. Et, ut mihi videtur, palliare seu cooperire nitimini facta vestra, scilicet, de eleccione domini Urbani pape sexti, et est vestra intencio, ut pretenditis, quod predicta eleccio fuit facta et non rite facta, eleccio autem secundi, scilicet Clementis, facta fuit rite et debite et secundum canonicas sanctiones. Et quia in littera vestra plurima sunt contenta et sermonibus involuta, non respondeo ad singula propter prolixitatem vitandam, sed tamen volo veraciter ad aliqua respondere.

Sed primo volo, si placet, quod vos respondeatis ad hec que sequentur. Etenim vidi cedulam quam misistis domino Urbano non in tumultu, sed per tres dies, antequam conclave intraretis. Que est sub tali forma:

Reverende pater, hinc ad paucos dies eritis m[ichi] dominus et magister; quapropter ex nunc, ut ex tunc, me vobis specialius recommendo (1).

Hec cedula, quam non fecistis per vim, quia nullus cogebat vos, nec alique mine vobis, nec cardinalibus compatriotis vestris fuerant adhuc facte. Quis coegit dominum Penestrinum ante tumultum per sex horas vel circa in eleccionem Urbani prorumpere in hiis verbis:

Domini mei, faciamus sic quod provideamus ecclesie Dei et talem eligamus quod huic populo, scilicet Romano, debeat merito complacere et nobis omnibus verisimiliter se reddere graciosum. Circa que sunt videre meo sex precipue attendenda. Primum quod sit etatis mature. Secundum quod sit vite honeste. Tercium quod sit sciencie magne. Quartum quod sit doctus in stilo. Quintum quod sit familiaris et amicus noster. Sextum quod sit saltim Ytalicus nacione, ut per eum patrimonium Ecclesie recuperetur; quod per extraneum fieri posse non credo. Que quidem sex, domini mei, in nullo alio video concurrere nisi in uno, scilicet in domino archiepiscopo Baren[si]. Iste namque quinquagenarius est et ultra, et adeo honestus quod a XIIIIcim annis citra a quibus conversatus est in curia Romana, numquam auditum est de eo aliquid sinistri renibus vel manu, ore vel opere. Quantum autem ad scienciam, de hoc non est dubitandum; nam est magnus canonum doctor, sicut in suis collacionibus notum est. De stilo (a) *nemo esitat* (b); *nam gubernavit a multis annis citra cancellariam, adeo quod ipse solus habet in stilo Curie documenta. Preterea nobis omnibus familiarissimus; nam creatura omnium nostrum, maxime Lemovi-*

(a) stillo *ms.* (b) *i. e.* hesitat, *ms.* exitat, *vide Gayet,* l. c. nota 1.

---

(1) Haec verbotenus leguntur apud « Casus recitatus per abbatem Sistrensem » ed. ap. L. Gayet, *Le grand schisme d'Occident,* II, Paris 1889, Append. 29, p. 46-48 nr. 15-21.

censium, utpote qui a sancte memorie domino Gregorio in Baren[si] episcopo ordinatus; nacione Ytalicus, quia Neapolitanus et subditus regine Sicilie, que est de genere Francorum. Ex quo rex Francie et fratres sui debebunt merito contentari. Quibus omnibus ponderatis, ego in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, sancte Romane ecclesie car[dinalis], dominum archiepiscopum Baren[sem] eligo in sancte Romane et universalis ecclesie summum pontificem sponte et libere omni modo et via et forma, quibus melius possum tam de iure quam eciam de facto.

Facta autem eleccione per prefatum dominum Penestrinum statim elegit eum dominus de Agrifolio (1) modo et forma, quibus supra. Deinde dominus Pitaven[sis], et quartus in ordine elegistis vos, cui hec littera dirigitur, quintus dominus Vivarien[sis], sextus dominus de Britania, septimus dominus de Varnio, octavus dominus sancti Angeli, nonus dominus de sancto Eustacio, decimus fuit dominus de Luna, et fuit undecimus dominus Geben[ensis]. Quatuor autem Ytalici ultimi in eleccione fuerunt, quorum tres forte sperabant eligi ad papatum, sed videntes omnes Ultramontanos concordes et unanimes in eleccione prefata, de ipsis quodammodo desperati elegerunt dictum dominum Baren[sem] hoc modo et forma et ordine; nam dominus sancti Petri fuit primus, secundus de Mediolano, tercius Porthuen[sis]; dominus autem de Ursinis numquam elegit. Card[inalis] de Luna decrevit scribere litteram, quam scripsit procuratori suo, qui erat Avinion[e], sub verbis sequentibus:

Amice carissime. Non credimus vos latere, qualiter sante memorie dominus noster papa Gregorius viam fuit universe carnis ingressus XXVII[a] die Marii, et nona die Aprilis fuit electus concorditer in papam archiepiscopus Baren[sis], olim regens cancellariam. Post cuius eleccionem et ante publicacionem Romani fecerunt contra nos magnum rumorem. Sed laudetur Deus, quia post aliquod spacium cessavit, nec fuit inde tantum secutum, quantum sperabatur verisimiliter. Proveniente die dominica Resurreccionis idem noster dominus electus extitit cum magna solemnitate, honore et leticia tam Romanorum quam aliorum coronatus. Super (a) hiis omnibus scribimus dominis nostris cardinalibus commorantibus Avinion[e], quibus placeat litteras presentare. Scriptum Rome [X]XI[a] Aprilis. Hec littera.

Quis coegit vos ipsum intronizare et ipsum capa scarleti induere, ipsum in die pasche solempniter coram populo coronare, ipsum denunciare regibus et populis catholicis summum pontificem et antistitem? Quis coegit vos et alios cardinales, concorditer et unanimiter respondentes eidem domino archiepiscopo Baren[si], iurantes supra sacratum altare, eundem dominum Baren[sem] libere et concorditer elegisse? Quis coegit vos ad maiorem cautelam et certitudinem sui et tocius mundi ibidem, scilicet in capella, eum de novo elegisse? Quis coegit vos ab eo plenam absolucionem peccatorum vestrorum petivisse? Quis coegit fere omnes vos beneficia petere ab eo et rotulos sibi presentare pro amicis et familiaribus et capellanis? Quis coegit vos, cui hec littera dirigitur, cum magna instancia impetrasse et obtinuisse ab eo titulum Ostiens[em]? Quis vos coegit, ad predictum tamquam ad verum papam tam in missis quam in vesperis, tam in consiliis quam in consistoriis exhi-

(a) Super] *ms.* sub, *sed correctum.*

1) De his cf. Eubel, *Hier. cath.* I, 20 seqq.

bere sibi reverenciam et honorem debitum velud pape? Quis coegit dominum Ambienen[sem], qui non fuit in eleccione, quando Spiritus sanctus descendit in alios, ut predictum dominum Urbanum eligeret, sed erat in terra Corneti, que distat per XL miliaria de Urbe, rediens a tractatu pacis, pro quo fuerat missus a sancte memorie domino Gregorio? Hic autem non vocatus nec requisitus, sed sponte et libere venit Romam, exhibuitque domino Urbano reverenciam et relacionem fecit de omnibus suis tractatibus circa factum predictum pacis tamquam domini Gregorii carissimo successori.

Multa alia media possent tangi, que verissime probant, vos non coacte, sed pocius spontanee et libere et rite predictum dominum elegisse. Ignoratis, Domine? Scio vos non ignorare quod *os qui* (*a*) *mentitur, occidit animam* (1) et perdet *omnes qui loquntur mendacium* (2). Cum enim quasi in fine littere dicitis quod avertat et avertat quod mentiti fueritis, ego hoc non capio nec credo, quod totus mundus vos posset de pernicioso mendacio excusare, quia vel nunc omnes mentimini salva vestra reverencia, vel a principio mentiti fuistis. Et ideo racioni vestre, quam ita fortem et ansilem (*b*) dicitis, nullatenus adherendum est, quia minor racionis predicte, ut ex dictis superius recitatis potest deduci, vel in parte vel in toto continet falsitatem. Melius me nostis, pater, quod tres sunt veritates, veritas vite, veritas doctrine, et veritas iusticie. Veritas iusticie prorogari potest propter scandalum, sed veritas vite et veritas doctrine nullo scandalo nec periculo mortis potest dimitti, quia cedere de ipsis seu deviare ab ipsis est peccare mortaliter; quod quidem peccatum, scilicet mortale, est mors anime, et pocius debemus corpus perdere, quam Deum offendere per peccatum mortale. Quod fuit peccatum Petri, nisi negare Christum propter timorem mortis? Et quicumque negat veritatem, scilicet menciendo, et perniciose negat Christum, qui dicit de se ipso: *Ego sum via et veritas et vita* (3).

Insuper sciat paternitas vestra, quod revelata sunt in indigno hec que secuntur per ordinem.

Primo quod dominus meus y[esus] vocat vos cardinales antiquos nicolaitas et mendaces, vocat civitatem Avinionensem nidum vestrum Samariam; est reprobatum et dampnatum regimen vestrum. Postquam eciam recessi a Roma et veni ad partes istas, est revelata michi crucifixio Christi moderno tempore in populo christiano. Fuit revelatum presens scisma in civitate Avinionen[si] tempore domini Urbani quinti, quod futurum erat in ecclesia Dei, et sunt modo XIIII anni et ultra: Sub Herode milia milium innocencium sub dirissimi spiculatoris (*c*) gladio peribunt. Revelavit michi Paulus tunc per visionem noctis, cuius effigiem manifeste vidi, dicens: *Petre oportet te ire Romam.* Et dictum preceptum fuit michi factum per beatos apostolos Petrum et Paulum in vigilia eorundem in civitate Toletana. Modo sunt decem anni vel amplius. In villa de Medina del (*d*) Campo per beatum Augustinum qui michi apparuit cum fratre Bernardo Olivarii (4) olim episcopo Dertus-

(*a*) qui] *sic ms.* (*!*). (*b*) ansilem] *ms.* ancilem.
(*c*) spiculatoris] *ms.* speculatoris, *sed correctum.* (*d*) del] vel! *ms.*

(1) Sap. I, 11. (2) Psalm. V, 6. (3) Ioh. XIV 6.
(4) Cf. Eubel, *Hier. cath. med. aevi,* I, p. 231; U. Chevalier, *Répertoire des sources histor. du moyen âge,* bio-bibliographie, II, 3413. Erat O. S. Aug., qui obierat anno 1348.

sien[si], fuit michi preceptum a Domino quod irem ad venacionem (*a*), et sunt magna et longa verba, et in fine verborum fuit michi dictum per beatum Augustinum: *Sis forti animo et non dubites, quia non ibis solus, sed magna et nobilis multitudo gencium sequetur te et statim mutabitur tibi.* In villa Candie diocesis Valentine hora completorii fuerunt michi revelata de eleccione Urbani sexti, que significavi domino meo regi Aragonie, a domino Iesu Christo, prout in littera sibi missa per me lacius continetur. Et ibidem potestis clarius intueri et manifestissime apparet, qualiter approbat eleccionem ipsam, sicut in littera quam misi regi Francorum (1), regi Castelle et duci Verunde, apparet. Tamen in vigilia sancti Michaelis habui magnum conflictum cum dyabolo volente me impedire prima vigilia noctis, ne ipsam litteram scriberem domino duci. Prevaluit tamen in me Spiritus Dei, qui est doctor doctorum et instructor lucide veritatis. Item in villa sive loco de Martholono in conversione sancti Pauli proxime preterita, qua die intravi Barch[ino]nam, cum post matutinas vellem quiescere et dormire, quia eram valde fessus ex itineracione, dixit Dominus ad me: *Petre non est tempus dormiendi, quia te introeunte civitatem Barch[ino]nensem habes bellare ibi pro me et vicario meo Urbano et pro ecclesia sancta Dei.*

Reverendissime pater, ut non putetis me falsidicum, volo me obligare ad hoc quod predicte revelaciones examinentur per illustrissimos principes, imperatorem Romanorum et regem Francie. Et si revelaciones predicte sunt false propter hanc (*b*) seu ex illusione dyabolica procedentes, quod ego tanquam falsidicus ponar in igne et ibi comburar. Si vera sunt et divina et revelata a domino nostro Iesu Christo et a Spiritu sancto prolata, quod vos cardinales, qui duos summos pontifices elegistis, dampnemini tamquam mendaces, quia tales vos dicit esse dominus meus Iesus in revelacionibus supra dictis, et illico revocetis quicquid per vos cardinales gestum sit contra Urbanum eius vicarium, et habeatis ipsum in summum pontificem cum tota ecclesia Dei. Hanc litteram quam vobis mitto, pater, non abscondatis nec eam ponatis *sub modio, sed super candelabro, ut luceat omnibus qui in domo sunt* (2). Ecclesie militantis, et hoc ad confusionem vestri, cum reverencia loquendo, et omnium adherencium opinioni vestre perverse et ad dampnacionem in die iudicii coram supremo iudice, nisi penitenciam egeritis de errore per vos in mundum introducto, et ad viam reducamini veritatis. Datum Barch[inone] (3).

Graz, (Austria).

Dr. Fr. Bliemetzrieder,
Universitätsdozent.

(*a*) venacionem] *sic ms.* (*b*) hanc] *sic ms.*

(1) Cf. citatas 441 nota a.
(2) Matth. V 15.
(3) In tergo fol. XXVII habetur a manu copistae: Verum grandeque testimonium illustris domini fratris Petri de stirpe regia Aragonie pro papatu Urbani pape sexti.

DOCUMENTS

SUR LA RÉFORME DE STE. COLETTE EN FRANCE

Lors (a) de la publication dans les *Études Franciscaines* (1) de mes notes sur le travail en commun de Guillaume de Casal et de sainte Colette de Corbie pour la réforme du premier ordre franciscain, je fus obligé de ne pas me servir de quelques pièces qui n'avaient pas trait directement au sujet.

Qu'il me soit permis de les employer aujord'hui et d'y ajouter quelques nouvelles glanes recueillies à Besançon et à Poligny.

I.

Voici d'abord le texte original de la *lettre de Guillaume de Casal au roi Jacques de Bourbon* dont je ne connaissais alors que la traduction française (2).

C'est le n. 33 du dossier Ste. Colette de la Bibliothèque de Besançon:

Serenissime Rex et iam ut fama opperibusque percipio beati patris nostri francisci devotissime filii. Vix gaudium mee mentis explicare possum litteris, cum videam maiestatem vestram oculis mentis tanto fervore post xpm currere in odorem unguentorum devotissime filie mee sororis Colete iam tanti gregis dominici salutifere matris, quanta cum gloria et regalia sceptra et regnorum diademata cum omni genere divitiarum atque amplitudinis suscepisse predicatur diffuse omnibus in locis eadem M. V. Pro quo sancto ac divino munere altissimo gratias reddo qui hanc

---

(a) Summarium: Plura documenta hic eduntur de historia monasteriorum tum I[i] tum II[i] ordinis a S. Coleta fundatorum. — I) Epist. Guillelmi de Casali ad Iacobum de Bourbon, regem (titul.) Neapolis, laudans et commendans S. Coletam. — II) Epistola Fr. Iohannis Mauberti ad Fr. Petrum de Vallibus de Observantibus et Coletanis in Gallia. — III) Guil. de Casali, gratias quasdam et privilegia dat S. Coletae. — IV) Litterae supplices S. Coletae ad P. Martinum V. — V) Guil. de Casali epistola ad Mathildem, ducissam Bavariae, de monasterio Coletinarum Heidelbergi. — VI) Eiusdem epistola ad FF. Petrum Albi de Romanis et Henricum de Balma, quos commissarios suos Cameraci constituit. — VII) Idem eidem Henrico omnes gratias confirmat et facultates a Ministris Provincialibus datas. — VIII) Idem eidem confirmans gratias a Ministris Glbus ei factas. — Additur nota de aliquibus aliis documentis Resuntione servatis. [Nota Directionis].

(1) *Lettres inédites de Guillaume de Casal à Ste Colette et notes pour la biographie de cette Sainte* dans les *Études Franciscaines*, XIX Paris 1908,460-81, 668-91; articles tirés à part, sous le même titre, Paris, Picard 1908, pp. 45.

(2) *Lettres inédites de Guillaume de Casal.* p. 11 et 12. Paris 1908; *Études Franciscaines*, t. XIX, Paris 1908, p. 470 et 471.

argumentosam apem meis temporibus mundo prestare voluerit que seraphici Francisci et gloriose virginis Clare imittacione mirabili mundum illuminare cepit sanctimonia et laudatissimo religionis augmento. Cuius devotioni ac meritis si per meas est satisfactum litteras atque provisiones, omnium bonorum auctori laudes reddantur. Si vero quicquam sibi aut universe eius familie tam fratrum quam sororum Christo deservientium forte decent, quod mea oppera ac solicitudine posset adimpleri, promtissimo id conficiam animo, cum mihi fuerit per suas aut M. V. litteras explicatum. Non enim est aliqua mee religionis porcio cui magis asistere et opportunis favoribus occurrere cupiam quam huic religiosissime matri et devote familie quam xpo ipsa meritis sanctissimorum Francisci et Clare regenerasse videtur. Non mihi igitur V. M. gratias refferre debet pro meis in sancta eius oppera studiis qui alias negligendo gravi me honere atque reprehensione dignum putarem. M. autem V. si possum in re aliqua complacere, non me dubitet in rebus quibuscumque mihi possibilibus suum paratissimum servitorem pro quo exorare non desino ut in viam salutis inceptam firmos gressus atque constantes continuare non desinat. Quod futurum minime dubito si consciliis ac sanctis persuasionibus huius religiosissime matris sororis Colete prefate M. plenum dabit locum. Et utinam mihi dies ac tempus eluceat in quo eandem M. V. et ipsam devotissimam filiam et videre et aloqui possim. In qua re fienda si per meas hic graves solicitudines et periculosa itinera licebit, studium non deficiet meum. Ex Basilea xxij novembris [1434].

Signature autographe: *Frat. Gulls de casali ordinis minorum gnalis minister inutilis magnas habens gratias et literis et vestre benigne caritatis indiciis.*

Au verso: *Serenissimo et observantissimo Dno Iacobo Ungarie Scicilie et Ierusalem regi...*

II.

Le n. 38 du dossier de Ste. Colette de Besançon est l'original de la *lettre du Fr. Jean Aubert* à « Fr. Pierre de Vaux, confesseur de seur Colette ». J'en ai publié la traduction française dans les *Lettres de Guillaume de Casal*, p. 23-25 = *Études Franc.* tom. XIX. p. 669-671, où j'avais donc justement soupçonné que l'original avait été écrit en langue latine.

Venerande atque in xpo pater cordia[me] *post salutem in salutis auctore prelibatam. Noveritis me iam longo transacto tempore nova desiderasse de vobis et matre nostra super illa materia qua eidem scripsi alias. Verum quod vos minime latet quomodo ex instituto reve*[mi] *patris ministri generalis et confirmatione summi pontificis onus michi emortuo impositum* (1) *tollero vobis tanquam michi precordia*[mo] *insinuavi hanc commissionem fieri posse in preiuditium grave provisionis olim nobis indulte in sacrosanto concilio Constan.* (2). *Sed in angustia positus quod si contradictio*

(1) C'est le Général Antoine de Rusconibus qui l'avait nommé vicaire général des Observants Ultramontains (au nord des Alpes) le 18 juillet 1443. Glassberger dans *Anal. Franc.* II, 308s. Il s'appelle en général Jean Maubert.

(2) C'est le décret du concile de Constance du 23 sept. 1415, Wadding *Ann. Min.* ad an. 1415, n. 7; Eubel, *Bull. Franc.* VII 493-5; Mansi, *Collectio Concil.* XXVII, 796-99.

fieret animadvertens et ultramontanam et cismontanam contra me moverem emulosque multiplicarem. Denique tanquam deformator si hanc reformationis formam refutassem, delatus fuissem in maximum anime mee fortasse preiuditium imo et societatis nostre. Absit a me ut non totis viribus id requiram: id videre cupiam reformationem videlicet in nostro sanctissimo ordine. Quin ymo supperimpendere meipsum emortuum paratus sum pro tam pio et Deo acceptabili, non dubito (1), *opere. Quapropter hinc inde bene consultus, cum debitis protestationibus, institucionibus et ordinationibus sanctissimi Dni nostri pape et reve*mi *patris nostri ministri generalis assentiens, acceptavi illud vicariatus officium importabile, considerans desiderium meum per hoc medium posse tandem impleri quo nimirum optabam, priusquam mors quae nulli pertinet me acciperet, videre possem bonam unionem in nostro ordine, observantia regulari stante et quam maxime fratres nostros unacum fratribus dilectissime matris nostre. Semper ad hoc induxi, possimus* (?) (2). *Scio equidem fuisse quosdam inter nos qui affectione modica ad vestros movebantur, sed modo deo favente sua dulcedine non michi constat quod vel unus adversetur fratribus vestris, unde non que possum sed quas debeo gratiarum actiones refero deo meo. Utinam, pater cordia*me*, sic perciperem ex parte altera. Dolens audivi quod dominus de Fienes dixit socio meo quod fratres Sororum Collete non diligunt nos et in Bolonia supra mare* (3) *dicuntur aliqui narrasse, fratres isti de scto Audomero* (4) *sunt valentes, sed non vellemus vivere et mori sicut ipsi, sicque notam magnam nobis coram aliis faciunt indicare, maculum pretendentes inobedientie. O pater amantissime, cor meum patet ad vos qui ad unum finem necessarium tendimus; non nisi per unum medium nobis patet accessus, unio videlicet caritatis medium est. Nunc instat tempus, ecce opportunitas. Iam destinavi commissarios in Almania, in provincia Provincie et multis aliis locis et tandem in provincia Burgundie quantum in me fuerit, cupiens omnibus visceribus Christum Ihesum incorporari et ipso summo bono per caritatis unionem coniungi cum observancia sanctissime regule nostre. Super hoc scripsi matri nostre; ab ipsa recepi quod ad me deberetis mitti ad insinuandum eiusdem matris nostre propositum super isto et ecce hucusque nichil audivi. Unde satis miror. Testis est michi Deus quod super omnes viventes cupio eius sentimentum super hoc facto habere et quia eidem scripsi et vobis, velitis saltem scripto michi aliquid indicare ut sciam quid desit michi. Amantissime pater, cupio videre vos et filium consolari vobis sed quando hoc erit vel quod signum adventus vestri ignoro. Precor vos, quantum possum ex corde, ut me debilem valde pauperem et mendicum semper habere*

(1) Je crois qu'il faut lire: *non dubito* et non pas *non subito*. Le traducteur du XV. siècle a traduit: « Comme je ne docte point ». Sur les trois « grosses erreurs » que la *Revue des Quest. hist.* 1908. t. II. p. 651. m'a reprochées dans la lecture de la traduction française de cette lettre (*Lettres de G. de C.* p. 24 et 25), il y en a manifestement deux où je dois maintenir mon texte, comme le prouve le texte latin. P. 25. l. 5. bien lire en effet: *escrit* au lieu de *esté*.

(2) Le texte de la version française porte; « De mon pouvoir les ay touiours induit a se venir », *Lettres*, 24; *Et. Fr.* l. c. 670.

(3) C'est-à-dire Boulogne. Plus tard, ce couvent appartenait à la Province de France Parisienne. Gonzaga, *De orig. Ser. Relig.* 1587 ed. 581ss.; éd. 1603, 669. Wadding, *Annales*, IIe édit. XI, 228.

(4) Le couvent de Saint-Omer, habité par les Observants; voir le décret du Conc. de Constance, *Bull. Fr.* VII, 493. Gonzaga, *De orig.* ed. 1587, 983; 1603, 1145; Wadding, *Annales*, XIV, 125, 217.

velitis recommissum in vestris piis precibus sicut plenarie confido et dominus Ihus dignetur nos semper in omnibus feliciter conservare. Amen. Ex sancto Audomero cum festinacione, xvij octobris. [1444-1447] (1).

Sicut prefatus sum, cordia^mc^ *pater, necesse est, quod vivamus pro bono reformationis continuando oretenus huius verbum cum reverendo patre ministro provinciali francie, qui est bone voluntatis, sicut vobis satis notum est, sed sicut perpendere* (? ppede) *potest non nisi per sanctos* (2) *in observantiam potest fieri reformatio. Item minus eis placet hec forma reformationis quam prior nobis data; ymo ad oculum patet qualiter persecuti sunt fratres dilectissime matris nostre qui venturi dicebantur in bethunia* (3).

Seule la signature de cette lettre est autographe. Elle est formée par l'enlacement des deux lettres J et A entre deux petites croix, suivies de ces mots: « Ord. mior ».

Nous avons vu ailleurs que cette signature est celle du Fr. Jean Aubert (4). Le témoignage que nous en avons, remonte au traducteur français de cette lettre datée de Saint Omer.

Une comparaison entre son écriture et celle d'un témoignage ajouté à la fin du MS. de Pierre de Vaux possédé par les Clarisses de Poligny, nous permet, de plus, d'ajouter aujourd'hui, que ce traducteur n'est autre que le Fr. Claude Champion, connu par sa relation de l'entrevue de Ste Colette et de St. Jean de Capistran à Besançon.

III.

Nous avons donné ailleurs, d'après une copie du XVe siècle, le texte de *trois lettres de Guillaume de Casal à sainte Colette* (5). Les archives des Clarisses de Poligny possèdent le texte original des actes du procès de canonisation fait à Gand en 1747, et dans ces actes, entre beaucoup d'autres choses très importantes, on trouve ces trois mêmes lettres copiées sur les originaux. Comme à *la première* il se trouve un intéressant *post-scriptum,* inconnu au copiste qui nous a servi à les publier dans les *Études Franciscaines* (6), nous la reproduisons ici d'une manière complète, d'après le ms. de Poligny, Actes du procès de canonisation. Gand. 1747 cahier 14:

« *Venerabili in xpo et in eodem quam plurimum dilecte filie sorori colete ordinis sancte clare, frater guillelmus da casali sacre theologie ac totius ordinis fratrum minorum generalis minister et servus salutem et pacem in domino sempiternam. Cupiens te in domino ihu consolari infra scriptas gratias libenter tibi concedo, primo quod gaudeas et uti possis omni-*

---

(1) Puisque le couvent de Boulogne était fondé en 1444 et Ste Colette mourut en 1447, c'est de cette époque que date la lettre.

(2) Peut-être faut-il lire *exemtos* (= Stos) Le traducteur a mis: « se non par Frères exemtés ».

(3) Le couvent de Béthune fut fondé en 1330; Gonzaga, 1071; II édit. 1249: Wadding. *Annal.* V, 272.

(4) *Lettres de Guillaume de Casal* p. 23. — *Études Franc.* t. XIX. p. 669.

(5) *Lettres de G. de C.* p. 18-20. (6) *Ét. Fr.* XIX, 477.

bus gratiis que tibi a summis pontificibus et a meis predecessoribus generalibus ministris concessis. 2° quod valeas habere confessorem vel confessores quibus poteris confiteri et ab ipsis sanctissimum sacramentum corporis domini recipere quantum tibi videbitur bonum, non obstante quacumque ordinacione in contrarium edita. 3° quod possis mittere fratres ad omnes provincias nostri ordinis tam cismontanas quam ultramontanas. Item dare licentiam abbatissis quod valeant mulieres ad ordinem venientes recipere. Item visitare omnes conventus per te factos et fiendos quociens videbitur tibi expediens. Item mutare sorores de conventu ad conventum pro iusta et rationabili causa, et eciam confessores et socios eorumdem, necnon et alios fratres de tua familia ad conventus bene regulares pro mora ibidem contrahenda transmittere, et vice versa de fratribus qui dictis conventibus commorantibus de suorum prelatorum licentia pro tuis conventibus recipere. Item quod habeas cameram a dormitorio separatam in qua possis missam ad extra dicendam audire et ibidem corpus domini recipere ac eciam in eadem comedere et bibere et de nocte iacere, necnon et per fenestrellam ferratam inibi exeuntem omnibus horis et personis cum societate et sine societate loqui. Quas gracias non intendo revocare. Vale in xpo ihu et ora pro me. Datum Tononi Sabaudie xxv^a mensis septembris anno domini M° CCCC° xxxiiij° ».

Gratias quas contuli fratri Henrico confessori tuo easdem confero fratri Petro tuo eciam confessori volens quod paribus beneficiis utantur. Datum ut supra propria manu.

G . placet *Visa propria manu.*

IV.

Les documents qui précèdent étaient déjà connus soit en partie, soit par une traduction.

Ceux qui vont maintenant suivre, ont entièrement l'attrait du neuf.

C'est d'abord le texte d'une *supplique adressée par Ste. Colette au pape Martin V en 1418*. On devine l'intérêt de ce document. Jusqu'en 1412 la sainte s'adresse à Benoît XIII. Cette même année, elle reconnaît l'obédience de Jean XXIII, ainsi qu'en 1414 (1). La supplique suivante prouve que la réformatrice s'attacha après 1417 à l'élu du concile de Constance.

Je donne la pièce d'après une copie très bienveillamment communiquée par notre savant confrère et compatriote le R. P. Édouard d'Alençon.

Supplicat S. V. devota Religiosa Soror Coleta ordinis sancte Clare conventus polignac. Bisuntin. dyoc. quatenus sibi specialem gratiam faciendi ut ipsa possit in casu necessitatis vel quotiens suo visitatori expedire videbitur visitare personaliter cum comitiva honesta et decenti loca sororum suarum videlicet Bisuntin. Auxone et Poligniae misericorditer concedere dignemini.

Item quod visitator dictorum conventuum unacum Abbatissa et maiori parte sororum discretarum assignatarum quatuor fratres ordinis

---

(1) *Lettres de G. de C.* p. 87, 88. Voir encore aux Archives du Doubs. H. Clarisses de Besançon, carton n. 1, la copie de la rénoncitaton des biens par Ste Colette, le 11 février 1412, la troisième année du pontificat de Jean XXIII.

minorum tam sacerdotes quam laycos pro administratione sacramentorum et in paupertates (sic) *subsidium assumere et tenere juxta modum et formam Regulae ipsarum libere valeant, et ubi bonum vel expediens videbitur, superius vocatis alium vel alios deponere et alium vel alios substituere concedere dignemini.*

Item quod nulla soror prefatorum conventuum possit assumi seu transferri ad alia loca nisi de scitu, beneplacito et voluntate visitatoris earum necnon abbatisse et maioris partis sororum discretarum loci illius in quo recepte fuerunt vel professe, nisi de indulto huiusmodi de verbo ad verbum fieret expressa mentio in litteris Apostolicis super heec conficendis: Committimus generali qui faciat fidem, quod sibi videtur, servando honestatem et regulas ordinis.

O. Datum Geben. pridie nonas Augusti anno primo (1).

O. est la lettre initiale du nom du baptême du pape Martin V, Odo ou Otho Colonna, par laquelle suivant l'usage le souverain pontife signait le *fiat ut petitur*, à la fin des suppliques quand la faveur était accordée.

Le *pridie nonas Augusti* correspond au 4 août 1418.

V.

La lettre suivante a trait à la *fondation du monastère des Clarisses de Heidelberg.* Elle fut adressée par le Fr. Guillaume de Casal à Mahaut (ou Mathilde) de Savoie épouse de Louis de Bavière. Je la donne d' après l'original, n. 27. du dossier de Sainte Colette à la bibliothèque municipale de Besançon.

Illustrissima dna et devotissima beati franciscj filia ad impetrandam facultatem quam ut puto jam habet Il. d. vestra pro fundando monasterio ordinis sancte clare sub cura religiosissime et devotissime filie sororis Collecte perlicet absens prestiti, tamen favores mihi possibiles apud Sanctissimum dominum nostrum litteras etiam petitas pro tenendis devotis fratribus nostris hiis annexas mitto, facturus semper que putavero ferventi vestre devotioni complacere. Quia, cum Il. do. vestram propriam filiam beatissimo patri francisco et gloriose virgini clare consecrare voluerit, me ipsum et universum ordinem perpetuis temporibus obligavit ad eiusdem obsequia adimplenda. Illustris dna Margarita soror vestra in sua viduitate devote servit deo sub tercio habitu sancti dominicj aput illustrem dominum marchionem montis ferrati cui ex parte Il. do. vestre post vestras litteras scripsi eam confortando et exhortando et me eciam humiliter offerendo sicuti totum me iam obtuli Il. do. vestre.

Ex bononia xviij mensis aprilis.

Il. do. v.

Fr. Guills. de Casali ordinis minorum generalis minister inutilis.

(Au verso): *Illustrissime dne Metildj Comitisse Pallatine Renj et ducisse Bavarie sue domine precantissime.*

Cette lettre fait allusion à l'entrée chez les Clarisses de la fille de Mahault de Savoie. Elle n'est donc point antérieure à 1438, date

(1) *Arch. Vatican. Suppliche. vol. 111. fol. 214.*

à laquelle se produisit cet événement (1) Et comme l'épouse de Louis de Bavière mourut même cette année-là, c'est à cette époque (1438) que Guillaume de Casal dut rédiger sa missive.

VI.

Le P. *Henry de Baume*, chacun le sait, fut le confesseur et intime collaborateur de sainte Colette dans l'oeuvre de la réforme des frères mineurs français. Nous connaissons *trois lettres que lui adressa le général de l'ordre Guillaume de Casal*. Toutes trois sont dans le dossier de Besançon déjà cité, nos 35, 36 et 37, les deux premières sur papier, la troisième sur parchemin, les unes et les autres en original.

n. 35.

In xpo sibi carissimis fratribus Petro Albi de Romanis et Henrico de Palma provincie Burgundie Frater Guliermus de Casali ordinis fratrum minorum generalis minister et servus ac sacre theologie magister salutem et pacem in domino sempiternam. Cura solicitudinis animas gubernandi, quam meis humeris inpositam ex officio generalis ministerij in nostra professione conspicio, me iugiter provocat et hortatur ut extirpatis veteribus corruptelis novamque frugem regularis observantie reformateque vite plantare procurem hiis maxime in locis ex quibus uberiores fructus nostra religio cum ex divinis cum etiam ex humanis presidiis susceptura utiliter judicatur. At cum in conventu Chamberiacensi (2) *magnum reformationis fructum non dubitem nostro ordini affuturum filios (?)* (3) *ydoneos in zelo observantie regularis servantes meritis virtutum conspicuos et in regimine spiritualis gubernationis assidue frequentatos prefecerim. Hec cum et in vobis vestrisque plurimum laudatis personis singula et multo ampliora bonorum predicationibus experientiamque cognoverim plurimorum sacre theol. doctorum aliorumque probatissimorum patrum consilio, assensu et efficaci suasione provocatus vos meos commissarios in eodem Conventu constituo et presentibus denuntio institutos. Dans vobis plenam auctoritatem communiter et divisim et utrique vestrum in solidum regendi, gubernandi, reformandi ipsum conventum et quoscumque fratres in eo commorantes et commoraturos, quibuscumque nominibus aut titulis censeantur, instituendi et destituendi, praesidentes et quoscumque delinquentes pro gravitatibus delictorum expellendi, irevocabiliter multandi et puniendi a penis huiusmodi, liberandi prout vestra discretio et gravitas oneris vobis iniuncti pro tempore judicabit, et denique in ceteris omnibus ad regimen, gubernationem et correctionem prenominatorum conventus et fratrum vobis committo plenarie vices meas, omnemque mei officii auctoritatem et etiam facultatem qua veram nostre professionis et regularium statutorum observantiam introducere et conservare comodius valeatis ad laudem omnipotentis dei nostrique seraphici ordinis exaltationem et ut ferventi devotioni illustrissimi domini ducis Sabaudie istud summo desiderio requirentis reformatis prefate nostre religionis operibus occurratur atque exemplis sanctioris vite populi provocentur qui a nobis escam salutis expectant. Quam, ut facultatem maiori cum merito conficere et integrare possitis, vobis per sanctam obedientiam et in virtute spiritus sancti precipio et iniungo quatenus dictam commissionis et auctoritatis mee facultatem hu-*

(1) Cf. A. Germain. *St. Colette.* p. 215. (2) Ou faut-il lire *fratres?*
(3) Chambéry fondé 1262; Gonzaga, ed. 1603, 1243.

militer et reverenter suscipiatis susceptamque solicite et diligenter exequamini secundum multiplicem gratiam a domino vobis datam. Idemque fratres presentes pariter et futuri vobis tamquam mihi in omnibus parere firmiter per eandem obedientiam et sub pena carceris late sententie atque confusibilis expulsionis a dicto conventu sine contradictione debeant et strictissime teneantur quos vobis vestrisque caritatibus vosque ipsis in dno recommendo. Et quum eodem studio atque desiderio circa reformationem minorissarum monasterii eiusdem loci Chamberiaci versari constitui atque solicite vigilare eadem auctoritate volo presentibus ut utamini et uti possitis tam in abbatissam quam in ceteras sorores aliasque personas ipsius monasterii servitiis dedicatas et in cetera singula ad ipsius monasterii gubernationem regimenque spectantia. Mandans ipsis abbatisse et sororibus presentibus et futuris ut vobis communiter et utrique vestrum in solidum debeant tanquam persone mee firmiter obedire. Valete in domino et orate pro me. Datum Chamberiaci die secunda septembris. Anno domini millesimo CCCC° XXX° J°.

. G. placet. *Visa propria manu.*

Le placet et la visa sont autographes.

Le document est en lui-même très utile. François Rabut qui semble avoir le mieux étudié le couvent de Chambéry dans la publication de son *Obituaire,* ne souffle mot de ces événements.

A un point de vue plus général, il est intéressant de constater que le couvent de Chambéry peut être ajouté à ceux que mentionnera la bulle du 3 juillet 1451, à savoir Sellières, Chariez et Dole (1).

Quant aux *couvents féminins,* on lira avec fruit la petite note suivante qui vient bien ici *ad rem* et précise les endroits où pénétra la réforme colettine. Nous l'extrayons d'un petit ms. XV° siècle, coté A. 2. dans les archives des Clarisses de Poligny:

Sequuntur nomina conventuum beate virginis clare secundum veram observantiam a beata virgine coleta traditam in provincia sancti Bonaventure seu Burgundie

Conventus bisuntinen. [Besancon] †
Conventus gebennarum [Genève] † *Annessiaci* (2)
Conventus viviaci [Veney] † *aquiani* (2)
Conventus poligniaci [Poligni] †
Conventus chamberiaci [Chambéry] †
Conventus auxonne †
Conventus surregii [Seurre] †
Conventus de molinis [Moulins] †
Conventus aquesperse [Aicgueperse] †
Conventus orbe †
Conventus podii [Le Puy] †
Conventus montis brisonis [Montbrison]
Conventus gyemi

Conventus fundati ab ipsa beata Coleta et in quibus personaliter fuit hoc signo †... (3).

(1) Cf. *Les lettres de Guillaume de Casal.* p. 31. *Ét. Fr.* XIX, 677.
(2) Ces deux noms ont été ajoutés postérieurement.
(3) Cf. Fodéré, son récit concernant les Clarisses à la suite de sa *Narration historique.*

VII.

Revenons à nos lettres de Guillaume de Casal adressées au P. Henri de Baume.

Bibl. Besançon Dossier Ste. Colette n. 37:

In xpo sibi karissimo fratri Henrico de palma provincie burgundie fr. Guills. de Caselli sacre theologie magister ac ord. fratrum minorum generalis minister et servus salutem et pacem in dno sempiternam. Pro tue consciencie securitate et scrupulo removendo, tenore presentium tibi concedo omnes gracias tibi per ministros provinciarum burgundie, aquitanie, turonie sub quibusvis verbis aut forma attenus tibi concessas et de illis uti possis ac si per me tibi ille fuissent concesse et specialiter gratiam de fratribus mittendis pro negociis peragendis per meam carissimam sororem Coletam aut pro necessitatibus (?) *conventuum seu monasteriorum per eandem edificatorum vel in posterum edificandorum. Et gratiam de fratribus alienarum provinciarum et tam bona humana* (?) *venientibus collocandis ad servicia ordinis pro tua consciencia et discretione. Vale in xpo Ihu et ora pro me. Datum Basilee XIX marcij anno M°CCCC°XXXXiiij°.*

(Sign. autogr.). *G. placet.* *Visa*

VIII.

Bibl. Besançon. Dossier Ste. Colette. n. 36.

In xpo sibi karissimo fratri henrico de palma frater Guillelmus de Casali Sacre Theologie magister ac tocius ordinis fratrum minorum minister et servus salutem et pacem in domino sempiternam. De tua laudabili vita et sufficientia precipue confidens ac tuis postulationibus paterno affectu condescendens infra scriptas gratias tibi benigne confero. Primo quod omnibus graciis a presentibus ministris et a predecessoribus meis generalibus ministris pro utilitate et conservatione alme congregationis venerabilis religiose sororis Colette tibi concessis quas presenti serie ratifico et confirmo uti possis juxta consilium et dispositionem dicte venerabilis religiose, quas etiam gracias pro quacunque revocatione in capitulis generalibus facta vel fienda non intendo revocare, nisi fieret scripto de eis plena mencio et hoc pro omnibus conventibus factis et fiendis. 2° quod possis mei ex parte conferre licentiam abbatisse quod valeant recipere mulieres ad ordinem venientes. Item quod perssonis devotis ordini tradere habitum in mortis articulo, dummodo ex mera devocione ferventes requisierint. Vale in X° ihu et ora pro me. Datum Thononi sabaudie XXV° mensis septembris anno M°CCCC°XXXIIIJ .

(Sign. autogr.). *G. placet.* *Visa propria manu.*

A Besançon, grâce à M. le chanoine de Vrégille, nous avons été plus heureux, en apprenant qu'en plus du MS. sus mentionné, en plus du texte original des Constitutions de 1434, enrichi de correctionis qui paraissent bien de la main même de Ste Colette, il existait dans les archives de Clarisses une douzaine d'autres pièces. Nous en donnous la notice en copiant les indications fournies par M. de Vrégille lui-même, faute de mieux:

Bulle d'Innocent IV adressée aux Clarisses de St. Damien d'Assise. 17 septembre 1252. Vidimus de 1410.

Bulle d'Honorius IV. accordant des privilèges aux Frères Mineurs. Rome, 20 novembre 1285. Copie de 1420 d'après un vidimus de 1296 de l'officialité de Troyes.

Bulle de Benoît XIII permettant aux Clarisses de passer dans les couvents reformés par Ste Colette, en exigeant pour la profession l'âge de 18 ans. Nice, 16 octobre 1407. Original sur parchemin, bulle de plomb.

Bulle de Benoît XIII permettant à Ste Colette de bâtir des Couvents dans les diocèses d'Amiens, Paris et Noyon et de prendre possession du couvent de Ste Claire de Besançon. Porto Venere, 27 27 septembre 1408. Original sur parchemin, bulle de plomb.

Copie de la bulle précédente délivrée par l'officialité de Besançon. 1411.

Bulle de Pierre de Thurey, Cardinal légat confirmant à Colette le droit de bâtir des couvents à Rumilly et dans les diocèses d'Amiens, Paris et Noyon, outre les droits sur le couvent de Besançon. Avignon, 24 mai 1410. Original en parchemin.

Bulle de Sixte IV défendant aux religieux de l'Observance de molester les Clarisses réformées par Ste Colette. 29 juin 1482. Copie de 1483.

Copie de la précédente faite à Louvain par Corneille Woët, doyen de Ste Pharahilde à Gand. 1r octobre 1483.

Bulle d'indulgences accordées par Sixte V aux Frères Mineurs de l'Observance et aux Clarisses, aux fêtes des SS. François, Antoine de Padoue, Bonaventure, Louis évêque, Bernardin et Claire. Rome, 28 september 1585. Copie.

Copie du Testament de Jacques de Bourbon. Papier XVIIIe.

Bulle d'Urbain VIII exemptant les Clarisses de Besançon de la juridiction des Franciscains de l'Observance et les soumettant à celle de l'ordinaire diocésain. Rome, 16 juin 1626. Original sur parchemin.

Bulle de Clément XII confirmant aux Clarisses la jouissance de toutes le indulgences concédées à l'ordre des Franciscains. 19 août 1734. Original. Sceau.

Paris. *(A suivre).*

P. Ubald d'Alençon, O. M. Cap.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Anno Domini **1270**, die 26 augusti, hora diei nona, sanctissimus Francorum Rex Lodovicus, in Affricha apud Cartaginem existens, in obsidione eius obdormivit in Domino (2).

Eodem anno, die tertia maii, Bela IV, Ungarorum Rex, germanus Sancte Helisabeth, de 3' Ordine, in insula Bundense migravit ad Christum, virtutibus et miraculis clarus, et in ecclesia Fratrum Minorum Strigonii sepultus (3).

In diversis Provinciis quam plurimi sanctitate clarebant, videlicet:

Egidius de Capociis de Assisio, vir magne sanctitatis, qui in caritate floruit, ac miraculis corruscavit (4).

Guidus de Senis, socius fratris Leonis, cui ipse frater Leo, iam defun[c]tus, appar[u]it, et ipse postmodum mortem suam predixit, et cum Sancto Francisco et cum fratre Egidio supradicto sepultus fuit (5).

Andreas de Spello, predicator, miraculis gloriosus, qui etiam mortuos suscitavit (6).

Sensus, vir magne contemplationis et raptus, qui, cum eius digitus acu transfigeretur, nihil sensit, nec aliquo modo se movit. Lacrime in tantum ei abundabant, quod tunica, ante pectus, tota madefacta apparebat. In Monte Iovis iacet (7).

Egidius de Regno, vir utique magne abstinentie et perfectionis. Hic in Tuderto requiescit (8).

(2) *Seraphici Patris N.* || *S. Francisci* || *Regvla* || *et Testamentvm.* || *Nec non Statvta Fratrvm* || *Minorum Regularis Observantiae Pro-*||*vinciae Aquitaniae Reformatorum.* || Tolosae, || Excudebat Joannes Bovde, Regis et Comitio || rum Linguae Occitanae Typographus. 1651. || — Parv. in-4° 164 p. et 6 fol. non numerat. Citatur *Statuta Aquit.*

(3) *Aquit. Sér.* IV, 108.

(4) Lavaur, chef-lieu d'arrond. du départ. du Tarn.

(5) *Statuta Aquit.* 156 seqq.

(6) D. Ithier non fuit minister Aquitaniae, sicut refert R. P. Otho, IV, 92, 174, 614, 697, sed guardianus Tolosanus missus ad capitulum generale Toletanum, an. 1645, tanquam *prominister* (*Orbis Seraph.*, IV, 114). — De D. Ithier in bello civili vulgo « la Fronde », cf. *Archives historiques de la Gironde,* t. VII, Bordeaux, 1865, in-4°, p. 156, 297, 301, 303, 304, 306, 312-314; VIII, ibid., 1866, p. 122, 133, 135, 176, 183, 452; XV (ib., 1874), p. 340, 355, 363, 374, 382, 383, 402.

Patrem Dominicum Ythier Commissarium et visitatorem. *Patres Provinciae* declarati sunt Reverendus admodum Pater Carbon Lanes primus Pater. Reverendus admodum Pater Paulus Sollier; et Reverendus admodum Pater Bonaventura Brachet, et Reverendus admodum Pater Franciscus Tholosani. *Custos custodum* declaratus est Reverendus admodum Pater Philippus a Campario. *Diffinitores* vero electi sunt: Reverendus Pater Franciscus Bayez, Reverendus Pater Franciscus Duclaux, Reverendus Pater Franciscus Auconsul, Reverendus Pater Simeon Auverede, a quibus die 29 mensis et anni quibus supra ordinata sunt unanimi consensu ad Dei laudem, quae sequuntur.

Reverendi Patres Alexius Bobolene et Justinus Rieusal *Lectores jubilati, et discreti perpetui,* declarantur.

Reverendus Pater Hieronimus Pichon Lector Theologiae instituitur et primus ad jubilationem destinatur.

In *custodia Tholosana* Custos R. P. Florentius Dupuy instituitur. — In Conventu Vauri V. P. Poursive Guardianus instituitur. — In Conventu Spamiarum V. P. Seraphinus Laguibant Guardianus instituitur. — In Conventu Castri novi de Arrio V. P. Antonius Papon Guardianus instituitur. — In Conventu Samathani R. P. Franciscus Sabatier Guardianus instituitur. — In Conventu Insulae Iordanis R. P. Philippus a Tholosa Guardianus instituitur. — In Conventu Lautrici R. P. Raymundus Molles Guardianus instituitur. — In Conventu sancti Antonii Tolosae R. P. Chrysostomus Fortic Guardianus instituitur.

In *custodia Auxitana* custos R. P. Franciscus Begué instituitur. — In Conventu Auscorum R. P. Iosephus Gaussens Guardianus instituitur. — In Conventu Condomii V. P. Andreas Landreau Guardianus instituitur. — In Conventu Vallis Caprariae V. P. Anselmus Pomean Guardianus instituitur. — In Conventu Nogarolli R. P. Franciscus Barrié Guardianus instituitur. — In Conventu Mirandae V. P. Franciscus Doüat Guardianus instituitur. — In Conventu Morlani R. P. Fortunatus Maynard Guardianus instituitur. — In Conventu Olorii R. P. Leonardus Vidau Guardianus continuatur. — In Conventu Vici V. P. Orentius Dugay Guardianus continuatur. — In Conventu Polignani V. P. Timotheus Bellenger Guardianus instituitur.

In *Custodia Burdigalensi* custos R. P. Pater Ioannes Mondon instituitur. — In Conventu Bazati R. P. Iosephus Berionneau Guardianus instituitur. — In Conventu Liburniae V. P. Franciscus Conte Guardianus instituitur. — In Conventu Sparrae V. P. Norbertus Pinet Guardianus instituitur. — In Conventu sancti Aemiliani V. P. Dominicus Laluvie Guardianus instituitur. — In Conventu Neraci V. P. Guillelmus Cheron Guardianus instituitur. — In Conventu Castri Gelosii R. P. Angelus de Gourdan Guardianus instituitur. — In Conventu Mansi V. P. Ioannes Sapene Guardianus instituitur.

In *custodia Cadurcensi* custos R. P. ac Magister Iacobus Rodes instituitur. — In Conventu Cadurci R. P. ac Magister Iustinus Rieusal Guardianus instituitur. — In Conventu Figiaci V. P. Bonaventura Gobin Guardianus instituitur. — In Conventu Montiscutii V. P. Renatus Lacroix Guardianus instituitur. — In Conventu Gordonii R. P. ac Magister Petrus Cabirol Guardianus continuatur. — In Conventu Pennae R. P. Ganes Guardianus instituitur. — In Conventu sancti Affricani V. P. Franciscus Negrignac Guardianus continuatur. — In Conventu Amiliavi V. P. Petrus Hery Guardianus instituitur. — In Conventu sancti Antonini V. P. Antonius Leger Guardianus continuatur.

In *custodia Petrochorensi* custos R. P. Raphael Chanet instituitur. — In Conventu Petrochorae R. P. ac Magister Alexander Dumont Guardianus

instituitur. — In Conventu Sarlati R. P. Ioannes Dupuy Guardianus instituitur. — In Conventu Bergeraci V. P. Archangelus Gomondie Guardianus instituitur. — In Conventu sanctae Fidis V. P. Franciscus Meionissas Guardianus instituitur. — In Conventu Montignaci V. P. Antonius Laiugie Guardianus instituitur. — In Conventu Exidolii R. P. ac Magister Petrus Mandraut Guardianus continuatur. — In Conventu Albaeterrae V. P. Franciscus Conte Guardianus instituitur.

In *custodia Lemovicensi* custos R. P. Bonaventura Cluzel instituitur. — In Conventu Lemovicae R. P. ac Magister Franciscus Deschamps Guardianus instituitur. — In Conventu Brivae R. A. P. Bonaventura Brachet Provinciae Pater Guardianus instituitur. — In Conventu Donzenaci R. P. Dominicus Dupuy Guardianus instituitur. — In Conventu sancti Iuniani V. P. Martialis Milet Guardianus instituitur. — In Conventu Nontronii R. P. Angelus Descamps Guardianus instituitur. — In Conventu Martelli V. P. Anastasius Boucher Guardianus instituitur. — In Conventu Bociferruti V. P. Franciscus Deschamps Guardianus instituitur.

Monasteria Monialium.

In Monasterio Appamiarum V. P. . . . . . Ebral Confessor instituitur. — In Monasterio Levigniaci VV. PP. Ioannes Duduc et . . . Caillau continuantur. — In Monasterio de Casseriis V. P. Franciscus Dejan Confessor instituitur. — In Monasterio Montisalbani V. P. Michaël Feux Confessor continuatur. — In Monasterio Pogeti V. P. Modestus Labat Confessor instituitur. — In Monasterio Gordonii V. P. Tiburtius Carlat Confessor instituitur. — In Monasterio Neyraci V. P. Eugenius Marchet Confessor continuatur. — In Monasterio Condomii V. P. Bonaventura Valie Confessor continuatur. — In Monasterio Albaeterrae V. P. Bonaventura Larroche Confessor instituitur. — In Monasterio Brivae V. P. Hipolitus Tardieu Confessor instituitur. — In Monasterio Nontronii V. P. Ioannes Abbadie Confessor instituitur. — In Monasterio Cardurci V. P. Antonius Laboix Confessor continuatur. — In Monasterio Lauzerte . . . . . . — In Monasterio Montechii . . . . . . — In Monasterio Lemovicae V. P. Franciscus Foureau Confessor continuatur. — In Monasterio S. Aredii V. P. Ioannes Dumas Confessor instituitur. — In Monasterio Moysaci. . . . . . — In Monasterio Mirandae V. P. Franciscus Martial Confessor instituitur. — In Monasterio Figiaci . . . . — In Monasterio Montigniaci V. P. . . . . Ruffel Confessor instituitur. — In Monasterio Exidolii V. P. Matheus Latour Confessor. — In Monasterio Olorii V. P. Dorotheus Confessor instituitur. — In Monasterio Confolenti . . . . — In Monasterio Castrinovi . . . .

Studia Theologiae.

In Conventu . . . .

In Conventu sancti Juniani R. P. Franciscus Barrailhon lector Theologiae instituitur

In Conventu Castrigelosii R. P. Franciscus Baile lector Theologiae instituitur.

Studia Philosophiae.

In Conventu Brivae V. P. Antonius Pontié lector Philosophiae instituitur.

In Conventu Nontronii V. P. Antonius Vigneras lector Philosophiae instituitur.

In Conventu Figiaci V. P. Prior lector Philosophiae instituitur.

In Conventu Lautrici V. P. Ioannes Paschal lector Philosophiae instituitur.

In Conventu Donzenaci V. P. Bernardinus Belaval lector Philosophiae nominatur.

In Conventu Bazati Frater Franciscus Litterie lector Philosophiae instituitur.

CONVENTUS PRO REFORMATIONE ET NOVITIATIBUS IN QUALIBET CUSTODIA HOC ORDINE INSTITUUNTUR.

Pro custodia Tholosana. Conventus sancti Antonii Tholosae Magister noviciorum et iuvenum V. P. Fenè instituitur.

Pro custodia Auxitana. Conventus Auscorum Magister noviciorum et iuvenum V. P. Bonaventura Sacristain instituitur.

Pro custodia Burdigalensi. Conventus Bazati Magister noviciorum et iuvenum V. P. Romanus Despau instituitur.

Pro custodia Cadurcensi. Conventus Cadurci Magister noviciorum et iuvenum V. P. . . . Richon instituitur.

Pro custodia Petrochorensi. Conventus Petrochorae Magister noviciorum et iuvenum V. P. Basilius Daudi instituitur.

Pro Custodia Lemovicensi. Conventus Lemovices Magister noviciorum et iuvenum V. P. Guibert instituitur. — Conventus Olorii Magister iuvenum V. P. . . . . Chasseur instituitur.

Frater Dominicus Ithier Commissarius Generalis. — F. Paulus Bagen Minister Provincialis. — F. Franciscus Tholosani Ex-Provincialis. — F. Carbon Lanes primus Provinciae Pater. — F. Paulus Solier Provinciae Pater. — F. Bonaventura Brachet Provinciae Pater. — F. Philippus Campario Custos Custodum. — F. Franciscus Bayes Diffinitor. — F. Franciscus Duclaus Diffinitor. — F. Franciscus Auconsul Diffinitor. – F. Simeon Auverede Diffinitor.

II.

In tomo IV pp. 99-100 praefati operis R. P. Otho narrat, quomodo anno 1648 Aquitanici Minores conati sunt paupertatem seraphicam legaliter infringere et in curia generalitia Ordinis acriter retusi, obtinuerunt postea a Clemente X (1673) una cum aliis provinciis confoederatis privilegium reddituum annuorum. Sed ignorat, quod interea (1651) ad meliorem frugem reducti condiderunt Statuta a Ministro Generali approbata sicut infra videbitur.

Compromissum omnium Provinciae vocalium pro restitutione Statutorum [1651] (1).

Nos infrascripti *Custodes, Guardiani, et vocales Capituli Provincialis Provinciae nostrae Aquitaniae Reformatorum* in Conventu Fratrum Minorum Vauri die trigesima mensis octobris, anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo celebrati. Attendentes quod vix brevi tempore revideri possunt et restitui Statuta Provinciae ad requisitam reformationem, quibus tamen recensendis vota nostra exiguntur, cupiamusque cuncta, quoad hoc, ad maiorem Dei gloriam et religionis incrementum in nostra eadem Pro-

(1) *Statuta Aquit.* 129 seqq.

vincia promovendum peragi et expleri, ideo tenore praesentium consentimus et volumus haec praefata fieri a Reverendis admodum Patribus Diffinitorii una cum Reverendis Patribus Magistro Iustino Rieusal Academiae Cadurcensis antecessore Lectore iubilato et Provinciae Ex-diffinitore, Reverendo Patre Angelo Descamps Ex-diffinitore, Reverendo Patre Angelo de Gordan Custode Auxitano a Discretorio Provinciae deputatis, compromittentes in omnia quae in finem praecedentium a praedictis Patribus resolventur, et ab eodem Diffinitorio approbabuntur, in quorum fidem die et anno quibus supra subscripsimus.

fr. Iustinus Rieusal Ex-diffinitor et Lector iubilatus.
fr. Raymundus Moles Ex-diffinitor.
fr. Philippus Atholosa (*sic*) Ex-diffinitor.
fr. Angelus Descamps Ex-diffinitor.
fr. Franciscus Sabatery *Custos Tolosanus.*
fr. Bonaventura Sacristain Guardianus Apamiarum.
fr. Florentius Dupuy Guardianus Vauri.
fr. Dominicus Laluvie Guardianus Samathani.
fr. Archangelus Marnac Guardianus Insulae Iordanis.
fr. Gabriel Fortiangue Guardianus Lautrici.
fr. Ioseph Gausens Guardianus Tolosae.
fr. Angelus de Gourdan *Custos Auxitanus.*
fr. Bernardus Baleich Guardianus Auscorum.
fr. Iacobus Begué Guardianus Condomii.
fr. Anselmus Pomian Guardianus Vallis Caprariae.
fr. Ioannes Borrust Guardianus Nogarolli.
fr. Franciscus Barric Guardianus Mirandae.
fr. Romanus Lespau Guardianus Morlani.
fr. Leonardus Vidau Guardianus Olorii.
fr. Orientius Dugay Guardianus Vici.
fr. Hieronymus Pichon Lector Theologiae.
fr. Fortunatus Maynard *Custos Burdigalensis.*
fr. Ioseph Berioneau Guardianus Basati.
fr. Andreas Laudreau Guardianus Sancti Aemiliani.
fr. Ioannes Mondon Guardianus Neraci.
fr. Ioseph Saincteric Guardianus Castrigelosii.
fr. Matheus Carté Guardianus Mansi.
fr. Ioannes Ganes *Custos Cadurcensis.*
fr. Alexius Bobolene Lector iubilatus.
fr. Alexander Dumont Guardianus Cadurci.
fr. Iacobus Rodes Guardianus Figeaci.
fr. Modestus Labat Guardianus Montiscutii.
fr. Petrus Cabirol Guardianus Gordonii.
fr. Bonaventura Gobin Guardianus Penae.
fr. Franciscus Negrignac Guardianus Sancti Affricani.
fr. Martialis Millet Guardianus Miliaci.
fr. Antonius Ligier Guardianus Sancti Antonini.
fr. Ioannes Dupuy *Custos Petrochorensis.*
fr. Bonaventura Crusel Guardianus Petrochorae.
fr. Anastasius Boucher Guardianus Sarlati.
fr. Elias Bordes Guardianus Sanctae Fidis.
fr. Raphael Chamet Guardianus Montinaci.
fr. Petrus Mandraut Guardianus Exidolii.

fr. Franciscus Barraillon Guardianus Albaeterrae.
fr. Pacificus Deschamps *Custos Lemovicensis.*
fr. Dominicus Dupuy Guardianus Brivae.
fr. Emericus Bruseille Guardianus Donzenaci.
fr. Petrus Heri Guardianus Sancti Iuniani.
fr. Franciscus Comté Guardianus Nontronii.
fr. Ioannes Vincens Guardianus Martelli.
fr. Vincentius Croissant Guardianus Bociferruti.
fr. Ioannes Bonnet Secretarius Provinciae.

Compromissarii supra exarata Statuta Diffinitorio proposuerunt confirmanda, ut patet ex eorum resolutionibus in Conventu Fratrum Minorum Vauri, die prima Novembris, anni 1651 factis. Et libello supplici, hoc ordine subscripserunt:
fr. Iustinus Rieusal Compromissarius.
fr. Angelus Descamps Compromissarius.
fr. Angelus de Gourdan Compromissarius.

Reverendi autem Patres Diffinitorii Compromissariorum votis annuentes et praefata statuta unanimi consensu approbantes et confirmantes, curam ea quamprimum et debito cum ordine typis mandandi Reverendo admodum Patri Paulo Bagen Ministro Provinciali commiserunt. Hocque modo sua signa manualia in libro Provinciae apposuerunt.
fr. Dominicus Ythier Commissarius Generalis.
fr. Paulus Bagen Minister Provincialis.
fr. Carbon Lanes primus Provinciae Pater.
fr. Paulus Sollier Provinciae Pater.
fr. Franciscus Tholosani Ex-provincialis.
fr. Philippus Campario Custos Custodum.
fr. Franciscus Bayes Diffinitor.
fr. Franciscus Duclaux Diffinitor.
fr. Franciscus Auconsul Diffinitor.
fr. Simeon Auverede Diffinitor.

Sequens littera Ministri Generalis typis commissa anno 1652, addita est ad calcem operis supra citati.

Confirmatio Statutorum.

Frater Petrus Manero Minister Generalis et servus totius Ordinis Seraphici Patris nostri Sancti Francisci, Dilectis plurimum in Christo Patribus, Ministro Provinciali, caeterisque Diffinitorii Provinciae nostrae Aquitaniae Reformatorum in Gallia: salutem in eo qui est vera salus.

Nil est, quod animi nostri gratiori alacritate intimum pulset, quam Fratrum ac Filiorum nostrorum in regulari reparanda disciplina unanimis, Deo auspicante, concordia, et perfecta in studio virtutis, sine contentione, aemulatio. Hinc est quod cum acceperimus Provinciale Capitulum huiusce nostrae Provinciae, die 26 mensis octobris anni 1651, praesidente in eo Patre Fratre Dominico Ythier, nostrae Provinciae Aquitaniae antiquioris Patre, Ex-diffinitore Generali, et nostro cum plenitudine potestatis Commissario visitatore, summa pace, ac religiosa unanimitate, Dei obsequio, ac religionis beneficio prae oculis habito, celebratum esse: necnon in eodem Capitulo nonnullas constitutiones ad praefatae Provinciae sanctam reformationem ac Regulae nostrae puriorem observantiam statutas fuisse; credi nequeat

quanto exultaverimus gaudio spirituali? et quanta in Domino laetitia cor nostrum exuberarit? Cum enim pro nostri muneris ratione religiosae recuperandae observantiae, omni quo valemus conatu, insudare numquam cessemus, qualis nostra debet esse hilaritas? quando Filii nostri semper benedicti a seipsis nostro se dictamini conformant, et nullo speciali ex nostra parte adhibito impulsu morum reformationem ad propriam stabiliendam salutem promovere tot prudentissimis monimentis non desinunt. Itaque religiosissimi Patres, Seraphici Patris nostri Francisci et meo nomine, gratias vobis ferventissimas ago, quod vestrae saluti indefesse cooperantes, gaudio me inenarrabili perfudistis. Capitulum vestrum cunctasque illius electiones, necnon ad vestram reformationem spectantes et in ipso statutas constitutiones, de nostrae potestatis plenitudine, harum vigore, confirmamus, illisque authoritatis nostrae totum quantum est robur adiicimus. Monentes insuper ut quae a vobismetipsis tam fervide incapit reformatio, pia cooperatione ac perpeti vigilantia, magis magisque in dies promoveatur. Valete Dei ac nostra benedictione muniti. Datum Matriti, die 6 aprilis, anni 1652.

Fr. Petrus Manero *Min. Gen.*

De mandato Reverendissimi.
Fr. Michael Angelus a Neapoli
Secretarius Ordinis.

III.

Adm. Rev. Pater Otho notitiam non habuit duarum collectionum Statutorum Provinciam Aquitaniae Antiquioris spectantium:

I°). Sequuntur ordinaciones provinciae Acquitaniae olim quidem divisim per diversa capitula generalia et provincialia editae, nunc autem per Dei gratiam iuxta capitulorum Burdegalae et Bellimontis ultimo celebratorum determinationem in unum redactae et abreviatae. 1563. — 74 f.

Servatur in: *Bibl. Nat. Paris., Nouv. acquis. lat.* 194.

II°). Sancti Francisci Regula et Testamentum. Regulae declarationes. Statuta Generalia Barcinonensia et Provincialia Acquitanica recognita. Burdigalae, anno Domini 1605. In-12. sine paginatione.

In fine legitur: De consensu patrum omnium Guardianorum in congregatione Marmandae die 23 Maii anno dom. 1605. Nos infra scripti minister provincialis et diffinitores tippis haec statuta mandari curavimus. — F. A. Morissellvs Minister Provincialis. — F. I. Carriere, 1 Diffinitor. — F. L. Pulcher, 2. Diffinitor. — F. I. Labarthe 3 Diffinitor. — F. P. Gofretus, 4 Diffinitor.

Sancti Brioci in Britannia Armorica,
die 5 Augusti 1908.

Fr. Antonius [Béguet] de Sérent, O. F. M.

CODICOGRAPHIA

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM

BIBLIOTHECAE RICCARDIANAE FLORENTINAE.

(Continuatio) (1).

Cod. n. 441 (N. II. 36) chart. mill. 150×100, ff. 125, ab unica manu saec. XVI c. initium exaratus. Tituli necnon quaedam notabilia rubeis litteris exhibentur. In unoquoque folio spatium 40 mill. singularum paginarum valde deturpatum aquae et humiditatis causa, propter quod plurimae litterae omnino evanuerunt. Membrana ligatus. Codex miscellaneus plurima offert, praesertim tamen notanda sunt:

1. (f. 1r-3v). [Regula Fratrum Minorum cum bulla confirmatoria Honorii III].

2. (f. 4r-15r). [Constitutiones Martini V in compendium redactae, atque in Congregatione Generali apud Auximum an. 1461 celebrata per PP. Observantes promulgatae].

Iacent Constitutiones in hoc codice, prout editae habentur in *Chronologia gen.* t. I pp. 125-135. In fol. 15r legitur, quod Constitutiones Martini V factae fuerunt in Capitulo Generali Assisii celebrato an. 1439 die 25 Iunii praesidente Ioanne Cardinale, tituli S. Petri ad Vincula. = In fol. 15v in quadam nota invenitur, quod Eugenius PP. IV die 11 Iulii 1436 ad suplicationem S. Ioannis a Capistrano absolvit Fratres de observantia a quocumque vinculo excommunicationis etc. et eisdem concessit, quod possent libere praedicare.

3. (f. 16r-28r). [Constitutiones Familiae Cismontanae tempore P. Fr. Angeli de Clavasio].

Tredecim habent capitula. *Rubr.* « De divino officio ». — *Inc.* « Primo quod fiat festum Transfigurationis die VI Augusti duplex maius sine octava ». *Des.* Cap. 13. « Item quod istae ordinationes Familiae legantur, quando leguntur Constitutiones Martini quinti ». = Non invenimus eas in *Chronologia.*

4. (f. 28v-30v). [Constitutiones Capituli Generalis Observantium Ferrariae celebrati an. 1509 die 6 Iunii].

---

(1) AFH I 116-25; 433-42; II, 123-30; 319-24.

Inc. « Primo quod nullus frater sive praelatus ». *Des.* « pro bono communi totius christianae religionis. Deo gratias ». = Habentur in *Chronologia* t. I pp. 213-215.

5. (f. 30v-38v). [Formulae litterarum obedientialium et pro nominatione Syndici Apostolici etc.].

6. (f. 39r-45v). [Compendium Constitutionum Congregationis celebratae in conventu Montis Caroli sub praesidentia Vicarii Generalis Fr. Francisci Zeno].

Adsunt decem capitula. *Rubr.* « Cap. primum. De divino officio ». *Inc.* « Primo quod in choro dicatur officium de gratia, scilicet de Domina, psalmi poenitentiales et Benedicta et feria VI officium pro defunctis nec obmitatur absque rationabili causa ad arbitrium guardiani ». — *Des.* « Conceditur tamen ipsi Vicario, ut possit de consilio discretorum in casu speciali, et rationabili causa exigente, praedictas poenas commutare et mitigare, sicut ei secundum Deum melius videbitur expedire. Si autem ex huiusmodi regularis disciplina solveretur Capitulo Provinciali accusetur et ad arbitrium deffinitorum graviter puniatur ». *Rubr.* « Deo gratias. Amen ».

7. (f. 46v). [Formula professionis Fratrum Minorum].

Lingua italica exhibetur.

8. (f. 46r-51v). [Formula benedictionum pro rebus diversis].

9. (f. 52r-60v). Cursus totius mundi a creatione ad finem saeculi distinguitur in haec tempora.

In hoc tractatu, cuius auctor non panditur, agitur: De aetatibus mundi. De articulis fidei. — De sacramentis ecclesiae. — De operibus satisfactoriis et misericordiae. — De spiritualibus. — De virtutibus. — De donis Spiritus Sancti. — De beatitudinibus. — *Des.* « gaudete et exultate quoniam merces vestra copiosa est in coelis ».

10. (f. 60v-61v). [De peccato in Spiritum sanctum].

11. (f. 62r). [Casus Ministris reservati].

Lingua italica.

12. (f. 63r). [Formula absolutionis Fratrum in articulo mortis].

13. (f. 64r-80v). [Constitutio Nicolai III: *Exiit qui seminat*].

Italica lingua.

14. (f. 81r-94v). [Constitutio Clementis V: *Exivi de paradiso*].

Italica lingua.

15. (f. 94r-95v). [Notae aliquae circa quorumdam officiorum celebrationem].

16. (f. 96r-104r). [Poemata lingua italica].

Auctor esse videtur Fr. Iacobus a Tuderto ex Ord. Min. Quod incipit: *Senno mi pare et cortexia* invenitur cum nonnullis variantibus et additionibus in opere: *Le poexie spirituali del Beato Jacopone,*

ed. Venetiis 1617 a Fr. Francisco Tresatti. Cfr. lib. VI. cant. X. Alias ibidem non invenimus. *De his postea plura.*

17. (f. 104v-105r). [Versus qui incipiunt: *Et ego quid demerui*].

Sicut in Conformitatibus Bartholomaei Pisanis habentur. Cfr. *Analecta franc.* t. IV p. 521-522. In codice tamen aliter terminantur quam in editione. Post verba enim: *Et cum in cruce morior* sequitur in codice: De *morte* non despero

. . . .
. . . . . moriaris
Mortem morte domo
Ne moriaris homo
Mors tua pena mihi
Mors mea vita tibi.

18. (f. 105rv). [Tres piae sententiae].

1ª Religiosus..... vult ire. — *Dicta* b. Aegidii ed. Quaracchi p. 66.
2ª Servum Dei non oportet litigare sed mansuetum esse ad omnes gentes.
3ª Multi religionem.... non faciunt. — *Dicta* p. 63.

Cod. n. 445 membr. mill. 160×120, ff. 142, praeter quatuor insiticia fol. quorum duo in principio adsunt, aliaque duo ad calcem. Ab unica manu saec. XIV exaratus cum titulis et initialibus rubricatis. Ex Catalogo Mss. a Ludovico Rigoli confecto constat quod antiquitus in interiori parte huius codicis legebatur: « Ad usum fratris Nicholai Caccini ». Cfr. *Cat.* ms. fol. 300. Codex miscellaneus est et inter alia continet

(f. 1r-9v). [Tractatum S. Bonaventurae de institutione novitiorum].

Rubr. « Incipit liber quem frater Bonaventura composuit et ordinavit de instructione novitiorum in quo sunt capitula XVI et primo. De officio celebrando. De oratione. De confessione peccatorum. De communione. De commestione. De abstinentia. De dormitione. De servitiis. De otio fugiendo. De honestate. De resistentia temptationum. De modo conversandi cum secularibus. De iudicando alios. De silentio servando. De humili obedientia. De paupertate ».

Inc. Prol. « Renovamini in novitate ». « *Des.* « sed simulate sanctita[tis] ». = Opusculum est mutilum, et collatum fuit a Patribus huius Collegii, sign. sub littera E. Cfr. S. Bonav. *Opera omnia* t. VIII p. LXXXVII n. 3 et pp. 475-483.

Cod. n. 447 (K. IV. 18) membr. mill. 140×100, ff. 66, praeter duo insiticia in principio, aliaque duo ad calcem. Tabulis ligneis ligatus et in dorso pelle. In primo fol. r. insiticio haec notula continetur: *Spechio de frati di S. Bonaventura e altri opuscoli sacri.* In secundo folio insiticio index tractatuum, qui in codice miscellaneo continentur, praefigitur. Ad rem nostram tantum facit:

(f. 1r-24v). [Speculum fratrum S. Bonaventurae tributum].

Rubr. « Qui incomincia Lo spechio de' frati e delle suore il quale compose il venerabile huomo frate Bonaventura ministro generale dell ordine di frati minori ».

Inc. «.... Dilecto fratello in Christo K. f. L. salute con desiderio, che spogliato » (f. 2-7 vacua) f. 8r. *Inc.* « Dio lo quale ha partito dal

ventre de la sua madre (fol. 9-16 vacua) f. 17. *Inc.* « Quanto puoi ti studia di tenerle celate ». *Des.* « Dio tallegri effaccia valere in Iesuchristo sança il quale nulla cosa vale o puo valere. Qui finisce lo spechio de frati facto per frate Bonaventura ». = Codex mutilus.

Cod. n. 459 membr. mill. 126×80, ff. 308, lineis plenis scriptus saec. XV a duabus manibus. Plurima, praesertim quae ad rubricas pro ordinatione Divini officii attinent, rubeo exarantur atramento, absque ullo ornatu. Ligatura recentior coriacea; in dorso legitur: *Breviario.* In fine mutilus est. Notatu digna invenimus:

1. (f. 216r-220r). [**Officium** S. Antonii.

Rubr. « In festo sancti Antonii ad Matut. invitatorium: Iam Xpum ». = **Lect. I.** *Inc.* In hyspaniis. *Des.* requiescit. = **Lect. II.** *Inc.* Ad cuius occidentalem. *Des.* imbuendum. = **Lect. III.** *Inc.* Qui dum post annos. *Des.* declaravit. = **Lect. IV.** *Inc.* Spretis. *Des.* perturbaret. = **Lect. V.** *Inc.* Peractis. *Des.* optinuit. = **Lect. VI.** *Inc.* Quo adoptatam. *Des.* cognovit. = **Lect. VII.** *Inc.* Verum etiam. *Des.* plenus esset. = **Lect. VIII.** *Inc.* Funditur interea. *Des.* vite panis. = **Lect. IX.** *Inc.* Quorum venerandus. *Des.* insonuit. = ℞℞. lectionum prout edidit P. Felder loc. cit. Lectiones huius codicis breviores adhuc sunt quam in **cod. n. 284**, *5,* quod etiam in sequentibus officiis S. Clarae et S. Francisci servatur.

In f. 219r *Rubr.* « Per ebdomadam lectiones ». *Inc.* Nam subito elevantis. *Des.* f. 220r. « importunitate sub ignoto felicius nomine declinaret ».

2. (f. 259v-265v). [**Officium** S. Clarae].

Rubr. « Clare virginis ant. Iam sancte ». = **Lect. I.** *Inc.* Venerabilis. *Des.* refulsit. = **Lect. II.** *Inc.* Nam cum mater. *Des.* mundum illustrabit. = **Lect. III.** *Inc.* Quo edocta. *Des.* clarere. = **Lect. IV.** *Inc.* Pietatis quidem. *Des.* pupillorum. = **Lect. V.** *Inc.* Sub vestibus. *Des.* commendabat. — **Lect. VI.** *Inc.* Suavibus. *Des.* sanctitatis. = **Lect. VII.** *Inc.* Audiens. *Des.* patefecit. = **Lect. VIII.** *Inc.* Suadente. *Des.* se committit. = **Lect. IX.** *Inc.* Igitur domo. *Des.* deduxerunt. = Sequuntur antiphonae, quae in Laudibus recitantur. In fine earum adest ant. quae in hodierno Breviario non invenitur, et in hunc modum profertur: « O virgo clarens vespere, preclaris clara meritis, liga perfecto federe, nos in amore Christi, da membra fore capitis et sensibus et moribus Iesu Christi, quem dilexisti ». Est ap. Felder, l. c. 166. = Lectiones ex Leg. Celan.

3. (f. 302r-306v). [**Officium** S. Francisci].

Rubr. « De Sancto Francisco. Regi que ». = **Lect. I.** *Inc.* Apparuit. *Des.* illustrem. = **Lect. II.** *Inc.* Hic nimirum. *Des.* thesauris. = **Lect. III.** *Inc.* Inerat. *Des.* amorem. = **Lect. IV.** *Inc.* In ipso. *Des.* pervenit. = **Lect. V.** *Inc.* Verum hic. *Des.* unctione. = **Lect. VI.** *Inc.* Corporeis. *Des.* vestiret. = **Lect. VII.** *Inc.* Nocte. *Des.* repromisit. = **Lect. VIII.** *Inc.* Ex tunc. *Des.* promeruit. = **Lect. IX.** *Inc.* Una quippe. *Des.* continere valetur. = Lect. ex Leg. min. S. Bonaventurae.

Cod. n. 460 membr. mill. 140×90, ff. non numer. 434 lineis plenis pereleganter scriptus prope finem saec. XV. Initiales litterae colore rubeo et caeruleo alternatim conficiuntur et aliquantulum sunt ornatae. Regulae pro Divini Officii ordinatione rubeo ubique atramento exaratae sunt. Corio ligatus et in dorso sequentem exhibet inscriptionem: *Breviar. sec. consuet.* | *Romanae Curiae.* In principio duo adsunt folia insiticia membr. et alia duo ad calcem; in medio vero nonnulla vacua remanent.

In fol. 1r adsunt benedictiones quae ante lectiones recitantur. Inter ff. 2r-7v invenitur **Kalendarium**, ubi festa Ord. Min. quae sequuntur adnotata sunt: « *Ianuarius*. III Kl. februarii. *Rubr*. officium pro defunctis fratribus et benefactoribus fit II.ª post LXX.ªm = *Februarius*. XIII Kl. Martii. Translatio sancti Antonii Ordinis Minorum. = *Madius*. XIII Kl. Iunii. Sancti Bernardini cf. ordinis Minorum. VIII Kl. Iun. Translatio Sancti Francisci. VI Kl. Iun. Octava Sancti Bernardini. = *Iunius*. Idus. Sancti Antonii conf. ordinis Minorum. XVIII Kl. Iul. *Rubr*. Sancti Antonii conf. ordinis Minorum. XI Kl. Iul. Sancti Antonii octava. = *Iulius*. XVII Kl. Aug. Canonizatio beati Patris Francisci. = *Augustus*. II idus Sancte Clare Virg. XIII Kl. Sept. Sancti Ludovici episcopi et conf. ord. Minorum. = *Octuber*. VI Non. Translatio Sancte Clare. IIII Non. Nativitas Sancti Francisci. V idus Octava Sancti Francisci. = *December*. VI idus. Conceptio Virginis Marie ».

In fol. 8r. *Rubr*. « Incipit ordo breviarii secundum consuetudinem romane curie in primo sabbato de Adventu ad vesperas capitulum ». — Margines pulcherrime ornantur imaginibus diversis coloribus.

Inter ff. 311v-312v officium Translationis S. Francisci, prout in **codd. nn. 231**, *5* et **284**, *4*.

In fol. 315r incipit Officium Sancti Antonii, cuius lectiones in hunc modum sunt divisae. = **Lect. I.** *Inc*. In hyspaniis. *Des*. requiescit. = **Lect. II.** *Inc*. Ad cuius. *Des*. imbuendum. = **Lect. III.** *Inc*. Qui dum post annos. *Des*. assumpsit. = **Lect. IV.** *Inc*. Ubi dum pacem. *Des*. non potuit. = **Lect. V.** *Inc*. Propellebat. *Des*. se munivit. = **Lect. VI.** *Inc*. Sicque factum. *Des*. immanis. = **Lect. VII.** *Inc*. Ubi et plurimis. *Des*. divulgatur. = **Lect. VIII.** *Inc*. Tunc ex auribus. *Des*. optineat. = **Lect. IX.** *Inc*. Felix ille. *Des*. abscondit.

In fol. 345v. incipit officium Sanctae Clarae. Lectiones desumptae fuerunt ex Legenda Celanensi incipiuntque « Venerabilis Christi sponsa ». = Divisio **Lect. I-VIII** prout n **cod. n. 459**, *2*. **Lect. IX** *Inc*. Iubet ex hoc. *Des*. passionis.

In f. 368r incipit Officium S. Francisci cum antiphonis et hymnis prout in **cod. n. 284**, *13*. **Lect. I-VI** dividuntur prout in **cod. n. 459**, *2*. = **Lect. VII.** *Inc*. Nocte vero. *Des*. monstravit. = **Lect. VIII.** *Inc*. Nec non visa *Des*. intenderet. = **Lect. IX.** Una quippe. *Des*. adureret. = In sex foliis subsequentibus lectiones pro octava producuntur ex Leg. Min. S. Bonaventurae excerptae, aliquatenus tamen abbreviatae.

In fol. 395v incipit Officium Transfigurationis Domini. Alia notatu digna in hoc codice non inveniuntur. Deest officium Sancti Bernardini et Sancti Ludovici episcopi, de quibus tantum fit memoria in Kalendario.

(Continuabitur).

Ad Claras Aquas (Quaracchi) die 13 Oct. 1908.

P. Athanasius López, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

Heribert Holzapfel, P. Dr. O. F. M. *Handbuch der Geschichte des Franziskanerordens.* — Freiburg im Breisgau, Herdersche Verlagshdlg 1909, in-8°, pp. XXII, 732. (9,50 Marc.).

Idem, *Manuale Historiae Ordinis Fratrum Minorum a* Dr. P. Heriberto Holzapfel, *Provinciae Bavariae O. F. M. alumno, compositum, ac latine redditum a* P. Gallo Haselbeck, *Provinciae Thuringiae O. F. M. filio.* — Friburgi Brisgoviae, ap. Herder, edit. pontif. 1909, in-8°, pp. XXII, 662. (12 Frc.).

Quia, recurrente septimo a fundato Ordine Fratrum Minorum per Seraphicum Patriarcham saeculo, neque possibile neque utile fuisset, maximae et gravissimae molis opus *Annalium Ord. Min.* refundere typis, ita tamen ut statim ad nostra usque tempora deduceretur voluminum magnorum series longa, unanimi omnium, et nostratum et exterorum plausu et assensu dignum certe erat experimentum atque tentamen, totius Ordinis Minoritici historiae conspectum, quamvis compendiosum, completum vero et tota septem saecula complectens, uno volumine in Fratrum manibus ponere. Compendium, aio, manuale, quod quisque, parvi temporis spatio, non solum pervolveret, sed etiam animo studioso et attento perlegeret, qui alias volumina ponderosa refugeret potius; manuale, quod, licet natura sua omnia principaliora perstringat breviter, singulisque inhaerere nequeat, tamen, quantum et pro ratione studiorum et temporis concessi fieri potuit, primitivis fontibus utatur, et modernorum investigationum de Ordine Minorum institutarum fructus carpat, eis nutriatur, legentibusque vetera atque nova largiatur. Istiusmodi librum manualem peropportunum, immo summe necessarium esse, dum tot undique de rebus gestis Ordinum Minoriticorum in dies effodiuntur, quis est qui infitietur? Maxime autem si auctor, rebus undique pensatis, id sibi constitutum habuit ac deliberatum, ut verax et honestus, sepositis penitus partium et personarum studiis, contempto quodammodo et superato illo quoque affectu, naturaliter insito, quo in ordinem *suum* ferebatur, veri solius perquirendi, inveniendi, profitendi cupiditate duceretur. Eodem animo, lector quilibet, veritatis amicus atque cultor, Manualis studio incumbat. Quot bona optima, quot praeclarissima facta, Ordinis totius, singulorumque fratrum aeterna memoria dignissima, occurrent tibi folia Manualis inspicienti! Non poterat vero auctor cuique Fratri aureolam affigere, historiae, verique legibus reclamitantibus; non licebat vel in Fratribus vel in aliis encomia ibi accumulare, ubi, — non utique Zoilus, sed aequus iudex — offenderat in res vituperandas, increpandasque. « Sanctus etenim Franciscus nihil magis odio habuit, quam hypocrisim, speciemque fictae simulationis » Porro, ait « insti-

tutio, quae criticam obiectivam et benevolam non sustinet, intime aegrotat ». Quanquam auctor Manuale, iubente Rev.mo P. Ministro Generali scripserit, rerum omnium, iudiciorum, dictorum, in se rationem et 'responsabilitatem' suscipit, quia 'officialia' nequaquam sunt, immo partim supremo Ordinis magistratui non probantur. VII (VII). Cf. quoque praevie dicta ap. AFH II, 363-4

Auctoris, Manuale scripturi, animo hoc insidebat *quoad res*, non ut seligendas et selectas (quia omnia tractare non poterat), facta, nominaque iuxta poneret, sed, omnibus perpensis et perlustratis, rerum inter se nexus intimos, genetice, uti nunc aiunt historici, proponeret, non dissertationes criticas etc. texens, neque polemicam agens in auctores anteriores.

Totum ergo *Compendium* in suo complexu consideremus et intuemur oportet; illudque intuentes, non possumus quin, — inspecto praesertim tempore concesso, ne trium quidem annorum — summa admiratione imbuamur, et afficiamur. Summam laboris indefesse completi pervidentes obstupescimus, miramur historiographi sagacitatem acutam, veracitatem ingenuam, eruditionem vastam et locupletem, elocutionem sobriam, claram, maxime pressam et strictam; summis encomiis digna sunt auctoris methodus et rerum singularum ordinatio, connexio et earum invicem inter se illustratio; investigationumque ad saeculum vigesimum usque laudamus perseverantem continuationem. — Omni in parte ac campo actionis, et evolutionis Ordinum S. Patriarchae Assisiensis, auctor ingenio suo claro et systematico, conspectum rerum proponit et evolvit perspicuum et dilucidum, atque aequitate neque ira ulla, neque partium ullo studio perturbata.

Quin hic particularibus involvamur, — ponentes, supponentesque Fratres, aliosque librum ipsum esse evoluturos — extremis lineamentis Manualis tenorem et partes describimus. Quod tres in libros discerpitur, non obstante titulo paulo arctius expresso, iuxta tres Ordines a S. P. Francisco Assisiate fundatos. Horum librorum primus, longe maior et principalior aliis 1-637 (1-574)(1) de *primo Ordine* S. Francisci agit; *secundus* 638-59 (575-93) de *Clarissis; tertius* 660-87 (594-617) de *Tertiariis*, tum saecularibus 660-73 (594-605), tum regularibus 674-87, (605-17). Qui duo ordines potius appendicum instar, quam brevissime describuntur; neque quispiam modo eorum historias, completas quadamtenus, in se suscipere potest conscribendas. Liber I, duas in periodos secatur divisione ordinis anno 1517 facta, ad quem annum usque prior epocha currit, 1-297 (1-266), secunda vero ad nostra usque tempora (rectius ad annum 1908 vel circa) deducitur. Adumbratis vita, influxu et regulis S. Patriarchae pauperum 1-21 (1-19), prosequitur auctor *historiam internam* ordinis, iuxta Ministrorum Generalium seriem, fata et facta generalia proponens, et — id quod plurimis gratissimum erit, quia intricatum hoc bene explicat. — Statutorum generalium, summatim variationes delineans, quod difficilius adhuc erat per saeculum XV, tempore contentionum Observantes inter et Conventuales, 21-156 (19-139). Caput II, 157-71 (139-52) de Provinciarum Ordinis ortu, progressu agit, varia statistica, uti nunc aiunt, praebens. — Cap. III, 171-205 (152-83) magnis curis collectum, *Constitutionem* Ordinis iuridicam propalat, de singulis eiusdem Ministris, deque Capitulis disceptans. Cap. IV, 206-298 (183-266) de « *influxu et industria* »

---

(1) Numeri uncis inclusi paginas *versionis latinae* denotant.

(seu actione) Ordinis, tres in partes dividitur iuxta 1°) Missionem internam Fratrum Minorum, (in genere, in servitio Sedis apostolicae, praedicatione, actione eorum sociali, de influxu in liturgiam, et relationes ad clerum) 206-41 (183-215), 2°) Missionem externam (diversis in regionibus infidelium) 241-68 (215-39), 3°) iuxta eorum merita in cultu litterarum, scientiarum, artium 268-298 (239-66).

Secunda pars libri primi, sive secunda epocha Ordinis, eodem prorsus modo quattuor capitulis expanditur. Patet autem huius partis pertractationem difficiliorem adhuc fuisse priore, quodcumque quattuor capitum consideraveris, ob rerum ipsarum amplitudinem, et quia magnae illae collectiones documentorum hic maximam partem deficiunt. '*Reformationes*' ordinis variae atque multiplices, nec ubique solo maioris perfectionis zelo inceptae, recte in Capitulo primo utriusque libri pertractantur. Habes secunda parte capitis IV, 241-68, 493-552 (217-39, 444-497), constrictum, sed utilissimum *Missionum* Ordinis conspectum. Hunc quis nobis abundanter critice mox evolvet? Cap. IV. § 110, 578-86 (520-27) de *historiographia* ordinis disceptat. Lugemus § 58, 287-94 (256-63) et § 109, 572-78 (515-20) non multo plura nomina *doctorum Fratrum* legi. Ast ipsi limites Manualis dirum iugum hic, alibique pluribus in locis, auctori imposuere qui, paragraphos istas « de *quibusdam* doctis... » inscripsit, et confitetur se saepius in seligendis nominibus cruciatum magnum persensisse.

Partis secundae in fine, absolutionis totius gratia, eodem modo, quaternis paragraphis Historiam Fratrum Minorum *Conventualium* (inde ab anno 1517), 589-609, (530-48) et Fratrum Minorum *Capuccinorum*, 609-37 (548-574) scripsit. Quae additamenta cuique legenti utilitati magnae certe erunt.

Absoluta sic re sibi proposita, auctor eruditissimus, memor proculdubio laborum, quos exantlaverat magnos, variosque, ut aliis laborum, temporisque compendium benevolus faceret, adiicere statuit laudabilissime: *Tabulas chronologicas* 688-710 (619-39) 1°) Ministrorum Glium O. F. M. 2°) Capitulorum Glium O. F. M. 3°) Vicariorum et Capitulorum Glium Observantium (1415-1516); 4°) Commissariorum et Capitulorum Glium utriusque familiae Obs. 1517-38. 5°) Magistrorum resp. Ministrorum et Capitulorum Generalium O. F. M. Conventualium, et 6°) O. F. M. Capuccinorum; 7°-9° Cardinalium Protectorum dictorum Ordinum, 10°) Summorum Pontificum 1198-1908, et tandem 11°) Omnium Sanctorum et Beatorum Trium Ordinum S. P. Francisci. — Demum absolvitur Opus, condensissimum et gravissimum, indice copioso.

Quodsi in partium totius complexione Manuale istud, quod aliis eiusdem generis longissime antecellit, summisque laudibus dignum est, neque auctor, nec ullus rei peritus censet illud ubique omnibus penitus numeris absolutum et emendatissimum. Ipse P. Heribertus, opus suum « primum tentamen » nominat VII (VI) pluresque quaestiones et partes libri indicat, ubi plura adhuc reficienda, mutanda, requirenda, investiganda, novaque documenta sunt effodienda, VIII, XI (VII, X). Pluribus in locis, pro fontibus primigeniis, qui deficiebant auctori necessitate adacto, recurrendum erat ad libros, nec summi valoris, nec satis spectatae fidei. Existentia ipsa et prosecutio *Archivi franc. hist.*, quantum adhuc et fodiendum et laborandum sit, clare demonstrat. Non deerit tamen forsan quispiam, qui, rei historicae parum gnarus, opinetur omnium prorsus quaestionum solutionem ultimam atque perpetuo decisivam, immo tot particularissimarum rerum discussiones apud *Manuale* inveniri, ibique eas quaerat, sed frustra, ipso invito et renuente eius auctore!

Desistat talis a Manuali sic evolvendo. Porro vix melius ac consultius ageret alius, qui, res sibi minus grate in eo sonantes, sed documentorum ope dictas, nescio quibusnam phrasibus generalibus et indignabundis improperare, — ne dicam refellere, — vellet. Aliquando enim durum verum, sed verum. Absistat et iste a modo agendi, virum gravem et doctum minime decente. Animadvertit etiam Auctor X (X), qui praecise et presse admodum scripsit, Compendium suum non perfici ab eo, qui immensa verborum latitudine et copiosissimarum phrasium ambagibus, centum paginis ea longe atque latissime proponere velit, quae ipse auctor quinque in paginas multo labore et studio compressit.

Quibus, iustitiae et veri causa dictis, ad aliqua descendamus oportet, quin *omnia* istic proponamus, quibus album calculum adicere nolimus. Quae v. gr. P. Dr. Heribertus de Ioachimismo tanquam charactere fundamentali et discrimine, licet dubius, Spiritualium proloquitur § 8, 41 (35) minus nobis probantur, cum Spirituales modum suum agendi de facto et de iure in textibus legalibus posuerint, quibus utique doctrinae Ioachim abbatis celeberrimi quasi maiorem vim affunderent. Caeterum prima in parte, ob quaestiones quasdam, in quibus vitam, ut ita dicamus, fortunasque suas aliquando positas putant multi, controversiis sed doctorum more discutiendis, — solis enim istiusmodi attendendum utique erit — patet adhuc campus. — Cum auctor in appendicibus dies, et menses 689 ss. (663 ss.) indicaverit, vellemus eum et hoc longe saepius fecisse, in libri corpore, praecipue ubi de bullis papalibus agitur. — Bibliographia particularis, si aliquibus in locis locupletior fuisset, nostratibus, qui plerumque magnis repertoriis bibliographicis, ad quos, brevitatis ergo, remittit auctor carent, multam afferret utilitatem. Abnuere nolumus in *Manuali* semper delectum et selectionem fiendam esse. — Pro Constitutionibus Perpinianensibus, 78 (70), dum auctor scriberet ignotis, cf. AFH II, 269 ss. 460 ss. Item pro anno Capituli Glis Patavini 45 (40), quem correxit tamen 693 (623) cf. AFH II, 1 ss. — Ad 61 (54) cf. l. c. H, 158 ss. In paragraphis gloriosis, ubi de lucta strenua O. F. M. contra Pseudo-Reformatores saec. XVI agit 461 ss (415 ss.) pro *Ludovico* lege *Ludolpho* Naamann 470 (424). — Inter praedicatores italos saeculi XIX non praetermittendus erat 493 (478), Iulius Arrigoni, archiepiscopus Lucensis (1849-1875) O. F. M. orator praeclarus. — P. Marc. a Civetia Historiam Missionum O. F. M. suscepit, iubente R.mo Min. Gli Bernardino de Montefranco, non R.mo P. Bernardino de Portu Romatino, 585 (527). — Alphonsus de Spina, hebraeus conversus dici nequit, testante tenore ipsius *Fortalitii fidei* 291 (260). — Auctori in bibliographia delectum parcum facienti reprobare vix licet, se hoc vel illud opus praetermisisse, attamen v. gr. editionem Commentarii Iohannis de Serravalle indicare poterat 296 (265); et 485 (436) v. gr. addere Thaddeus [Hermans], *The Franciscans in England* (1600-1850), London 1898; 493 not. 1 (444 n. 2) edit. ital. indicare: *Vita del Ven. P. Leop. da Gaiche*, Bologna, 1872 etc. etc. Pag. 217 (193) lege: Bonav. de Iseo pro Iesi (Aesinus); et Boccabadati, (Salimbene eum vocat: Gerardus de Buccabadhatis de Mutina); R[a]inaldus de Aretio. — Auctor vero continue interea exercetur ad palum. In promptu proculdubio erit, paratusque responsa dare atque, si inde veri cognitio aliqua in quaestione promoveatur, certamen inire cum eo, qui acie, doctaque methodo, a se dicta aggredi ordinata vellet disceptatione solis rationum ponderibus gravi, et documentorum fide conserta.

Ad versionem *latinam* quod spectat, fatendum et laudandum, quod fidelissima sit, accurate omnes auctoris et operis primigenii, conceptus

reddens. Interpres consulto orationis, quam dicunt classicam, elegantiam negligens et devitans, in hoc praecipue incumbebat, ut fida et exacta ubique inveniretur. Quoniam auctor libri stylo et methodo penitus moderno recte usus fuerat, versionis latinae difficultatem auxit saepius, et interpretatio quandoque rarius scriptorum praestantissimorum dicta et modos, sine detrimento, (immo commodo plurium lectorum, qui facilius scopulis istiusmodi impediuntur), poterat adhibere.

Saecula atque epochas Ordinis, dum attento oculo, duce isto auctore peragrabis, lector amice, pervidebis quoque, quomodo varietates, differentiae et divisiones in S. Patriarchae Assis. instituta optima invectae fuerint, quibus quandoque viis, mediis atque modis, partes, familiae etc. in eis orsae sint, quaeque Ordo unitus et uniformis melius praestare potuerit, possitque. Sic, perlecta Manualis expositio historica erit et ipsa, ut Marci Tullii verbis utar, ' testis temporum, lux veritatis, magistra vitae '.

Optimum, splendidum atque proficuum exenium Ordini, FF. MM. ab incunabulis suis saeculo septies modo expleto, isto libro parari fecit Ordinis supremus moderator, atque auctor doctissimus dedicat, datque quanquam « multis inopinato forsitan acciderit, quod tanta sinceritate merita optima Ordinis S. P. Francisci propalans, defectus et languores non cooperiat neque praetermittat. Sic Ordini Fratrum Minorum tribuendus est honos, primam omnium societatum religiosarum propriam scripsisse historiam, modo qui convenit statui scientiarum moderno ». Te vero, assiduum *Archivi* lectorem et collaboratorem clamem, ut grate tollas, attente legas, et ubi opus fuerit, recto modo et docto, emendes, perficiasque!

Ad Claras Aquas, 16 Aprilis 1909. **P. Michael Bihl** O. F. M.

The Catholic Encyclopedia. *An international work of reference on the Constitution, Doctrine Discipline and History of the Catholic Church*, New York, Robert Appleton Company. — In 8° max. III vol. [1908] XIV, pp. 799 (*Brow-Clancy*); IV vol. [1908] XVI, pp. 799 (*Clan-Dio.*).

Encyclopaediae huius catholicae, vastae atque locupletis quoad materias pertractatas, splendidae et praecellentis, si artis typographicae perfectionem inspexeris, anno praeterlapso duo alia volumina prodiere. Eadem atque in duobus tomis prioribus ibi methodus, (cf. AFH I, 452-4), ut quaedam discussiones optimo et peritissimo calamo exaratae, monographiarum, uti nunc dicunt, speciem prae se ferant. Legito v. gr. quae sub vocabulo « *Byzantine* » de BYZANTINA *architectura* III, 94-5, de byz. *Arte* 95-6, de byz. *imperio* 96-113, de byz. *litteratura* 113-24, edisseruntur ab auctoribus variis, quarumlibet rerum peritissimis. Perlege Dissertationes de CALENDARIIS *christiano* 158-66, *hebraeo* 166-8, et *romano* 168-9; de CALIFORNIA 170-83, CANADA 227-42, de CANONE MISSAE 255-67, de CANONE SS. LIBRORUM 267-9, de collectionibus CANONUM antiquorum 281-88, de CARDINALIBUS 333-43; de ordine CARMELITARUM 354-70, de CARTUSIANIS 388-92, de CATACUMBIS 417-27, de ritu *celtico* 493-504, de CHARITATE (practica in S. Ecclesia et Congregationibus charitatis) 593-610, de CHINA 663-688, de CHRONOLOGIA 731-42, de ECCLESIA (theologice *Church*) 744-61, de CISTERCIENSIBUS 780-91. — Evolventi tibi volumen IV occurrent praesertim discussiones de CHRIST. COLUMBO 140-9; de CONCORDATIS 196-206; de CONGO 228-38; de ' CONGRESSIBUS ' catholicorum variis in regionibus 242-51; de CONSTANTINOPOLI, 301-20 (de *urbe* 301-8, de *Conciliis*

CPolitanis 308-12; de *ritu* CPolitano 312-20); de « ANTI-REFORMATIONE » (*Counter reformation*) i. e. de catholica religione reflorente ann. c. 1560-1648; de CRITICISMO 491-506, (biblico 491-7, textuali 497-503, et historico 503-9); de S. CRUCE, 517-39 (de Crucis *Archaeologia* 517-29, cultu, et qua obiectum est devotionis 529-33, de S. Cr. in *Liturgia* etc. etc.

*** Le *Directoire spirituel des Tertiaires de Saint-François,* par le R. P. Eugène d'Oisy O. M. Cap. dont la deuxième édition parut en 1905, (Paris, Toussielgue, in-24°, pp. 522), a été accueilli avec une faveur extraordinaire, non seulement en France mais aussi à l'étranger et jusqu'en Amérique. (Voir ici, pag. 521, 527). Le *Directoire* fait vraiment connaître d'une manière claire pour tous, lumineuse et pratique, ce qu'est le Tiers-Ordre et ce que doit être la vie des Tertiaires. Les notices historiques précises et bien mises y sont nombreuses.

*** M. Gaston Lefèvre, vient de traduire en français le célèbre livre du Prof. Henry Thode de Heidelberg sur *Saint François d'Assise et les Origines de l'art de la renaissance en Italie.* Paris, Laurens, 1909, 2 vols in-8°. Du gros volume allemand le traducteur en a fait deux dans sa version qui suit d'ailleurs de près l'original allemand.

*** Un comité s'est formé à Saint-Brieuc pour publier les *actes du procès de Canonisation du Bx.* Charles de Blois, duc de Bretagne et tertiaire de St. François, tué à la bataille d'Auray, le 29 septembre 1364. Il avait été toute sa vie un ami dévoué de l'ordre de S. François. Son

corps qui reposait au couvent des Frères Mineurs de Guincamp, fut transporté au nouveaux monastère de Notre-Dame de Grâce, bâti après la destruction du précédent en 1591. Cinq ans après sa mort l'an. 1369, Urbain V ordonna d'ouvrir une enquête en vue de sa canonisation. Elle fut terminée à Angers, en 1371, grâce au zèle de Fr. Raoul de Kerguyniou, des Franciscains de Guincamp. Près de deux cents temoins furent entendus; leurs dépositions, non encore publiées intégralement, forment une source abondante de renseignements sur l'histoire, au XIVe siècle, de France et d'Angleterre. La Cause du Bienheureux interrompue en cour de Rome, fut enfin reprise en 1892, et le 14 décembre 1904 un décret du Saint-Siège sanctionna la légitimité du culte immémorial rendu au Bx. Charles de Blois. Les monuments originaux du Procès de canonisation formeront un volume gr. in-8° d'un millier de pages. Le prix de la souscription est fixé à 30 francs. Elle ne deviendra cependant définitive, qu'autant que le nombre des souscripteurs acquis permettra d'entreprendre l'ouvrage. Le prix ne sera payable qu'après réception de l'ouvrage. On peut adresser les souscriptions à M. R. Prud'homme, libraire, editeur pontifical, à Saint-Brieux (Côtes-du-Nord), France.

SUISSE. — Ayant parlé plus haut p. 528ss. de plusieurs publications à l'usage des Tertiaires, nous notons ici quelques pieux manuels allemands composés dans le même but. Le *Regelbüchlein für die in der Welt lebenden Mitglieder des Drittenordens des seraphischen Vaters Franziskus von* P. Leonardus a Clivia O. M. Cap. Einsiedeln, Benziger, in-24°, pp. 644, contenant, outre les Biographies de St. François et des Saints du Tiers-Ordre, des prières etc. à l'usage des Tertiaires. Remarquons p. ex. que les Martyrs de Ceuta succombèrent en 1227, et non pas en 1221, et que Ste Elisabeth de Thuringe n'est pas morte le 19, mais le 17 novembre (p. 259). — Les deux petits manuels publiés par le R. P. Rufin Steimer O. Cap. *Franziscus-Büchlein,* ibidem 1902, in-24°, pp. 240; et *Heiliger Vater Franziscus bitt für uns,* ibidem 1902, in-24° pp. 352 se ressemblent beaucoup, et même trop, nous paraît-il. Les vies de St. François qu'ils contiennent, ne sont pas mieux mises à jour que celle de l'*Antonius-Büchlein* publié par le même, ibidem, (s. d.) in-24°, pp. 222, 2e édition, et celle de l'opuscule *Heiliger Antonius von Padua, bitt für uns,* ibid. (s. d.) in-16°, pp. 240, 6e édit. publiée par un anonyme. Cependant le R. P. Rufin Steimer a bien fait de republier, en le modernisant, le livre du P. Laurent Mirant O. Cap. *Seraphische Geistesblumen. Religiöse Erwägungen und Andachten* von P. Laurentius Mirant, ibidem 1908, in-24° pp. 259. Le P. Laur. Mirant (anagramme de Martin), est né à Schnifis près de Feldkirch en 1633. D'abord berger et ensuite acteur à Vienne et à Innsbruck, où il se fit aussi remarquer pour son talent poétique, il entra chez les Capucins en 1665, et mourut à Constance le 7 janvier 1702. Le présent livre qui repose sur l'édition de 1775, portait d'abord le litre plus poétique de « *Vielfarbige Himmelstulipan* ». **P. Michael Bihl** O. F. M.

III. — Chronica Minoritica.

De duorum Fratrum Minorum in physice nuper inventis. — Quae omnes fere Ephemerides proxime prolapsis mensibus annuntiaverunt et magnis laudibus prosecutae sunt, liceat nobis quoque hic breviter referre. — R. P. Hadrianus D'Antonio O. F. M., Provinciae Aprutiensis filius, novam instruxit machinam curribus in viis ferratis vapore ductis aptandam, qua fit ut, alii in alios uno eodemque tramite discurrentes et iam collisuri, automatice congruo tempore et interiecto spatio

consistere cogantur. Haec machina, cuius virtus undis, quas *Hertzianas* nuncupant, innititur, quaeque in omnibus et solis collisionum periculis apta est ad agendum, ab inventore « *Radio-para-scontri-ferroviari* » appellata est. — Recentius idem ingeniosus Pater duas alias machinas ad naves tum in mari, tum in aëre propulsandas invenit et in eis construendis nunc totus incumbit, quae, ut ipse asserit, earum celeritati et simplicitati, nova omnino ratione et via, potissime favebunt.

De R. P. Atthone Maccioni O. F. M., Provinciae S. Bonaventurae in Thuscia alumno, alias verbum fecimus (AFM II, 168), quod ipse in Conventu FF. Min., Observantiae dicto, apud Senas, magno studio et laude directionem obtineat speculae terraemotibus indicandis et investigandis inibi erectae. Is igitur die 11 Aprilis 1909 primum feliciter experimentum fecit cuiusdam instrumenti a se inventi, quod indicet motus terrae antequam sensibiliter ab hominibus percipiantur et revera eveniant. Novum hoc *scismoscopum*, ut communi verbo utamur, quod vim repetit ab undis *electro-magneticis*, ab ipso Patre detectis, terrae motum, cuius epicentrum fuit 22 a Senis milliaria, praenuntiavit quattuor horae minutis priusquam alia scismographa eum indicarent.

Pergant ingeniosissimi Patres, omnium, quibus scientia et progressus humani generis cordi est, plausu et favore suffulti, in studiis et laboribus constantes, quibus hominum conditio prosperatur et defenditur!

*** A. R. P. Augustinus Gemelli O. F. M., Provinciae Mediolanensis alumnus, in Medicina Doctor, quem omnes norunt permagna in philosophicis et physiologicis scientiis pollere doctrina et auctoritate, una cum nonnullis ex doctissimis atque impigerrimis Italiae Catholicis, novum edere instituit Commentarium periodicum de Philosophia, quam Neo-Scholasticam vocant, agentem, cui titulus: « *Rivista di Filosofia Neo-Scolastica*, publicata da un gruppo di studiosi, Firenze, Libreria edit. fior. ». In Commentario redigendo, P. A. Gemelli unus est a secretis. Duo iam fasciculi prodierunt, qui Commentarium primam frontem tenere inter similes in Italia demonstrant. Cum autem illius propositum a nostro sit alienum, minutiora adiungere vetamur; sit tamen fas nobis cl.mo Patri et sociis bene ominari, votaque promere, ut Scholastica Franciscana in eorum studiis haud neglecta remaneat.

*** R. P. Joseph Brunelli O. F. M., Romanae Provinciae filius, Sacrae Theologiae Lector Jubilatus, et actualis Philosophiae Moralis in Collegio S. Antonii de Urbe, die 7 Aprilis 1909, in aedibus Rmi Magistri Sacri Palatii apud Vaticanum, qua membrum Pontificiae Accademiae Romanae laurea theologica *ad honorem cum iure praelationis ad obtinendas Cathedras* insignitus est.

A). — *Acta Ord. Min. Capuccinorum.*

Redeat memoria ad Ecc. **Bernardum Christen ab Andermatt**, lumen et patrem Ord. Min. Cap, recenter e vivis sublatum; et in nostro quoque Commentario eius illustris et probatissimae vitae acta praecipua signentur. — Andermatt in Helvetia, in oppido Ursariae vallis capite, die 23 Iulii 1837 ex humilibus quidem, sed piis sedulisque parentibus ortum habuit. In patriis scholis, quibus Patres Capuccini praeficiuntur, primis litterarum elementis imbutus, anno 1855 die 8 Octobris, in Conventu PP. Capucc. apud Lucernam habitum seraphicum induit, et eodem sequentis anni die solemnem emisit professionem. Solidori, Suitii, deinde Tugii studiis philosophiae et theologiae tanto profectu incubuit, ut sacerdotio initiatus d. 29 Iulii 1860 et statim ad concionandi munus

addictus, anno 1862 in publico examine a Gubernio omnibus sacerdotibus curam animarum exercentibus praescripto, maximam laudem obtineret. Hinc Lector Philosophiae primum, dein Theologiae institutus, annos 1865-74 Novitiorum regimini Magister praeficitur, quin ipse curam et zelum animarum praetermitteret; et annis 1874-9, Guardianus et Concionator in urbe Solidorum, luctae, quam vocabant pro Cultura (Kulturkampf) ibi acerbius grassanti, fortiter restitit, pluresque conventus a suppressione liberavit, benedictionem illius populi in aeternum sibi promerens. Iam anno 1876 Definitor, et 1879 Minister Provincialis electus, tanta regularis vitae zeli, dexteritatis et fortitudinis in regimine experimenta dederat, ut unus a superioribus haberetur dignus, qui Commissarius praeficeretur Provinciae S. Fidelis in Ticino, a magnis temporis augustiis, quibus ad interitum premebatur, sublevandae. At Deus ad maiora eum reservabat. In Capitulo Generali Romae habito die 9 Maii 1884, primo Definitor, ac statim Minister Generalis creatus est, quo munere toti Ordini Capuccinorum usque ad annum 1908, idest per continuos 24 annos, non minus praefuit quam profuit. Eius scripta, acta, labores perpessos, visitationes ad Provincias et Missiones Ordinis non semel peractas, ad profectum Religionis sibi commissae continue promovendum et revera obtentum, quae omnia hic referre longum est, invenies in Collectione *Analectorum* Ordinis, quae ipse an. 1885 inchoavit et nunc eius benemerentiae in Ordinem Cap. perenne monumentum exstant. Historiae Seraphicae et Ord. Cap. fervens cultor, eius studium inter suos instanter promovit; idemque nonnulla reliquit fragmenta inedita, de origine familiae Fr. Capucc., circa quam speciales inquisitiones postremo inceperat. Apud. *Anal. Ord. Min. Cap.* XX, 1904, 106-9 *Monitum* R.mi Ministri Glis (12 Mart. 1904) habes, quo exhortatur ad Historiam Missionum Ord. Cap. scribendam; aliudque, 15 Dec. 1904, quo ordinatur, ut Moderatores Provinciarum « suae quisque Provinciae historiam exarandam aut ad minimum necessarias ad hoc materias congerendas curare studeant » l. c. XXI, 1905, 15). Nota est eiusdem R.mi P. Biographia S. Francisci: *Leben des heiligen Franciscus von Assisi*, Innsbruck 1899, cuius editio II^a ibidem prodiit an. 1902, 1 vol. in-8°; versio autem italica: *Vita di S. Francesco, prima versione italiana sulla seconda tedesca....* dal Prof. Giov. Cattaneo, ibid. 1902, 1 vol. in-8°; et versio gallica: *Saint François d'Assise, deuxième edition traduite par un Tertiaire de St. François*, Paris [1902]. Generalatus munere tandem absolutus et die 14 Iunii 1908 Archiepiscopus Stauropolitanus consecratus, in patriae montes se recepit, ut tot laboribus debilitatas vires reficeret. At paulo post diro morbo correptus, quem patientissime toleravit, omnibus morientium Sacramentis refectus, meritissimam animam Deo efflavit, Ingenbohl, die 11 Martii 1909; eiusque corpus, ut ipse petierat, inter fratres suos in Conventu Lucernensi conditum est. — Sanctissimi Praesulis memoria in exemplum et benedictionem, aeque ac apud suos, apud nos quoque non peritura maneat. (Ex *Analectis Ord. Min. Capuccinorum*).

Oratio, quam in eius sacris funebriis A. R. P. Stephanus Ignudi Ord. Min. Conv. Segretarius Generalis habuit (Cf. AFH II, 366s), typis prodiit « Roma, Tip. Eredi Cav. A. Befani, 1909 » cf. AFH II, 536. — Cf. etiam [P. Eduardus Alenconiensis] *Stauropolis, Metropolis Cariae*, Romae 1908, in-8°, p. 16, opus ipso Ecc.mo Archiepiscopo dicatum, in quo clar. Auctor, paucis de illa civitate praemissis, seriem instaurat episcoporum, quorum exstat memoria, illius antiquae Metropolis. **Directio Periodici.**

LIBRI RECENTER AD NOS MISSI

Quorum praecipui in *Bibliographia* huius Periodici accurate discutientur.

Historia Franciscana.

Anonymus, O. F. M. — *La Provincia francescana di Genova.* Accenni storici. Genova, tipogr. Serafino e Ferrando, 1909. In-4°, pp. 15 e 7 tavole.

» » — *Discursos pronunciados en la velada literario-musical... del sexto centenario del Ven. P. Iuan Duns Escoto.* Buenos Aires 1908, In-8°, pp. 51.

Böhlen, Hippolytus, O. F. M. — *Die Franziskanermissionen von der Gründung des Ordens bis auf unsere Fage.* Fulda, Kloster Frauenberg, 1909. In-8°, pp. 37.

Bruzzone, Michele. — *Il Monte di Pietà di Genova (1483-1810). Cenni Storici.* In « Atti della Società Ligure di Storia Patria, Vol. XLI ». Genova, 1908. In-4°, pp. XV-250.

Buchberger, Mich. — *Kirchliches Handlexikon.* München, Allgemeine Verlags-Gesellschaft. 1909. Fasc. 23-34.

Coletti, Clemente, O. F. M. — *Monografia del B. Bernardino da Fossa, con cenni storici sulla Vita di alcuni altri dello stesso paese.* Torino, Tipogr. Pontificia, 1909. In-16°, pp. 63.

Frati, Lodovico. — *Indice dei Codici latini conservati nella R. Biblioteca Universitaria di Bologna.* (Estratto dagli « *Studi italiani di Filologia classica,* Vol. XVI-XVII »). Firenze, Successori B. Seeber, 1909. In-8°, pp. 101-603.

Galloni, P. — *Sacro Monte di Varallo.* [Atti di Fondazione. B. Caimi Fondatore]. Varallo, Tip. Camaschella 8 Zanfa, 1909. In-8°, p. 84. — L. 1.25.

Joergensen, Iohannes. — *Saint François d'Assise. Sa vie et son aeuvre, traduits du danois avec l'autorisation de l'auteur par* Teodore de Wyzewa. Paris, Perrin, Librairie Académique, 1909. In-12°, pp. CII-536. — Fr. 5.

Picconi, Hyacinthus, O. F. M. — *De antiquitate Minoriticae Provinciae Bononiae.* Disputatio historica. Parmae, Tip. SS. Annuntiationis, 1909. In-8°, p. 14 con figura.

P. von Loë und B. M. Reichert, O. Praed. — *Quellen und Forschungen zur Geschichte des Dominikanerordens in Deutschland,* Heft II n. III: Iohannes Meyer, O. Praed. *Buch der Reformacio Predigerordens* Leipzig, Harrassowitz, 1908. In-8°, pp. XXIV-111 et VI-167.

Schlager, Patritius, O. F. M. = *Geschichte der kölnischen Franziskaner-Ordenprovinz während des Reformationszeitalters, nach meist ungedruckten Quellen.* Regensburg, Verlagsanstalt, vorm. G. J. Manz. 1909. In-8°, pp. VIII-319.

Sevesi, Paulus Maria, O. F. M. — *Almae Minoriticae Provinciae Mediodiolanensis (seu Lombardiae) Primordia.* Brevis historica discussio. Genova, Tip. Serafino Ferrando, 1909. In-8° grande, p. 24.

Tenneroni, Annibale. — *Inizii di antiche poesie italiane religiose e morali con prospetto dei codici che le contengono e Introduzione alle Laudi spirituali.* — Firenze, Leo S. Olschki, 1909. In-8° grande, pp. XXI-274.

Varia.

Anonymus. — A. D. JEAN RUSBROCH ou de Ruysbroeck, *Vie et Gestes, suivis de son livre très parfait des Sept Degrès de l'Amour;* traduction littérale du Latin en Français. Paris, R. Chamonal, 1909. In-24°, pp. 7 et 130.

Catalani, TOMMASO, O. F. M. — *Sposi e Genitori.* (La famiglia). Firenze, Libreria editrice fiorentina, 1908. In-12°, pp. 135. — L. 1,50.

Gemelli, Dott. AGOSTINO, O. F. M. — *Il problema igienico nelle Chiese,* IIª ediz. riveduta e notevolmente accresciuta. Firenze libreria editrice fiorentina, 1909. In-8°, pp. 56.

» » — *Vitalismo o Meccanicismo?* Considerazioni sui nuovi problemi della biologia sperimentale. (Estr. dalla « *Rivista di Fisica, Matematica e Scienze naturali.* An. IX, 1908, N° 108 »). Pavia, Pr. Tip. Succ. Fratelli Fusi, 1908. In-8°, pp. 48.

» » — *Vitalismo o Meccanicismo?* Considerazioni sui recenti progressi della chimica organica, in rapporto con il problema della natura della vita (Estr. da: « *La scuola cattolica,* 1908 »). Monza, Tipogr. ed. Artigianelli, 1909. In-8°, pp. 15.

» » — *Le funzioni dell' iposifisi e la dottrina degli organi rudimentali.* Autoriassunto. (Estr. dai « *Commentari dell' Ateneo di Brescia* [1908] »). [Brescia, Tip. Editrice Apollonio, 1908]. In-8°, pp. 22.

» » — *Ulteriore contributo alla fisiologia dell'iposifisi cerebrale.* Memoria. (Estr. dalle « *Memorie della Pont. Accad. Romana dei Nuovi Lincei,* vol. XXVI ») Roma, Tip. Pont. dell' Istituto Pio IX, 1908. In-8° gran., pp. 37 con 4 fig.

» » — *Idem* (Extr. ex « *Folia neuro-biologica,* Band II, 1908 »). Leipzig. 1908. In-8°, pp. 167-196.

» » — *Le guarigioni di Lourdes dinnanzi alla scienza.* (Estr. da « *La Scuola Cattolica,* 1908 »). Monza, Tip. Artigianelli, 1908. In-8° pp. 20 con figg.

» » — *Contributo alla conoscenza della distribuzione dei nervi e delle terminazioni nervose della membrana del timpano.* Comunicazione alla Soc. Milanese di Medicina e Biologia (Estr. dagli « *Atti della Soc. Ital. di Scienze naturali.* Vol. XLVII »). Pavia, Tip. Fratelli Fusi, 1908. In-8°, pp. 7.

» » — *Idem* (Estr. dalla « *Rivista di Fisica, Matematica e Scienze Naturali,* 1908 ») Ibid. In-8°, pp. 7.

» » — *Les nerfs et les terminaisons nerveuses de la membrane du tympan,* (Extr. de la « *Cellule,* t. XXV. 1er fasc. »). Louvain, [1909]. In-8°, pp. 14 avec figure.

» » — *Le fondement biologique de la Psycologie.* Notes critiques. (Extr. de la « *Revue Neo-Scolastique* 1908 ») Louvain, Institut Superieur de Philosophie, 1908. In-8°, pp. 49.

Giusto, EGIDIO, O. M. Conv. — *Chi fu veramente l' Architetto della Basilica superiore di S. Francesco in Assisi.* Studio Critico-Storico (Estr. dagli « *Atti dell' Accad. Properziana del Subasio* » Vol. III, 1909, N° 1 »). Assisi, Tip. Metastasio, 1909. In-8°, pp. 30.

Ignudi, P. STEFANO, O. M. Conv. — *Nei solenni suffragi di Settima per l'anima di Mons. Bernardo Christen già Ministro Generale de' Fr. Min. Capp. Arcivescovo titolare di Stauropoli, Orazione detta il 18 Marzo 1909 nella Chiesa della SS. Concezione in Roma.* — Roma, Tip. Eredi Cav. A. Befani, 1909. In-8°, pp. 18.

Romeis, CAPISTRAN, O. F. M. Dr. Theol. — *Das Heil des Christen ausserhalb der wahren Kirche nach der Lehre des hl. Augustin.* Paderborn, Ferd. Schöningh. 1908. In-8°, pp. 155. (in collect.: *Forschungen zur christlichen Literatur- und Dogmengeschichte, herausg. von Dr. A. Ehrhard und Dr. J. P. Kirsch.* vol. VIII fasc. 4).

Schmoll, POLYKARP, O. F. M. — *Die Busslehre der Frühscholastik. Eine dogmengeschichtliche Untersuchung.* München, J. J. Lentner, 1909. In-8°, pp. XVI 158. (in coll.: *Veröffentlichungen aus dem kirchenhistorischen Seminar München,* III ser. fasc. 5).

De licentia Ecclesiastica et Superiorum Ordinis.

DISCUSSIONES

QUO ANNO ET DIE
B. MARCUS FANTUTIUS DE BONONIA OBIERIT

Gesta B. Marci, quarti Observantium Vicarii Generalis, apud plurimos, qui de eo agunt, scriptores perlegentem, gravis et adhuc sub iudice offendit discordia circa diem et annum, quibus Beatus Placentiae e vivis sublatus sit. Ipsi enim in tres partes, sibi invicem toto caelo discrepantes, scinduntur; quarum prima annum 1471 exhibet, altera 1478, tertia annum 1479 defendit. Dissensio autem circa diem obitus inde multiplicior evadit, cum ex una parte dies a statuto anno dependeat, ex altera in ipsis validioribus documentis vel incerte vel corrupte assignetur. Quare primum de anno mihi est quaestio tractanda.

Sententiam primam ducere videtur Sigonius (1), quem sequuntur P. Vincentius Spartiati (2), Sarti (3), Aurelius de Antiis (4), Dolfi (5), Io. Franciscus Negri (6) aliique; sed ea manifeste et prima fronte inconsulta apparet, atque forsan et simpliciter ex errata últimi numeri lectione a quodam imperito rerum nostrarum deducta, cum certissimis documentis constet, toto anno 1471, usque ad partem sequentis, B. Marcum in officio Vicariatus Generalis tertio permansisse, et postea per plures adhuc annos pro Observantia firmius

(1) Notitiam haurio ex G. B. Melloni infra citando, qui quemdam *Catalogum Sanctorum et Beatorum Bononiensium* Sigonio adscribit, inter huius *Opera omnia* tamen non insertum (Cf. Sigonii, *Opera omnia... edita et inedita,* Vol. 6 in-f°, Mediolani 1782-7). Hic Catalogus pluries editus et emendatus, idem esse videtur ac qui exstat in *Diario Bolognese Ecclesiastico e Civile,* Bologna, della Volpe, 1770, ubi, p. 13, errore duplicato, annus emortualis B. Marci *1411* assignatur. Sed iam hic error apud Riccioli, qui eodem fonte est usus, invenitur: *Chronologia reformata,* IV, Bononiae 1661, p. 259.

(2) Ap. *Annales Bononienses* Fr. Hieronymi de Bursellis: *Rerum Italicarum Scriptores,* Tom. 23, Mediolani 1733, col. 899.

(3) Luigi Sarti, *Thesoro delle Indulgenze di Bologna,* Bologna 1588, p. 480.

(4) Aurelio degli Anzi, *Bologna sacra,* Bologna 1680, p. 118.

(5) Pompeo Scipione Dolfi, *Cronologia delle Famiglie Nobili di Bologna,* Bologna 1670, p. 300.

(6) Gian Franc. Negri, *Annali di Bologna,* MS. ap. Bibliothecam Universitatis Bonon. Tom. VI, Part. II, sub anno 1471.

stabilienda strenuos et acres sustinuisse labores (1). — Secundam, scil. annum 1478, tenent Fr. Ioannes de Komorowo (2) Waddingus (3), et huius pedissequi Haroldus (4), Reineccius (5), Fr. Fernandus a Bononia (6), Fr. Benedictus Mazzara (7) etc.; magna hi quidem suffulti auctoritate. Scribit enim Waddingus: « Marcus Bononiensis, anno isto [1478], *ut verius habent ordinis regesta*, licet alii annum praescribant sequentem, sanctissime apud suos decessit Consodales prope Civitatem Placentinam (8) ».

Non igitur Annalistam nostrum, quem de morte et miraculis B. Marci documenta ex Provincia Bononiensi prae manibus habuisse compertum est (9), latuit altera sententia, quae annum 1479 a primis temporibus pacifice praebebat, quamque Marcus Ulissiponensis (10) per totum Ordinem divulgaverat, et antiqua documenta Provinciae ac traditio placentina constanter evincebant. Dolendum est, illa Ordinis regesta, quibus etiam Ioannes de Komorowo certe innititur, cum sint deperdita vel nondum recognita, ad examen adduci non posse; tamen quae supersunt documenta pro anno 1479, satis valida videntur ad illam auctoritatem indirecte refutandam et istam firmissimo fundamento stabiliendam.

Annum 1479 unanimiter statuunt, quotquot sunt documenta et monumenta, quae directe B. Marcum spectant, et passim tum Bononiae tum Placentiae servantur. Quod si ex illis, quae hoc explicite asserant, ne unum quidem synchronum probari potest (11), tamen, adiunctis omnibus inspectis,

(1) Cf. Wadd. *Annales O. M.* an. 1471, n. 8 ss.

(2) *Memoriale Ordinis Fratrum Minorum a Fr. Ioanne de Komorowo compilatum*, apud *Monumenta Poloniae Historica*, V, Leopoli 1888, p. 221. Annum 1478 praebet Cod. 3539 Bibliothecae Iagellonicae Cracoviensis, quem Editores sequuntur; alter vero 3792 Bibliothecae Czartorianae item Cracoviae, uti in nota apponitur, habet 1480!

(3) Wadd. an. 1478, n. 14.

(4) *Epitome Annalium Ord. Min.* II, Romae 1662, an. 1478, n. 5, p. 510.

(5) Reineccius O. F. M., *Bias Franciscanus, sive Sapientiae Franciscanae* ecc., Oeniponte 1650, p. 196.

(6) Fr. Fernando da Bologna, *Memorie istoriche della Prov. de' Minori Osservanti detta di Bologna*, Bologna 1717, part. III, p. 179 s.

(7) Mazzara, *Leggendario Francescano*, ed. dal P. Pier-Antonio di Venezia, III, Venezia 1721, p. 390 s.

(8) L. c.

(9) Cf. l. c. n. 14 et 36.

(10) Fr. Marco da Lisbona, *Croniche degli Ordini istituiti dal P. S. Francesco*, trad. di Orazio Diola, ed. del P. Leonardo da Napoli. Parte 3ª, Napoli 1680, libro 6°, p. 421.

(11) Series miraculorum, quae statim post mortem Beati ad eius sepulchrum per annum et ultra sunt patrata, iussu Communitatis Placentinae, iuridico processu, per manum publici notarii collecta fuit et in Archivo eiusdem Communitatis asservabatur; sed anno 1547, cum omnibus documentis annorum 1478-85, incendio consumpta est. Cf. Poggiali, *Memorie storiche di Piacenza*, IX, Piacenza 1761, p. 225.

simul omnimodam praeseferre speciem veritatis cernuntur, quae tandem ex nonnullis aliis indubitate elicitur.

Exstat in publico Archivo civitatis Bononiae liber manuscriptus *de vita et miraculis B. Marci*, quem a quodam Fratre, Beati fere aequali, exaratum esse constat (1). Is in fronte primi folii, a manu paulo posteriore annum scriptum exhibet *1479*. In eiusdem autem primi folii recto legitur: « Anno igitur *millesimo quadringentesimo quinto et trigesimo* etatis autem sue *sexto* atque *vigesimo*, regularem tunicam ab celebratissimo viro, probatissimoque Patre Iacobo Bononiensi, cognomine Primatitio, fervida devotione suscepit ». Inferius vero, ubi « de mirifica B. Patris dormitione » agitur, Beatum morti proximum scriptor ad P. Guardianum S. Mariae de Nazareth loquentem facit: « Ego, inquit, o mi pater, memini quoniam magnis et amplissimis muneribus apud fratres, patresque meos *quatuor iam et quadraginta* annos donatus sim ... ». Quod si hos annos, tum quibus Ordinem ingressus est [1435], tum quos in eodem duravit [44], simul addas, habes denuo adamussim annum, quo mortuus sit: 1479 (2). — Alter liber MS., cui est titulus: *De obitu Beati Patris Marci Bononiensis*, adest Placentiae (3), anno quidem 1625 exemplatus, sed ab illo, qui in conventu Fratrum Min. Observantium S. Francisci de Monte apud Perusium asservabatur, quemque Waddingus, qui eo est usus, dicit *vetustum* et *sub illud tempus* [mortis B. Marci] *exa-*

(1) Archivum Status Bononiens. (ASB). Sign. *Archivio del Convento di S. Paolo in Monte presso Bologna*. Lib. XI, vol. I, n. 11. Codex est chartaceus, saec. XV, mill. 205×150, constans foliis 25. Auctorem esse coaevum et quidem Placentiae fuisse ex multis locis eruitur. E. g. refert: de magna populi frequentia ad sepulchrum: « *Quod nec mihi modo, sed cuncte prorsus Placentie civitati exploratissimum est* » f. 23 v; de poena concursum impedientium: « *Qui hanc usque in diem languidissime contabescunt* », f. 24v; de quodam puero sanato: « *Ut ego ipse cum multis adolescentem illum sanum et erectum vidi, et apostematum... oculis diligentissime perscrutatus sum loca, quoniam... ad sepulchrum venit, votum... impleturus* » f. 20r.

(2) Waddingus, qui hoc ipsum manuscriptum citat, an. 1478, n. 14. tamen in his annis referendis non convenit cum eiusdem anonymo scriptore. Facit enim B. Marcum natum anno 1405, in Ordinem ingressum quidem anno vigesimo sexto aetatis, sed consequenter anno 1431, et in eodem vixisse 48 annos (ib. n. 15). Summa annorum ad 1479 denuo te ducit; sed haerentem facit nova discordia. Dicendum, donec alia de hoc documenta inveniantur, Waddingum corrigere voluisse manifestum errorem anonymi in annorum computatione. Qui vigesimo aetatis anno Ordinem intraverat et septuagesimo quarto mortuus est, 48 annos, non 44, fuit Frater Minor; et sic de ceteris. Chronologia vitae huius Beati, quae tota adhuc incerta vagatur, data occasione, in hoc periodico aliquando discutietur.

(3) Arch. S. Mariae de Campanea (ASMC), Lib. VII, Vol. II, n. 7. Copia est transsumpti, quam ex originali Perusino derivavit P. Bartholomaeus Cimarelli, Historiarum Marci de Lisbona in Italia continuator.

ratum (1). Hic liber, qui incipiebat: « Post *quatuor* et *quadraginta* sub Seraphici Francisci exercitu exactos annos » mortem Beati in annum 1479 expresse posuit (2).

In publico Musaeo civitatis Placentinae inspiciendum servatur marmoreum operculum urnae, quae corpus B. Marci olim, antequam ad ecclesiam S. Mariae de Campanea anno 1626 translatum est, continuerat. Hoc operculum imaginem ipsius Beati defert insculptam, quam tum pro artis ratione, tum ex eo quod facta coniicere sinunt, eius effigiem ex vero praebere dignoscitur, totumque opus primos annos saeculi XVI non excedere facile dixeris. Istud nullam refert nominis notam; caput est radiis beatorum circumfulsum, et ad pedes inscriptio legitur: OBIIT DIE .II. APRILIS 1479.

Notum est etiam (3) corpus B. Marci anno 1527 e conventu S. Mariae de Nazareth, qui ruinae dabatur, translatum fuisse, donec Fratres aliud firmum domicilium invenirent, ad monasterium S. Mariae Magdalenae apud Sorores tertii Ordinis S. Francisci. Hic ad Beati sepulchrum fragmentum marmoreae tabulae ante 1580 exstabat (4), cuius tenorem Io. Scipio Fantuzzi Bononiensis, e familia eiusdem B. Marci, ab ipsis Sororibus se testatur accepisse die 19 Februarii 1590, videlicet:

Bononiensis ibi Marci sunt ossa beati,
Cuius pro meritis tot pia vota vides.
Ordinis exemplum ....
.... rectus moribus atque fuit.
Huic patuit quicquid nobis civile ministrat,
Divinum ius canonicumque simul.
Obiit die 11 Aprilis 1479 (5).

(1) L. c. n. 16. — Quod item probatur ex pluribus eiusdem narrationis locis. E. g. Quidam, qui populi concursui ad B. sepulchrum oppositionem fecerat « *adversa graviter valetudine pressus adhuc decubat* f. 10r; 19m miraculum tangit quandam monialem « *quae quando illam vidi, erat tota retracta pedibus* » f. 12r; 100m miraculum, de quo postea, est pueri resuscitati « *qui etiam sospes et pulcher adhuc supervivit* » f. 19v.

(2) Ex I. B. Melloni, *Atti e Memorie degli uomini illustri in Santità nati o morti a Bologna,* classe II, vol. III, Bologna 1780, p. 69. Auctor copia usus est huius manuscripti (cf. p. 5), qui nunc primis 8 foliis caret.

(3) Wadd. l. c. n. 86.

(4) P. Io. Franciscus Malazappi O. Min. Obs., *Cronica MS. della Provincia di Bologna*. Haec Chronica P. Malazappi, etiam de mandato Rmi P. Francisci Gonzagae Min. Glis, undique collatis de novo documentis, c. an. 1580 scripsit. Inibi refert se hanc tabulam vidisse. Ex regesto, quod inde pro causa Beatificationis B. Marci hausit P. Raphael de Bononia M. Obs. anno 1626, cuius MS. *Raccolta di alcune Memorie del B. Marco Fantuzi* ecc., in ASMC exstat Lib. VII, vol. I, n. 11, f. 8. Cf. etiam Melloni, l. c. p. 107.

(5) ASB. — Sign. *Archivio della Famiglia Fantuzzi,* n. 282, 8°. Lacuna, punctis expressa, non e manuscripto eruitur. Coniiciam ibi fragmentum mancum esse. Ultimus versus item syllaba caret. P. Malazappi s. c. ipse quidem inscriptio-

P. Io. Franc. Malazappi (1) chorum ducit scriptorum, qui de rebus Bononiensibus vel Bononiensis Franciscalis Provinciae disserentes, annum 1479 sine ulla haesitatione figunt; inter quos memorare praestat Antonium Masini (2), Martorelli (3), P. Flaminium a Parma (4), Christophorum Poggiali (5) et P. Ioannem Baptistam Melloni, Congr. S. Philippi Nerii, qui hanc nostram sententiam contra Waddingum sumpsit defendendam (6). Sed nil his immorandum.

Liber MS. *De obitu B. Patris Marci*, quem superius citavimus (7), postquam retulit corpus Beati extractum primo e sepulchro incorruptum et integrum esse inventum « *quamvis per annum et dies aliquot iacuisset in terra* » (f. 19r), subnectit miraculum pueri resuscitati, quod acciderat « *post translatas nempe sancti Patris reliquias* » (f. 19v), uti etiam Waddingus, miraculum ex eodem libro in Annales transcribens, nos arguere sinit (8). Ast de hoc miraculo exstat in publico Archivo Placentino iuridicum testimonium a Ioanne Pugnetti confectum die 23 mensis maii 1480, quod hic integrum ex copia rite authenticata proferre iuvat (9):

Protestatio iuridica miraculi patrati per B. Marcum de Bononia.

Reperitur in uno ex Protocollis Instrumentorum, receptorum per quondam Dominum Ioannem Pugnettum olim Notarium Plac., in Archivio publico Placentino existentium, inter caetera adesse Instrumentum tenoris infrascripti, videlicet:

Millesimo quatuorcentesimo octuagesimo, indictione tertiadecima, die vigesima tertia mensis maii, ante monasterium Ecclesiae Sanctae Mariae Nazareth Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, extra muros civitatis Placentiae, coram Fratre Bartholomaeo de Paganinis tertii ordinis Sancti Francisci, filio quondam Iacomini, Raphaele de Guadagnabenis, filio quondam Domini Petri Andriolli, et Matheo Abiatico filio quondam Antognini, testibus rogatis etc., Laurentina, uxor Savini de Fellino, obstetrix, Margarita, uxor Tommasini de Fellino, et Elena, uxor Antonii de Fellino appellati Nigri, ut veritati locus sit et veritas ipsa magis elucescat, et ad augmentum honoris et cultus

---

nem, ut refert, quantum potuit, legit et transcripsit; sed eius lectio inordinata et aliquatenus diversa est: « Ordinis exemplum, rectus moribus atque fuit | Hinc patuit qui nobis civile ministrat | Hic Marci sunt ossa beati | Cuius pro meritis tot pia vota vide | Bononiensisque simul fuit | Divinum munus et cano | Obiit anno 1479 — die X Aprilis » (ibid.). Notandum tamen Io. Scipionem Fantuzzi, in folio cit. sibi transcripsisse etiam eandem inscriptionem e MS. P. Malazappi, quae cum ista concordat, finali excepta: « divinum ius canonicumque simul. Obiit anno 1479, die 11 Aprilis ». An ita eam invenerat, vel potius ex altera complevit et correxit? (1) Ll. cc.

(2) Antonio di Paolo Masini, *Bologna perlustrata*, 3ª impressione, Bologna 1666, Parte I, p. 828. (3) Pietro Valerio Martorelli, *Teatro istorico della S. Casa Nazarena*, III, Roma 1735, p. 96. (4) P. Flaminio da Parma, *Memorie istoriche della Prov. di Bologna*, I, Parma 1760, p. 89.

(5) *Memorie storiche* s. c. VIII, Piacenza 1760, p. 46. (6) L. c. p. 68ss.

(7) P. 539. (8) L. c. n. 35. (9) ASMC lib. VII, vol. I, n. 22.

divini, sponte et ex certa scientia et animo deliberato, et non aliquo errore iuris vel facti ductae, sed pro mera veritate dixerunt, confessae et protestatae fuerunt, quod die decima septima praesentis mensis maii, existentibus ipsis dominabus in domo habitationis Guillelmi Capretti, appellati Agutii, causa assistendi in auxilium Ioannae uxoris dicti Guillelmi, quae tunc infirmabatur ad actum pariendi, et ibidem stetissent ipsae omnes de Fellino per satis bonum spatium temporis ad adiuvandum ipsam Ioannam in dictam causam partus, ita quod valde dubitarent de vita ipsius Ioannae et postumi tunc nascituri; tandem post multum tempus et praeter ipsarum dominarum spem, dicta Ioanna peperit quemdam filium masculum, qui eisdem mortuus videbatur et qui natus erat cum uno ex visceribus umbriculi bis circumvoluto collo ipsius pueri et bracchio sinistro, et natus fuit ipse puer habens linguam extra os, et erat niger totus, nec profuit, ut ipsa obstetrix spiritum eidem praestaret, prout saepius consuevit, ita quod ab omnibus mortuus indicabatur cum per spatium dimidiae horae sic stetisset. Quo viso, dicta Laurentina obstetrix, compassione mota, orationem et cor eius direxit omnipotenti Deo, gloriosaeque Virgini Mariae et beato Francisco Seraphico, necnon et beato Fratri Marco de Bononia, exorando ipsum beatum Fratrem Marcum, quatenus, si vera erant, quae exponebantur de miraculis et vita ipsius beati Marci, dignaretur ad praesens ostendere et demonstrare virtutem praefati B. Marci ad hoc, ut eius sanctitas magis exaltaretur, et ipsum puerum vivum restituere dignaretur, ita ut baptizari posset. Et facta oratione et devotione sua tribus vicibus, ipse puer caepit aperire oculos et anhelare et sic successive, mediante auxilio et intercessione praefati beati Marci, ipse puer adhuc vivit et baptizatus fuit, cui parentes eius nomen Franciscus imposuerunt. Et ita, et ut supra, ipsa Laurentina, Margarita et Elena dixerunt, confessae et protestatae fuerunt praedicta fuisse et esse vera; ita Deus eas adiuvet, et de praedictis dictarum Laurentina, Margarita et Elena rogaverunt me notarium, ut inde publicum conficiam instrumentum.

Nos conservatores et archivistae deputati ad regimen archivii publici Placentiae universis attestamur suprascriptum instrumentum receptum per dictum quondam Dominum Ioannem Pugnetti, olim notarium Placentinum, concordare cum eius originali in dicto archivio existente, et ab eo fideliter de verbo ad verbum, et prout iacet extractum fuisse. In quorum testimonium praesentes manu nostra firmavimus et solito dicti Archivii sigillo munivimus.

Datum Placentiae ex dicto Archivio 25 Novembris 1761.

Locus ✠ Sigilli IOANNES BAPTISTA PERINI, *Archivista.*

Conclusio hinc patet. Translatio corporis Beati facta est *annum et aliquot dies* post eius mortem; hoc vero miraculum, quod *translationem secutum est* (et quidem *proxime*, ut est intelligendum), die tantum 17 maii 1480 accidit. Si ab hoc momento temporis annum et aliquot dies demas, non ad an. 1478 sed ad 1479, et adamussim, ut infra expresse probabitur, ad mensem aprilis, documentum te ducit.

Tandem ultimum auferunt dubium litterae obedientiales authenticae, a Sancto Ioanne de Capistrano, tunc Vicario Generali familiae Cismontanae, anno 1449 B. Marco datae,

quibus sequentes Vicarii Generales statim post electionem obtentam, propriam confirmationem apponere non sunt morati. Operis est pretium hoc praestans documentum integrum sub oculos legentium ponere (1).

I H C

In Christo sibi carissimo fratri Marco de Bononia ordinis Minorum, evangelice veritatis salubri annuntiatori, frater Ioannes de Capistrano eiusdem ordinis minimus et indignus, ac Reverendissimi Patris Generalis in omnibus partibus Cismontanis quo ad fratres de Observantia nuncupatos immeritus Vicarius generalis, salutem et pacem in Domino sempiternam. Cum ex officio mihi iniuncto cogar illos potissime fratres favoribus, auxiliis et gratiis communire, quos in agro dominico et messe sancte matris Ecclesie ex animarum zelo intueor sedulis studiis atque laboribus accuratius insudare; hinc est quod de tua laudabili vita, religiosa conversatione, discretione matura, aptitudine multa, morum gravitate, in populis acceptatione, ceterisque virtutibus, quibus te decoravit Altissimus, longa satis et digna clarefactus experientia, ex quibus nimirum caritati tue merito sum affectus, dignum quidem putavi et optimo iure factum pro singulari tuo merito has gratias tibi presentibus impertiri; longe sperans quod, ex patrocinio et concessione huiusmodi, tuam exemplarem vitam doctrinamque saluberrimam non parum ad honorem Dei ac zelum animarum, denique ad populorum utilitatem magis ac magis in dies laudabili continuatione succresces, et ampliora merita penes maiestatem divinam cumulabis, atque uberiora clementie sue dona in sancta Dei plebe ex tuis laboribus pullulabunt. In primis itaque tibi concedo, quod in ecclesiis cathedralibus et ubicumque locorum fueris constitutus, vel quo te melius atque salubrius transferre animadverteris, populis valeas annuntiare verbum Dei, iuxta gratiam a Domino tibi datam. Item quod possis assumere tres socios iuxta tuam discretionem tibi gratos

(1) Archivum S. Pauli in Monte prope Bononiam, lib. II, vol. I, n. 2, unde I. B. Melloni l. c. p. 409-10 primus has litteras edidit, cuius nonnullas erroneas lectiones in notis indicamus sub littera M. — Membrana est mill. 299×284, optime conservata, quater per latitudinem, ter vero per longitudinem complicata, gothica littera cursiva a curiali scriba exarata, qui a dextris marginis superioris signavit: *Registrata*. Sub litterarum textu, qui 18 lineis continetur, habes in medio Sigillum Vic. Generalis, oblongae et biangularis formae, rosea cera impressum, quod Christum exprimit crucem humeris ferentem, sub cuius pedibus S. Franciscus cancellatis manibus orat, inscriptione per totum circumducta: SIGILLUM VICARII GNALIS ORDINIS MINORUM CITRAMONTANI. Vicariorum subscriptiones authenticae, altera sub altera, dexteram scribentis partem ad marginem tenent, latitudine mill. 75. Ultima vero *Fr. Angeli de Clavasio*, spatio iam deficiente, sub sigillo est apposita. Notandum singulas confirmationes esse datas paucis diebus post novam cuiusque Vicarii electionem (cfr. Wadd. ad annos ibi scriptos), id quod Beatum eisdem capitulis interfuisse dicit et confirmat. Desunt tamen subscriptiones Fr. Antonii de Montefalco, qui, Mediolani 1457 electus, post aliquot menses eodem anno obiit; et Fr. Iacobi de Corneto, qui uti Commissarius Familiae Cismontanae, post mortem Fr. Petri Tagliacarne Vicarii Generalis, familiam Cismontanam in principio anni 1469 rexit. Annus denique 1478 a B. Angelo de Clavasio signatus, postremos duos numeros habet rasos, an ex industria vel ex frequenti membranae attritu, nescio; ita tamen, ut prima fronte legi possit 1479; sed diligentius inspicienti 1478 reviviscit et est.

de nostra familia, qui pro honore Dei et animarum salute in adiutorium tibi sint atque solamen, quorum confessionibus auditis absolvere possis, tuque ab aliquo eorum absolvi vel a quovis alio dicte familie, ab omnibus peccatis vestris, casibus et censuris, etiamsi (quod absit) talia forent, que mea indigerent auctoritate. Item quod cum mea benedictione et licentia libros, quos nunc habes vel quibus uti soles, tam pro exercitio predicandi quam aliter, tenere valeas, ac plures tam libros quam alias res, tibi et sociis supradictis necessarias, possis procurare, quando opus fuerit et id facere poteris bono modo. Item quod ad meam presentiam venire valeas aut socios tuos destinare, atque illos (1) quecumque alia loca mittere, cum opportunum fuerit vel iustam causam iudicaveris. Item quod seculares a mundo fugientes possis ad nostrum ordinem recipere, et eos habitum nostre religionis induere cum occurrerit, dummodo decimum octavum etatis annum attigerint, et de consilio fratrum maioris partis cuiuscumque proximioris loci nostri ubi fueris constitutus. Tu vero premissis gratiis ita modeste atque mature utaris, ut ab omnibus valeas commendari. Nolo tamen, quod aliquis me inferior, quacumque gratia vel auctoritate premunitus, possit te in prefatis gratiis molestare aut quomodolibet perturbare. Vale in Christo Iesu et ora pro me, ac dies tibi vite prestitos utiliter expende. Ex nostro conventu Florentie, die sexto Iunii M^{mo} cccc^{mo} xl^{mo} viiij^{no}.

Fr. Iohannes supradictus manu propria me suscripsi.

Ego fr. Baptista de Levanto, electus Vicarius generalis, omnia predicta confirmo (2) et manu propria me subscripsi, cum hoc quod 4^{or} possis assumere sotios, ut iniuncta tibi melius exequi valeas, secundum S. D. N. voluntatem. Ex loco nostro Montis apud Bononiam, penultima maii 1455.

Idem (3) fr. Baptista, 2° Vicarius ut supra, ex sacro conventu Areceli, prima Junii 1458, omnia predicta confirmo et manu propria me subscripsi.

(L. S.) Ego fr. Ludovicus Vincentinus, electus Vicarius generalis, omnia predicta confirmo et manu propria subscripsi. Ex loco nostro Annuntiate extra Ausmum M^{o} cccc^{o} lxj, die xij (4) Maii.

Ego fr. Baptista supradictus (5), 3° Vicarius, supradicta confirmo et manu propria subscripsi, Mediolani, 2^{a} Julii 1467.

Ego fr. Angelus de Clavasio, Vicarius Generalis indignus, predicta omnia confirmo et propria manu (6) subscripsi, 28 Madii 1472.

Ego fr. Petrus de Neapoli, immeritus V. G., supradicta (7) omnia confirmo et manu propria subscripsi, iij Junii 1475.

Ego fr. Angelus de Clavasio, Vicarius Generalis indignus, suprascripta (8) omnia confirmo et propria manu subscripsi, die 16 Aprilis 1478.

---

(1) *Supplendum* ad.

(2) M confirmavi; *paulo inferius om.* me, *legit* cum licentia; *et* explere *pro* exequi. (3) M item. (4) M 22. (5) M de Levanto; *deinde loco* Mediolani *habet* die.

(6) M *transp.* (7) M predicta. (8) M supradicta.

Ultimam ergo habes confirmationem B. Angeli de Clavasio scriptam die 16 Aprilis 1478, immediate post Capitulum Observantium Cismontanorum, Papiae habitum die 10 Aprilis illius anni (1). Huic Capitulo iam coniicendum erat B. Marcum interfuisse, cum Fr. Petrus Tagliacarne in praecedenti capitulo, Neapoli anno 1475 celebrato, eum ad illud expresse invitasset (2); nunc autem factum praesentiae nostro documento evincitur. Quia sic solummodo intelligitur *immediata* novi Vicarii Generalis in Capistranensibus litteris ultima confirmatio, quae econtra nullo modo explicari potest, si Beati mortem iam anno 1478 evenisse censes. Nam cum admittat Waddingus (3) B. Marcum extremum diem obiisse infra Hebdomadam Maiorem anni 1478, Pascha vero hoc anno inciderit die 28 Martii, illud sequeretur, supra relatas litteras patentes subsignatas esse viginti saltem diebus post obitum B. Marci; quod, pensatis tum brevi distantia inter Placentiam et Papiam, ubi Comitia habenda erant, tum huius Beati viri apud Ordinem dignitate et fama, omnino incredibile est.

Reiecto igitur anno 1478, servetur deinceps, uti certum, quod a maiori parte rerum scriptorum iam receptum erat, annum scilicet, quo beatus Marcus Fantucius obierit, fuisse 1479.

Quo autem die, id adhuc restat explorandum, quamquam nulla spes arridet ad certam conclusionem perveniendi; tamen maximum dissidium, quod inter auctores hac de re reperitur, quodam modo sustulisse bonum erit.

In eo concordant documenta et scriptores, ut B. Marcum in morbum incidentem faciant inter praedicandum circa medium Quadragesimae, uno P. Ioanne de Komorowo excepto, qui mortem cum morbo confundens, circa medium Quadragesimae eum obiisse dicit (4). Qui nullum diem praefiniunt, uti Waddingus noster (5), iterum inter se conveniunt illum e vita migrasse intra Hebdomadam Maiorem. E reliquis, qui annum 1478 sequuntur, ii diem statuunt unum ante Pascha, i. e. 27 Martii; quorum tamen sententia, post ea quae superius probavimus, angulari privata fundamento, ex se ipsa corruit. Qui vero annum sequentem recte admittunt, in duas partes dividuntur. Antiquiores scriptores, convenientes cum documentis in Archivo conventus Placentini asservatis, diem

(1) Cf. Wadd. an. 1478, n. 7ss.
(2) Wadd. an. 1475, n. 9.
(3) Wadd. an. 1478, n. 16.
(4) L. c.
(5) L. c.

obitus 10^m Aprilis ponunt, in hoc cum praecedentibus auctoribus iterum consentientes, quod Sabbato Sancto B. Marcum obiisse faciunt; a quibus tamen discordare videtur, tum urnae operculum, quod diem habet insculptum *II Aprilis* (1), tum inscriptio marmorea in Monasterio S. Mariae Magdalenae, quae in redactione a Sororibus data, diem praebet *11 Aprilis* (2). Recentiores vero, scilicet P. Flaminius Parmensis (3), quem explicite sequuntur P. Raphaelangelus a Faventia (4), et P. Leo de Clary (5), diem produnt 15 Aprilis.

Sed non nimis difficile mihi videtur hanc sub anno 1479 circa diem discordiam solvere, vel minimam facere. Mirum sane esset operculum urnae inter tot documenta et monumenta quae Placentiae, imo ad ipsius Beati sepulchrum diem 10 vel 11 Aprilis emortualem proclamant, id unum eo discordare, ut ipsam Hebdomadam Maiorem in antea excederet, quin hanc differentiam curaverint auctores qui Placentiae scribebant, neque aliquod illius diei II vestigium in documenta ibi servata irrepserit. Sed si diem inscriptionis [11] cum die operculi componas, inter quos differentia admittenda certe non est, cum ambo ad Beati sepulchrum eodem tempore exstiterint, tunc liquido patet illud *II* pro *11* sculptum fuisse et esse legendum. Quod vero attinet discordiam inter haec monumenta et scriptores, dicendum istos dependere a P. Malazappi, qui, aut post eum nescio quis, vel erronee 10 pro 11 transcripserat, vel potius 11 in 10, ratiocinio ductus, correxerat. Nam primi et coaevi etiam scriptores B. Marcum inter Hebdomadam Maiorem obiisse dicunt; dies vero 11 Aprilis, qui tunc Pascha fuerat, illam hebdomadam excedit. Tum contradictionem auferre alicui forsan visum est, mortem Beati in sero Sabbati Sancti ponendo, quando secundum veterem morem computandi erat quidem iam dies undecima, sed reapse et communius pro 10 die adhuc habebatur. Quod confirmatur ex inscriptione anno 1626 sculpta, post reliquias Beati translatas e Monasterio S. Mariae Magd. in ecclesiam S. Mariae de Campanea. Tunc enim Fratres, marmoreo sepulchro et fracto lapide dimissis, atque diei correctione recepta,

(1) Cf. p. 540.
(2) Ibidem.
(3) L. c.
(4) *Vita del B. Marco Fantuzzi da Bologna... narrata in compendio dal P. Fr. Raffaellangelo da Faenza Min. Rif.* Bologna, Aless. Mareggiani, 1869, p. 149, ubi etiam I. B. Melloni pro hac sententia citatur; sed perperam, cum ipse nullam ex condicto diem statuat.
(5) *L'Auréole Séraphique*, Paris [1882] t. I, p. 756.

sub altare corpus condiderunt et novam proximo parieti fixerunt epigraphen, quae hodieque extat:

D. O. M.
Corpus
B. Marci de Phantutiis Bonon.
Ord. Min. de Obser.
Gen. Doct. Piet. conspicui
In diruto prope Plac. Nazareth. Cœnob.
IV. Id. Apr. MCCCCLXXIX.
Ad Cœlos evecti ætat. suæ an. LXXIV.
E Monst.° S. Mariæ Magd.
Cui an. MDXXVII. concreditum fuerat
Eduardi Card. Farnesii Regentis
Ac Jo. Linati Plac. Epi
Voto
P. F. Leonis Leccacorvi eiusd. Ord. opera
In hanc Ædem XII. Kal. Jan. MDCXXII.
Translatum
P. F. Claudio Costamezzana Inquisit. Gli
VI. Non. Octob. MDCXXV.
Cultum adprobante
Sub hac Ara
Equit. et Com. Jo. Bernardini Rolerii
Dovotione et expens.
Prætioso ac vario lapide exornata
Maioris ipsius Beati honoris ergo
Pie conditum est
A P. F. Clemente Mulazzani
Huius Ref. Bonon. Provinciæ
Miñro
VI. Kal. Apr. MDCXXVI.

Postrema denique sententia diem 15 tenens, nulla prorsus gaudet auctoritate, cum ex erronea temporis computatione ortum ducat. Confirmat enim P. Flaminius, qui eam invenit, Beatum obiisse infra Maiorem Hebdomadam: *idest*, subdit, *die 15 Aprilis 1479* (1). Forsitan solius typographi est error, quem miramur aliquos invenisse ingenuos sectatores.

Restat igitur unicus in acie dies 10, vel, si mavis, nox inter 10 et 11 Aprilis; cui sententiae, quamvis nulla inexpugnabili sanciatur auctoritate, tamen, si in ea omnium documentorum et scriptorum concursum saltem implicitum consideres, non tibi erit grave fidenti animo assensum praebere.

P. Benvenutus Bughetti, O. F. M.

(1) L. c.

LOS FRANCISCANOS EN EL EXTREMO ORIENTE

(NOTICIAS BIO-BIBLIOGRÀFICAS) (a).

(Continuación) (b).

IV.

SANTA MARÌA. (Fr. Antonio Caballero de....) Este apostólico misionero, llamado por los chinos, Li-gan-tang (1), nació en en la villa de Baltanás, provincia y Obispado de Palencia, el día 20 de Abril de 1602 (2). Fueron sus padres Pedro Caba-

Sequentia videntur ab altera manu antiqua:

non registretur
istud de conservationibus privilegiorum nihil valet nisi profuit (?) et ad terminum contulerunt (?) Minorum

(1) Hinc liquide apparet Provinciam Mediolanensem vocari quandoque etiam *Lombardiae,* quod magis elucet ex nota (2).

(2) Quae omittuntur, habentur in bulla, sub die 5 Maji 1250, directa « .... *Fratr.... Bononiensi et.... Feretrano Episcopis* », edita a Sbaralea, op. cit. I, p. 543, n. 326 [ex autogr. arch. conv. S. Francisci Bononiae]. Advertatur, quod hac in bulla habentur sequentia « .... *Cum itaque dilecti filii.... Minister Bononiensis ord. fratr. minorum et fratribus sibi commissis.... quatenus memoratis Ministro et fratribus....* »; heic non dicitur « *minister provincialis* » sed tantum « *minister* », dum e contra in bulla directa Arch. Mediolan. dicitur « *minister provincialis ord. fratr. min. in Lombardia constitutus....* ».

Orig. pergam. ml. 226×219, optime conservatur, aliquantisper decolorati characteres, deest funiculus.

VIII.

n. 4094. — [an. 1251, 13 Ian.]. Innocentius IV Ministro Provinciali Fratrum Minorum in Lombardia indulget, ut fratribus sui ordinis, quibus officium praedicationis iniungitur, licentiam concedat, ut cum clericis saecularibus intersint divinis.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio.... *ministro ordinis fratrum minorum in Lombardia* salutem et apostolicam benedictionem. Ut absque conscientie scrupulo fratres tui ordinis quibus officium predicationis iniungitur, cum ob hoc ad ecclesias seculares vel etiam regulares accedunt, quod valeant cum earum clericis interesse divinis, licentiam dictis fratribus eorumque consociis auctoritate nostra concedas, devotioni tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Lugduni idibus ianuarij pontificatus nostri anno octavo (1).

A tergo, manu antiqua inscriptum, et characteribus illius aetatis, habetur:

Fr. G. de Balsamo fratri Curado
Ministro mediolani dedi (2)

Ab altera manu antiqua:

· 6 · quod fratres possint interesse ad offitium cum clericis saecularibus

duplicatum
B. B. B. B. B.

Ab altera manu:

quod fratres possint interesse ad officium cum clericis secularibus

De officio

Orig. pergamena ml. 263×242, optime conservatur, ab ipsa pendet fragmentum serici funiculi coloris flavi et rubei, sed plumbum deest.

---

(1) Primus eam edidit clar. Petrus Mazzucchelli in opere: *Osservazioni sopra il Rito Ambrosiano*, p. 320, Documento IX, Milano 1828. Eam recensemus cum ineditis, quia hucusque videtur ignota fuisse historicis franciscanis, (neque ab Eubel memoratur in *Epit. Bullarii O. F. M.* cum aliis bullis), et ut habeantur in unum collectae epistolae papales Ministris Provincialibus Mediolanensis [seu Lombardiae] Provinciae directae. — Potthast, *Regesta*, n. 1456, ex Mazzucchelli citato.

(2) Mazzucchelli, op. cit. hoc modo edidit haec verba:

Fr. G. de Balsamo
Ministro
Fratri Curado
Mediolani d.

Nos vero ordinem prouti extat in originali servamus.

IX.

n. 4098. — [an. 1251, 13 Ian.]. Innocentius IV Ministro Ordinis Fratrum Minorum Mediolanensi in eundem modum de eodem argumento, ut supra n. VIII.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilecto filio.... *ministro ordinis fratrum minorum mediolanen....* Ut absque conscientie scrupulo fratres tui ordinis.... (1).

Datum Lugduni idibus ianuarij pontificatus nostri anno octavo.

A tergo, manu antiqua legitur:

Innocentius IV

· 36 · quod fratres possint interesse cum clericis secularibus divinis

duplicatum . e . e .

Orig. pergam. ml. 162-173, optime conservatur, characteres aliquantisper decolorati, pendet fragmentum serici funiculi coloris flavi et rubei, sed plumbum deest.

X.

n. 4127. — [an. 1257, 8 Ian.]. Alexander IV mandat Archiepiscopo Mediolani et Episcopo Imolensi, ne permittant molestari Fratres Minores Lombardiae et Ravennatis Provinciae.

Hoc est exemplar cuiusdam privilegii papalis bullati bulla plumbea cum filo canipe pendenti, in qua erant sculpta duo capita ex una parte ipsius bulle cum huiusmodi litteris seu figuris sancti Pauli [et] sancti Petri, ex alia vero parte extant littere sic dicentes: Alexander papa IIII, quod quidem privilegium formam continet infranscriptam:

Alexander episcopus servus servorum dei. Venerabilibus fratribus.... archiepiscopo mediolanen. et... episcopo imolen. salutem et apostolicam benedictionem. Inundans malicia perversorum viris sancte religioni deditis, adeo frequenter exhibet se infestam, quod ipsi dominico cultui, ut deberent, vacare non possunt, dum illorum maliciis agitantur. Cum igitur sicut dilecti filii.... *minister et fratres minores Lombardie et Ravennatis provincie* nobis significare curarunt, nonnulli, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, ipsos graviter molestare presumant. Nos et presumptorum huiusmodi refragari conantibus et *dictorum ministri et fratrum* gravaminibus volentes congruis remediis subvenire, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsos in personis vel rebus non permittatis contra indulta privilegiorum sedis apostolice, ab aliquo indebite molestari. Molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Quod si ambo hiis exequendis interesse nequeunt, alter vestrum ea nihilominus exequatur. Datum laterani VI idus ianuarii pontificatus nostri anno tercio.

Ego Mercatellus de Brinis, curie episcopalis Ferrarie notarius, ut inveni in autentico privilegio domini Alexandri pape quarti bullati bulla plumbea cum filo pendenti non corrupto nec viciato nec abolito in aliqua parte sui, lecto et auscultato coram venerabili patre domino frederico

(1) Mazzucchelli, primus edidit, op. cit. Documento X, p. 321. — Potthast, n. 14157, ex Mazzuchelli. — Omisimus textum integrum, quia jam habetur in n. VIII.

dei et apostolice sedis gratia episcopo ferrarie, ita de mandato ipsius exemplavi, nihil addens nec (1) minuens que in autentico continentur, eodem in millesimo nonagesimo quarto indictione septima die XII februarii. — [1296. Febr. 12].

A tergo, manu antiqua habetur:

Alexander IV

privilegium domini Alexandri pape de conservationibus privilegiorum in lombardia et romagnola

in personis presbiterorum non permittuntur molestari

123. Alexander IV

non molestentur fratres in personis presbiterorum

Transumptum

Originalis pergamena huius Transsumpti mensurat ml. 243×233, optime conservatur.

XI.

n. 4145. — [an. 1262, 1 Iun.]. Urbanus IV Ministro Provinciali Fratrum Minorum Mediolanensi iniungit, ut colligat per se vel per suos fratres legata et subsidia pro terra sancta.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio.... *ministro provinciali fratrum minorum mediolanen.* salutem et apostolicam benedictionem. Volumus, et presentium tibi auctoritate, in virtute obedientie districte precipiendo, mandamus, quatenus omnes redemptiones votorum crucesignatorum, qui per deputatos ad hoc ab apostolica sede a votis huiusmodi absoluti fuerint, omniaque legata, necnon et omnes obventiones, ex quacumque causa provenientes, subsidio terre sancte *in mediolanen. necnon et aliis locis per que tua administratio se extendit,* per te, vel per alios, integre colligere, illaque in aliquo tuto loco, sub ydonearum personarum testimonio, deponere studeas, nobis quid et quantum et a quibus colligi de premissis contigeret fideliter rescripturus. Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstante si personis aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excomunicari non possint, per litteras apostolicas plenam et expressam non facientes de indulto huiusmodi mentionem, et constitutione de duabus dietis, edita in concilio generali, et indulgentia, qua fratribus dicti ordinis dicitur esse concessum, ut de causis, que per litteras apostolicas committuntur eisdem, se intromittere minime teneantur, nisi de indulgentia huiusmodi expressam fecerint mentionem.

Datum viterbij kalendis iunij pontificatus nostri anno primo (2).

---

(1) Repetitur particula « *nec* », quam omittimus.

(2) Simili modo Ministro Provinciali O. F. M. Marchiae Tarvisinae sub die 9 Iunii 1262: primus edidit Ioan. Bapt. Verci, *Storia della Marca Trevigiana* [ex autographo Tabularii Divi Antonii Patavii eruit Ioseph Ianuarius Doctor] Tom. II. — Documenti — p. 54, n. 117, Venezia 1787. — In eodem modo Priori Provinciali Praedicatorum in Lombardia sub die 1 Iunii 1262, ex *Bull. Ord. Praed.* Fr. Thomae Ripoll, I, p. 423-424, n. XIV, Romae 1729. — Potthast, n. 18353, ex Verci; et n. 18344, Provinc. Praedic. in Lombardia ex Ripoll.

A tergo, diversis manibus antiquis legitur:

pro exactione cuiusdam collecte
vacat
non expedit quod utamini ista littera ad presens, donec predicetur civibus per magnum tempus de terra sancta
ix.
l. p.

Sequitur summarium epistolae papalis manu recenti exaratum. Orig. pergam. ml. 232×253, optime conservatur, desunt funiculus et plumbum.

XII.

n. 4146. — [an. 1262, 5 Iunii]. Urbanus IV Ministro Provinciali Fratrum Minorum Mediolanensi mandat, ut iniungat executoribus testamentariis, ut legatis pro terra sancta satisfaciant, cum ad id teneantur.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio... *Ministro Provinciali fratrum minorum Mediolanen.* salutem et apostolicam benedictionem. Cum predicationem Crucis pro terre sancte subsidio tibi *in Provincia, nec non et in aliis locis per que tua administratio se extendit,* duxerimus concedendam, discretioni tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, compellendi per te, vel per alium seu alios, per censuram ecclesiasticam, omnes executores testamentorum, et alios quoscumque de *predictis provincia et locis,* qui legata quecumque in huiusmodi dicte terre subsidium habere, ac detinere noscuntur, ut eadem legata convertenda in subsidium ipsum, tibi, sublato cuiuslibet obstaculo difficultatis, assignent, plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Non obstante si personis aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi et excommunicari non possint, per litteras apostolicas, plenam et expressam non facientes de indulto huiusmodi mentionem, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ac eiusdem sedis indulgentia, qua fratribus tui ordinis dicitur esse concessum, ut de causis, que per literas apostolicas committuntur eisdem, cognoscere minime teneantur, nisi de indulgentia huiusmodi expressam faciant mentionem. Volumus autem, ut ea, que de huiusmodi legatis colligi contigerit, deponas sub testimonio ydonearum personarum in aliquo tuto loco, nobis quid et quantum et a quibus collectum fuerit fideliter rescripturus.

Datum viterbij nonis iunij pontificatus nostri anno primo (1).

A tergo habetur:

viij
pro terra sancta
bulla qua generalis [sic] Minorum possit exigere legata terre sancte facta
· L · L ·
Urbanus IV.

Orig. pergam. ml. 267×305, optime conservatur, desunt funiculus et plumbum.

(1) Simili modo, sub die 5 Iunii 1262 Provinciali Fratrum Praedicatorum in Lombardia, cfr. Ripoll, op. cit. I, p. 424, n. XVI. — Potthast, n. 18353, ex Ripoll. — Sim. modo Min. Prov. Marchiae Tarvisinae sub eodem die et anno, Bulla orig. in Musaeo Civ. Paduae *Arch. Diplom.* n. 2082.

XIII.

n. 4147. — [an. 1262, 8 Iunii]. Urbanus IV committit Ministro Provinciali Fratrum Minorum Mediolanensi, ut, non obstante quocumque privilegio in contrarium, pecunias colligat pro terra sancta.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio..... *ministro Provinciali fratrum minorum mediolanen.* salutem et apostolicam benedictionem. Cum tibi super colligenda in certis casibus per te ac alios fratres tui ordinis, quos ad hoc idoneos esse cognoveris, pro subsidio terre sancte pecunia, sub certa forma direxerimus scripta nostra, nos ipsius collectionem pecunie accelerari volentes, ne illius dilatione predicte terre subsidium retardetur, discretioni tue per apostolica scripta, in virtute obedientie districte precipiendo, mandamus, quatenus mandatum in hac parte apostolicum, per te, tuosque fratres, quos ad id exequendum ex eadem obedientia teneri volumus, indulgentia sedis apostolice, qua fratribus tui ordinis dicitur esse concessum, ne pecuniam colligere, vel quoquomodo se de ipsa intromittere aliquatenus teneantur, et qualiter alia sedis eiusdem indulgentia, per quam idem succursus impediri valeat, seu protelari, nequaquam obstante, celeriter sollicite ac efficaciter exequaris.

Datum Viterbij VI idus iunij pontificatus nostri anno primo (1).

A tergo, manu antiqua habetur:

pro terra sancta
vacat
vij
B. frumentius

Italice habetur summarium huius bullae manu recenti exaratum. Orig. pergam. ml. 209×274, optime conservatur, deest omnino funiculus, ex quo pendebat plumbum.

XIV.

n. 4148. — [an. 1262, 13 Iunii]. Urbanus IV Ministro Provinciali Fr. Minorum Mediolanensi tribuit facultatem a censuris ecclesiasticis absolvendi, dummodo reparentur damna et subsidium ab absolutis tribuatur pro terra sancta.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei. Dilecto filio.... *ministro provinciali fratrum minorum mediolanen.* salutem et apostolicam benedictionem. Cum predicationem crucis pro subsidio terre sancte *in mediolanensi provincia, nec non et in aliis locis, per que tua administratio se extendit,* per nostras tibi sub certa forma litteras duxerimus committendum. Nos volentes aliqua tibi concedere, per que saluti consulere valeas animarum, discretioni tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, absolvendi hac vice per te, vel alium seu alios idoneos,

(1) In eodem modo, sub die 21 Iunii 1262, Min. Provinciali O. F. M. Marchiae Tarvisinae, cfr. Verci, op. cit. II. — Documenti — p. 55, n. 119. — Eodem modo Priori Provinciali Fr. Praedicatorum in Lombardia sub die 28 Iunii 1262, cfr. Ripoll, op. cit. I, p. 425, n. XIX. — Potthast, op. cit. n. 18366, ex Ripoll, n. 18363, ex Verci; cf. n. 18353 seqq.

iuxta formam ecclesie, omnes illos de predictis *mediolanen. provincia et locis*, qui pro violenta iniectione manuum in viros religiosos, et clericos seculares inciderunt in canonem sententie promulgate, et qui incendendo ecclesias, necnon et alia loca religiosa, et alias vinculo sunt excommunicationis adstricti, dummodo iniurias et dampna passis satisfaciant competenter, et non sit adeo gravis et enormis excessus, quod propter hoc sit ad sedem apostolicam recurrendum: dispensandi quoque cum clericis secularibus et regularibus, qui huiusmodi ligati sententiis, facti immemores, aut iuris ignari, se immiscere divinis, super irregularitate, quam propter hoc incurrisse noscuntur, ac iniungendi eis penitentiam salutarem, plenam et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Proviso, ut que forent expensuri veniendo ad sedem apostolicam, morando inibi, et redeundo ab ipsa, tibi iuxta tue discretionis arbitrium ab eis pro dicte terre subsidio facias assignari.

Datum Viterbij idibus iunii pontif. nostri anno primo (1).

A tergo, manu antiqua habetur:

Iohannes frumentius
pro terra sancta
non registretur
iij

Habetur summarium italice scriptum a manu recenti. Orig. pergam. ml. 236×245, optime conservatur, deest funiculus et plumbum.

XV.

n. 4149. — [an. 1262, 13 Iunii]. Urbanus IV Ministro Provinciali Fratrum Minorum Mediolanensi mandat, ne permittat crucesignatos indebite molestari contra eorum privilegia.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto Filio..... *ministro provinciali fratrum minorum mediolanen.* salutem et apostolicam benedictionem. Cum predicationem crucis pro subsidio terre sancte *in mediolanensi provincia, nec non in aliis locis per que tua administratio se extendit,* per nostras tibi sub certa forma litteras duxerimus committendam, discretioni tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus omnes crucesignatos et crucesignandos pro dicte terre subsidio, quos sub nostra et apostolice sedis protectione suscipimus, non permittas per alium seu alios, contra immunitates et privilegia crucesignatis ab apostolica sede concessa, ab aliquibus indebite molestari; molestatores huiusmodi per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstante si personis aliquibus a predicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras apostolicas plenam et expressam non facientes de indulto huiusmodi mentionem, et constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, ac eiusdem sedis indulgentia, qua fratribus tui ordinis dicitur esse concessum, ut de causis, que per litteras apostolicas committuntur eisdem, cognoscere minime tenean-

(1) Eodem modo, sub die 21 Maii 1262, Priori Provinciali Ord. Fr. Praedicat. in Lombardia, aliisque cfr. Ripoll, op. cit. I, p. 421, n. X. — Potthast, n. 18329, etc. ex Ripoll.

tur, nisi de indulto huiusmodi expressam faciant mentionem. Datum Viterbij idibus iunii pontif. nostri anno primo (1).

A tergo, manibus antiquis habetur:

privilegium de cruciata pro subsidio terre sancte
non registretur
ministro mediolanen.

Orig. pergam. ml. 205×250, optime conservata, deest funiculus et plumbum.

XVI.

n. 4150. — [an. 1262, 22 Iunii]. Urbanus IV Ministro Provinciali Fratrum Minorum Mediolanensi facultatem tribuit concedendi indulgentias oblatoribus pro terra sancta.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto Filio..... *ministro provinciali fratrum minorum mediolanen.* salutem et apostolicam benedictionem. Discretioni tue, de qua plenam in Domino fiduciam obtinemus, largiendi, pensatis quantitate subsidii, et devotionis affectu, per te, vel alium, sive alios, quod ad hoc idoneos fore noveris, omnibus vere penitentibus, et confessis, qui de bonis suis pro subsidio terre sancte congrue iuxta tue, et illorum, quibus hoc commiseris, discretionis arbitrium, ministrabunt, indulgentiam, que pro dicte terre succurrentibus in generali concilio est concessa, plenam, et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem.

Datum viterbij X Kal. Iulii pontif. nostri anno primo (2).

A tergo, manu antiqua habetur:

pro subsidio terre sancte
non registretur
pro curia
nycol cap.

Orig. pergam. ml. 184×245, optime conservatur, aliquantisper decoloratum, deest funiculus et plumbum.

XVII.

n. 4151. — [an. 1262, 27 Iunii]. Urbanus IV Ministro Provinciali Fratrum Minorum Mediolanensi facultatem tribuit dispensandi a voto crucesignatos infirmitate detentos, dummodo subsidium pro terra sancta dent.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio..... *ministro provinciali fratrum minorum in mediolanen.* salutem et apostolicam benedictionem. Cum predicationem crucis pro terre sancte subsidio tibi in *mediolanensi administratione, nec non et in aliis locis per que tua*

(1) Eodem modo, sub die 21 Maii 1262, Priori Provinciali Ord. Fr. Praedicat. Prov. Lombardiae; cfr. Ripoll, op. cit. I, p. 421, n. XI. — Potthast, n. 18330, etc. ex Ripoll. — Sim. modo Min. Prov. March. Tervis., 15 Iunii eiusdem anni; Bull. Orig. in Musaeo Civ. Paduae *Arch. Dipl.* n. 2089.

(2) Eodem modo Priori Provinciali Ord. Fr. Praedic. in Lombardia, sub die 28 Iunii 1262, cfr. Ripoll, op. cit. p. 426, n. XX. — Potthast, n. 18368, ex Ripoll. — Sim. modo Min. Prov. March. Tarv. sub eodem die et anno; Bulla orig. in Mus. Civ. Pad. Cod. Dipl. n. 204.

administratio se extendit, duxerimus committendam, discretioni tue, de qua plenam in domino fiduciam obtinemus, absolvendi per te, vel per alium, seu alios, quos ad hoc idoneos esse cognoveris, a voto crucis omnes crucesignatos hactenus in subsidium dicte terre, et crucesignandos deinceps, qui propter suorum infirmitatem aut debilitatem corporum inhabiles, vel impotentes fuerint ad pugnandum, vel ad tranfretandum in ipsius terre succursum, dummodo secundum proprias facultates velint redimere vota sua, plenam, et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Volumus autem, ut ea que de huiusmodi votorum redemptionibus colligi contigerit, deponas sub testimonio ydonearum personarum in aliquo tuto loco, nobis quid et quantum, et a quibus collectum fuerit fideliter rescripturus.

Datum V kalendas Iulii pontificatus nostri anno primo (1).

A tergo, manu antiqua legitur:

iiij
pro terra sancta

Ab altera manu non tam antiqua:

Bulla papalis auctoritatis concesse tunc generali fratrum minorum pro cruciata.

Orig. pergam. ml. 230×250, optime conservatur, deest funiculus et plumbum.

XVIII.

n. 4152. — [1262, 13 Iulii]. Urbanus IV Ministro Provinciali Fratrum Minorum Mediolanensi mandat, ut Comites, Duces, Barones aliosque Mediolanensis ditionis cuiuscumque sint dignitatis, status et conditionis excitet pro cruciata, et ut ad praeliandum parati sint.

Urbanus episcopus servus servorum dei. Dilecto filio.... *ministro provinciali fratrum minorum mediolanen.* salutem et apostolicam benedictionem. Cum terra sancta christi respersa sanguine, hoc presertim tempore, quo Tartarorum gens perfida de abditis terre prosiliens contra terram ipsam, diutinis iam paganorum incursibus laceratam, ollam (2) nove persecutionis accendit, festino, ac magnifico succursu indigere noscatur. Nos quorum eius clamor assiduus pulsat aures, ipsius pio corde condolentes angustiis et pressuris, ac cupientes eidem per christianorum potentiam ad laudem et gloriam divini nominis celeriter subvenire, volumus, et presentium tibi auctoritate, in virtute obedientie, districte precipiendo, mandamus, quatenus per te vel per alium seu alios ydoneos, omnes Comites, Duces, Barones et quoscumque alios clericos et laicos *in mediolanensi provincia, necnon in aliis locis, per què tua administratio se extendit* constitutos, cuiuscumque conditionis, status, et dignitatis existant, qui olim pro terre dicte subsidio crucis signaculum

(1) Eodem modo, sub die 9 Iunii 1262, Min. Prov. O. F. M. Marchiae Tarv. cfr. Verci, op. cit. II, p. 54, n. 118. In eodem modo sub die 15 Maii 1262, Priori Provinciali Fr. Praedicat. in Lombardia, cfr. Ripoll, op. cit. I, p. 421, n. IX. — Potthast, n. 18354 [pro Min. Prov. O. F. M. Marchiae Tarvisinae] ex Verci. — Cf. supra n. XI.

(2) In pergamena legitur « *ollam* », dum in bulla, Priori Provinciali Praedicatorum directa legitur « *illam* »; cfr. Ripoll, op. cit. I, p. 426, n. XXI.

assumpserunt, et assument deinceps, ut se sic studeant preparare, quod ad aliud mandatum nostrum se personaliter conferant in succursum terre predicte, moneas efficaciter, et inducas. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali et indulgentia, qua fratribus tui ordinis ab apostolica sede dicitur esse cencessum, ut de causis que per litteras apostolicas committuntur eisdem se intromittere minime teneantur, nisi de indulgentia huiusmodi expressam faciant mentionem.

Datum viterbij iij idus iulii pontificatus nostri anno primo (1).

A tergo, manu antiqua legitur:

Pro terra sancta contra turcos
non expedit quod utamini ista littera (2)
donec predicetur crux per magnum tempus
vacat

Orig. pergam. ml. 237×243, optime conservatur, deest funiculus et plumbum.

Mediolani, in Conv. Imm. Concept. 7 Iulii, 1909.

FR. PAULUS M. SEVESI
Mediolanensis Fr. Min. Provinciae Chronologus.

(1) Eodem modo sub die 18 Iulii 1262, Ministro Provinciali O. F. M. Marchiae Tarvisinae, cfr. Verci, op. cit. II, p. 55, n. 120. — Potthast, II, n. 18381, ex Verci. — In eodem modo Priori Provinc. Fr. Praedic. in Lombardia, sub die 1 Iulii 1262; cfr. Ripoll, op. cit. I, p. 428, n. XXI. — Potthast, II, n. 18372, ex Ripoll.

(2) Sequitur « *usque* », sed deletum; postea aliud verbum, quod legi nequit.

CONSTITUTIONES GENERALES ORDINIS FRATRUM MINORUM
A CAPITULO PERPINIANI
ANNO 1331 CELEBRATO EDITAE.

(Continuatio et Finis) (1).

XV. — *De Provincialibus Capitulis et Ministris, aliisque praelatis et eorum Vicariis.*

1. Beatus Franciscus in Regula (2): « Post Capitulum vero Pentecostes Ministri et Custodes possint singuli, si voluerint et eis expedire videbitur, eodem anno in suis Custodiis semel Fratres suos ad Capitulum convocare ».

2. Clemens Papa V.us. 1. « Demum (3), quia ex eo, quod dicta Regula per quos et ubi fieri habeat Ministri Generalis electio, tradens, nullam facit de Ministrorum Provincialium electione vel institutione penitus mentionem, oriri super hoc poterat dubitatio inter Fratres: Nos volentes posse ipsos clare et secure procedere in omnibus factis suis, declaramus, statuimus ac etiam ordinamus hac Constitutione in perpetuum valitura, ut cum alicui Provinciae de Ministro fuerit providendum, ipsius Ministri electio penes Capitulum Provinciale resideat, quam idem Capitulum die sequenti, quo (4) fuerit congregatum, facere teneatur. Ipsius autem electionis confirmatio ad Ministrum pertineat Generalem ».

2. « Et siquidem ad electionem huiusmodi per formam scrutinii procedatur, et si (5) votis in diversa divisis, electiones plures in discordia celebrare (6) contingat, illa, quae a maiori parte Capituli numero, nulla zeli vel meriti collatione vel (7) consideratione habita, fuerit celebrata, exceptione seu contradictione quacunque alterius partis non obstante (8), per dictum Generalem Ministrum de quorundam (9) consilio Discretorum de Ordine, prius tamen ex officio prout spectat ad ipsum, diligenti examinatione praemissa, confirmetur vel (10) infirmetur, prout eis secundum Deum visum [fol. 42 v. col. 2] fuerit expedire. Et si fuerit infirmata, ad Provinciale Capitulum electio huiusmodi revertatur. Ceterum, si Capitulum memoratum in (11) die praedicta Ministrum eligere praetermittat, ex tunc Ministri Provincialis provisio ad Generalem Ministrum libere devolvatur.

3. Verum, si praedicto Ministro et Capitulo Generali (12) ex certa et (13) manifesta ac rationabili causa videretur aliquando in Provinciis ultramarina et (14) Hiberniae, Graeciae seu Romaniae, in quibus hactenus alius providendi modus dicitur ex causa certa et rationabili fuisse ser-

(1) Cf. AFH II, 269-92, 412-30. (2) Cap. VIII. Opusc. 71.
(3) *Exivi*, BF V, 85, Orig. 257s. (4) Or. qua. (5) Or. *om.* si.
(6) Or. celebrari. (7) Or. aut. (8) = Codex: obstantem.
(9) Or. *om.* quorundam. (10) Or. vel etiam *et infra* ei.
(11) Or. *om.* in. (12) Or. Ministro praedicto et Capitulo Generalibus.
(13) Or. *om.* et; *infra loco* ac *legit* et. (14) Or. *om.* et.

vatus, expedire Ministrum Provincialem per Ministrum Generalem cum proborum Ordinis consilio potius quam per praedicti Capituli electionem perfici (1): in Provinciis Hiberniae et ultramarina irrefragabiliter, in Romania (2) seu Graecia, quando Minister dictae Provinciae moreretur vel absolveretur citra mare, illa vice servetur absque dolo, partialitate et fraude, super quo eorum conscientias oneramus, quod super haec dicta (3) Minister cum dictorum proborum consilio duxerit ordinandum ».

4. « In destitutione vero dictorum Ministrorum Provincialium servari volumus quod super hoc hactenus in ipso Ordine extitit observatum ».

5. « Ceterum, si contingeret eosdem Fratres (4) Ministro Generali carere, per Vicarium Ordinis fiat super hoc quod faciendum fuerat per eundem Ministrum usquequo provisum fuerit de Generali Ministro ».

6. « Porro si quid de huiusmodi Provinciali Ministro secus attentari (5) forte contigerit, illud ipso facto sit irritum et inane ».

3. Ex compilatione antiqua (6): 1. « Circa electionem Ministrorum Provincialium (7) similiter procedatur sicut in electione Generalis Ministri, excepto quod electores non oportet includi, nec in fine cantari: *Te Deum laudamus* ».

2. « Ordinamus autem (8), quod ipsi Provinciales Ministri, convocato Provinciali Capitulo, a [fol. 43 r. col. 1ª] subditis, id est Fratribus Provincialis Capituli eligantur, confirmandi per Generalem Ministrum. Electores vero Provincialium Ministrorum (9), postquam ad Capitulum convenerint, eligant praecise in die sequenti (10). Quod si ipsa die non elegerint, aut (11) in eligendo non convenerint ex tunc Generalis Minister eis provideat de Ministro ». « Nihilominus (12) tamen ipsi electores possint et debeant Provinciae de Vicario providere (13) ». « Possit (14) autem Provincialis Minister (15) eligi de toto Ordine. Quod si Provinciali Capitulo congregato, Ministrum Provincialem mori contigerit vel absolvi, possint Fratres in eodem (16) Capitulo congregati alium sibi eligere in Ministrum, quamquam ad hoc missi non fuerint vel vocati ».

3. « Custos (17) in cuius Custodia moritur Provincialis Minister (18), postquam sibi de morte Ministri constiterit, certo die praefixo et loco, in quo Fratres possint commode convenire, Provinciale Capitulum teneatur quam citius poterit, convocare, nisi propinquus fuerit terminus Provincialis Capituli celebrandi. Custos vero illius Custodiae, in qua Provinciale Capitulum celebratur (19), « vel si ipse defuerit, et in Pro-

---

(1) Or. praefici. *Transp.* (2) Or. *add.* vero. (3) Or. hoc dictus.

(4) Or. *om.* fratres. (5) Sic Or; Cod. acceptari.

(6) *Est comp.* Paris. 1292. Cf. Ehr. 125, not. 3. (7) *Transp.*

(8) Cf. Narb. Bo. 460, 2, 14 ss. Ehr. 125, 15 ss, *ubi legitur:* Ordinamus, quod Ministri provinciales... a subditis eligantur. *Est comp.* Paris. *modificans* Narbonensem. Cfr. Ehr. 125, notas 4 etc. (9) Ll. cc. autem. *Transp.*

(10) Ll. cc. *add.* ipsos tamen non oportet includi.

(11) *Verba* aut in eligendo non convenerint *leguntur* in Ehr. 125, not. 7, *ubi loco* aut *legit* seu. *Infra* tunc eis. (12) Ehr. 125, not. 8. (13) *Transp.*

(14) *Denuo* Narb. Bo. ll. cc. (15) *Transp.*

(16) Ll. cc. provinciali capitulo. (17) Ll. cc. *add.* vero.

(18) *Transp. Textus convenit cum* Paris. — Narb. Bo. et Ehr. ll. cc. *legunt:...* praefixo, in quo possit... Capitulum provinciale, quanto citius. Ehr. quam citius.

(19) Narb. Bo. 460, 2, 46 ss. *legit:* in qua Capitulum celebrabitur, tenebit Capitulum, quousque Vicarius sit electus etc. *et incipit. comp. Paris.* Cfr. Ehr. 126, not. 2 et p. 51.

vincia Vicarius Ministri non habeatur, Guardianus illius loci, in quo celebratur Capitulum, tenebit ipsum Capitulum, donec electio Ministri fuerit celebrata, et Vicarius de consensu maioris partis Capituli fuerit institutus. Qui ex tunc Capitulum teneat et regat Provinciam quousque Minister in Provincia habeatur ».

4. « Nullus Frater in Ministrum electus utatur officio Vicariae, cum hoc videatur contra statutum Capituli (1) Generalis. Electione vero celebrata terminatoque Capitulo, Vicarius Provinciae duos Fratres de corpore ipsius Capituli fide dignos, de consensu Capituli cum electionis decreto mittere debeat sine mora ad Generalem Ministrum pro confirmatione petenda, qui de electione et electo, ac statu [fol. 43 r. col. 2ª] ipsius Provinciae sciant et possint Generalem Ministrum, iuxta quod expedit, reddere certiorem ».

5. « Si autem mortuo Generali Ministro, aliquem Provincialem Ministrum (2) mori contigerit et alium eligi, statuimus, ut per Ministrum vicinioris Provinciae loco Capituli, in quo electio celebrabitur, et per duos Custodes eiusdem Provinciae similiter viciniores, electione et electo legitime examinatis et approbatis, electus confirmetur. Electus vero et Fratres, qui propter examinationem electionis et electi, a praedictis Ministro et Custodibus, fuerint evocati, eisdem in omnibus, quae ad examinationem et confirmationem pertinent, teneantur firmiter obedire ».

4. Bonifatius octavus in *mari magno* (3): « Custodes vero et Guardiani, qui secundum statuta eiusdem Ordinis, aliter quam per electionem instituuntur, propter ipsam institutionem seu provisionem de ipsis factam, curam animarum Fratrum sibi subditorum ipsius Ordinis habeant ipsosque ligare ac solvere possint iuxta ipsius Ordinis instituta ».

5. Ex compilatione antiqua (4). « De Custodibus vero provideatur in hunc modum. Minister Provincialis in Provinciali Capitulo, cum consilio et assensu Diffinitorum, et requisito consilio Fratrum de Custodia in Capitulo exsistentium, Custodiae provideat de Custode. Quod si ante Capitulum Provinciale (5) contigerit mori Custodem aliquem vel absolvi, Minister requisito consilio sex Discretorum ad minus de Custodia, eidem Custodiae provideat de Custode ».

« Nullus (6) autem Frater fungatur simul Custodis et Lectoris officio, nisi manifesta necessitas id requirat ».

6. Ex eadem (7): « Minister in Provinciali Capitulo cum consensu et consilio Diffinitorum et requisito consilio Custodum (8) et aliquorum Fratrum, locis conventualibus et non conventualibus [fol. 43 v. col 1ª] provideat de Guardiano. Quod si ante Provinciale Capitulum (9) Guardianum aliquem mori vel absolvi contigerit, si Minister ad locum illum commode accedere poterit, requisito aliquorum Discretorum de conventu illo (10) consilio, de Guardiano provideat illi loco. Conventum autem dicimus ubi tredecim Fratres et superior (11) possint continue commorari.

---

(1) L. c. concilii. (2) *Transp.*

(3) Cf. *Bull. Fr.* III, 19; cf. supra 279 n. 6.

(4) Narb. Bo. 461, 1, 4 ss. Ehr. 127, 7 ss:... autem et Guardianis. Ehr. *infra legit* Ministri provinciales in cap. provinciali.

(5) *Transp.* (6) *Redit textus* Paris. Ehr. 127, not. 1.

(7) Narb. Bo. 461, 1, 13. Ehr. 127, 14.

(8) Ll. cc. Custodis. *Infra verba* et non conventualibus *sunt comp.* Paris. Cfr. Ehr. 127, not. 2. (9) *Transp. sicut et infra.*

(10) Ll. cc. eodem *et transp.* (11) Ll. cc. supra.

Si vero Guardianum non conventualem mori post Provinciale Capitulum (1) contigerit, Custos de consensu Ministri provideat illi loco de Guardiano cum aliquorum consilio Discretorum (2), nec tamen illum amoveat sine Ministri licentia speciali ».

« Diffinimus (3) quod Custodes et Guardiani habeantur pro praelatis, quia ex privilegio domini Clementis Papae, quod dicitur *Mare magnum*, eis cura committitur animarum.. Et Guardiani in omnibus obediant suis Custodibus; nam quidquid Guardianus potest (4), potest et Custos. Caveant autem (5), ne in suis officiis ad invicem se perturbent ».

7. Ex eadem (6): « Minister Provincialis quando vadit ad Capitulum Generale vel alias exit Provinciam vel sic infirmatur, quod non potest Provinciali Capitulo interesse, dimittat Vicarium de consilio Discretorum. Vicarius vero sic institutus a Ministro, si Minister in Generali Capitulo fuerit absolutus vel ipsum interim mori contigerit, remaneat Vicarius auctoritate Ministri et Capituli Generalis. Quod si Minister absens absolutus fuerit in Capitulo Generali, officium exerceat, donec sibi (7) constiterit, quod fuerit absolutus » (8).

« Vicarius iste Provincialis Ministri et alius Vicarius a Provinciali Capitulo institutus eamdem in omnibus habeat potestatem, exceptis hiis, quae Vicariis Ministri ex privilegiis specialiter conceduntur. Potest enim uterque ipsorum Fratres absolvere ab illis (9) videlicet differentiis peccatorum, quae Ministris solummodo relinquuntur, et etiam punire peccatores (10). Possunt etiam instituere Vicarium Custodis vel Guardiani de consilio Discretorum [fol. 43 v. col. 2ª] si casus necessarius hoc requirat. Non autem possunt Fratres ad sacros ordines facere promoveri, nec ad Ordinem recipere vel eiicere iam receptos. Item Fratres non mittant extra Provinciam ad manendum, nec alios recipiant in sua Provincia moraturos. Item Fratres non transferant de una Custodia in aliam ad manendum, nisi evidens necessitas vel communis utilitas hoc requirat; et hoc de consensu Custodum illorum, si fieri potest (11) bono modo. Et breviter de loco ad locum non mutent (12) Fratres, nisi ex causa necessaria fuerit faciendum. Item non privent Custodiam vel locum vel Fratrem libris vel rebus aliis, nisi ex causa urgente cum Fratrum loci consilio Discretorum, et ablata usque ad examen Ministri vel Provincialis Capituli reserventur ».

8. Ex eadem (13) « Custos similiter cum ad Generale vadit Capitulum vel alias quandocumque exit Custodiam, foris aliquandiu moraturus, Vicarium instituat in Custodia sua de aliquorum ipsius Custodiae consilio Discretorum ».

---

(1) *Transp.*

(2) *Verba* Custos-discretorum *sunt comp.* Paris. Cfr. Ehr. 127, not. 4. Narb. Bo. 461, 1, 23-7 *intra parenthes. habet.* Si vero-licentia speciali, *quae scripta erant in calce et legit:* Custos requisito consensu Ministri, si est in Custodia, provideat illi loco de Guardiano, nec *tamen.*

(3) *Est comp.* Paris. 1292. Ehr. 127, not. 5. *Bull. Fr.* III, 19. (4) *Transp.*

(5) Ehr. tamen. (6) Paris. ap. Ehr. 127, not. 5. (7) Ehr. ei.

(8) Ehr. *intra parenthesim addit:* et tunc officium exerceat vicarius, donec provinciale capitulum fuerit congregatum.

(9) L. c. *add.* quinque differentiis. (10) L. c. peccantes.

(11) L. c. poterit. (12) L. c. mittant.

(13) Paris, ap. Ehr. 127, not. 5, 26 ss.

9. Ex eadem (1): « Propter vitanda pericula volumus, quod non passim Guardiani Vicarios instituant, quando de domo egrediuntur (2), nisi certas personas discretas et (3) securas, et hoc de Ministrorum suorum consilio vel Custodum ».

10. Ex eadem (4): « Fratres patientes defectus natalium non fiant praelati in Ordine nostro nec eorum Vicarii ordinarii, ita quod oporteat eos tenere Capitulum. Alias vero poni possunt (5) ad modicum tempus, in quo non oporteat eos Capitulo praesidere. Nec possunt esse Inquisitores nec Visitatores Ordinis nostri, nec etiam Sororum Ordinis sanctae Clarae, nisi cum eis fuerit dispensatum ».

11. Ex eadem (6): « Nullus praeficiatur in officio Fratrum, nisi (7) possit ducere vitam communem (8), quae tam a praelatis quam a subditis observetur, et (9) maxime in vestibus, cibis et lectis ». [fol. 44 r. col. 1ª].

12. Ex eadem (10): 1. « Praecipimus per obedientiam in virtute Spiritus Sancti, ut nullus Frater per se vel per quamcumque interpositam personam suadeat vel suaderi faciat alicui praelato (11), regi vel communitati, castro, villae vel alicui personae extra nostrum Ordinem exsistenti, ut aliquid immutetur de statu Ordinis nostri (12) vel ordinatione Provinciae alicuius vel divisione, vel unione Provinciae vel Custodiae, vel quocumque Fratre seu Fratribus de loco aliquo amovendo (13). Et quicunque scienter contrafecerit, ex nunc nos Generalis (14) ac Provinciales Ministri et Diffinitores Capituli Generalis talem Fratrem, contra praeceptum praedictum scienter facientem, excommunicamus in scriptis, et ab omni ordinum executione suspendimus (15) omnique actu legitimo privamus; nec absolvi a dicta excommunicatione, seu (16) a dicta suspensione relevari possit, nisi per Generalem seu Provincialem Ministrum vel eius Vicarium. Et cui haec poena non competit, privetur habitu Ordinis, nec restituatur nisi per aliquem praedictorum (17), ac sine spe redeundi de sua Provincia expellatur ».

2. « Item, si quis obedientiam sibi vel alteri (18) Fratri iniunctam per se vel per alium cum personis extra Ordinem scienter et ex deliberatione studuerit (19) revocari, omni actu legitimo sit privatus quousque per Provincialem Ministrum vel eius Vicarium aut per alium, cui ipse in speciali commiserit, fuerit restitutus. Nec aliquis Frater detineatur in officio Fratrum vel removeatur ab eo propter principum vel aliorum petitiones, nisi propter causas alias instituendus sit in officio vel etiam amovendus ».

13. Ex eadem (20): 1. « Ad Provinciale Capitulum conveniant Custodes et Fratres de Provincia secundum quod in Provinciali Capitulo fuerit

---

(1) Paris. Ehr. 127, not. 5: Item ad *vitanda*. (2) *Transp.*
(3) L. c. atque. (4) Paris. Ehr. 127, not. 5. (5) *Transp.*
(6) Narb. Bo. 461, 1, 31-4, Ehr. 128, 4-6. (7) Ll. cc. *add.* qui.
(8) Ll. cc. *transp.* (9) Ll. cc. *om.* et.
(10) Paris. Ehr. 115, not. 3: Per obedientiam praecipimus.
(11) L. c. *addit* vel clerico, *et post* regi *addit* vel principi.
(12) L. c. *om.* nostri. (13) L. c. vel ammocione fratrum de aliquo loco.
(14) L. c. *addit* minister et, *et infra* generalis capituli celebrati apud Lugdunum anno Domini MCCLXXII (!) in pentecoste *talem*.
(15) *Transp. et legit* suspendimus eum... ordinis.
(16) L. c. nec.... generalem ministrum vel eius vicarium.
(17) L. c. per eundem. (18) L. c. alii.
(19) L. c. procuraverit revocari, nos ex presenti statuto suspendimus huiusmodi ab omni sacramentorum perceptione.
(20) Narb. Bo. 461, 1, 45-8. Ehr. 129, 8-10: Ad istud capitulum.

ordinatum, proviso tamen quod multitudo venientium, quo melius poterunt, evitetur ». « Et (1) ideo nullus Frater pro praedicationis officio ad Capitulum Provinciale mittatur, nisi de Ministri consilio et assensu » (fol. 44 r. col. 2ª). « In hoc Capitulo (2) et in aliis electionibus vocem per se non habeant Fratres in monasteriis commorantes. Admittantur tamen ad electionem Discreti ad Capitulum mittendi in locis iuxta quae morantur, sicut Fratres ceteri de conventu ».

2. « Lectores (3) etiam extra Provinciam legentes et similiter Fratres extra suam Provinciam studentes, in electionibus Discretorum tam ad Generale quam ad Provinciale Capitulum, vocem tantum activam habeant, non passivam. « Hanc autem electionem » Discreti ad Provinciale Capitulum Fratres faciant prima die, alioquin Custos » vel eius Vicarius « eis provideat de Discreto (4) ».

3. « Guardianus (5) autem teneat Capitulum, quando de excessibus Ministri et Custodis, et eorum insufficientia et (6) aliis transmittendis ad Capitulum inquiritur. Cum vero de Guardiani excessibus inquiritur, aliquis eorum institutus a Guardiano de consilio aliquorum Discretorum teneat Capitulum. Praedicti vero de excessibus et insufficientia praelatorum diligenter per obedientiam (7) inquirere teneantur; alii (8) Fratres inquirenti teneantur per obedientiam bona fide veritatem de omnibus respondere ».

4. « Et (9) nullus Frater eodem anno in electione Discreti ad Provinciale Capitulum seu Custodiale vocem habeat nisi unam, et si secus factum fuerit, secunda vox nulla sit et inter voces eligentium minime computetur ».

5. « In praedictis (10) autem inquisitionibus tam revelantes (11) accusantium nomina quam inquirentes, ad poenam, quae in aliis visitationibus imponitur, obligentur ». « Custos (12) vero huiusmodi scrutiniis (13) non intersit. Istud autem scrutinium ultra unius diei spatium nolumus prolongari ».

14. Ex eadem (14): « Nihil portetur ad Capitulum, nisi (15) fuerit discussum, probatum et examinatum legitime et in terminis explicatum et approbatum a maiori parte Fratrum locorum suorum, fideliter conscriptum, lectum et sigillatum coram omnibus loci sigillo, ut ad Provinciale Capitulum destinetur », et accusatum (16) ac probatum legitime, quod de genere [fol. 44 v. col. 1ª] actus est peccatum mortale, vel inducit notabiliter relaxationem observantiae regularis, vel declarat insufficientiam manifestam, nullus impediat approbari, quin (17) Provinciali Ca-

(1) *Redit textus* Paris. an. 1292. Ehr. 129, not. 1. *Est vero Cap.* Assis. 1269, cf. Little, *English Historical Review,* XIII, London 1898, 706.

(2) Narb. Bo. 461, 1, 49ss. Ehr. 129, 11.

(3) *Est comp.* Paris. l. c. 129, not. 2, p. 130, lin. 1-3. Ehr. l. c. provinciam suam studentes in electionibus.

(4) Cfr. Narb. Bo. 461, 2, 6-7. Ehr. 130, 3-4.

(5) Narb. Bo. 461, 2, 8-19. Ehr. 130, 5-12.

(6) Ll. cc. *addit* de *et post* capitulum provinciale.

(7) Ll. cc *om.* per obedientiam.

(8) Ll. cc. et alii fratres teneantur bona.

(9) Hoc *decretum* Et nullus — computetur *ineditum videtur.*

(10) *Est* Paris. Ehr. p. 130, not. 4. (11) L. c. revelantes. Cod. revelatores.

(12) *Redit* Narb. Bo. ll. cc. (13) Ll. cc. scrutinio.

(14) Narb. Bo. Ehr. ll. cc. (15) Ll. cc. *add.* quod. *Transp. et add. in not. 6.*

(16) *Iterum incipit* Paris. Ehr. 130, not. 7. (17) *Sic* L. c. Cod. quando.

pitulo transmittatur. Et idem dicimus de scribendis ad Capitulum Generale. Quicunque (1) contrafecerit, repellatur a Capitulo et nihilominus (2) puniatur: et inquiratur de loco et (3) tempore et modo. Et haec forma in visitatione qualibet observetur.

15. Ex eadem (4): « Excessus autem Ministri (5), Custodis et Guardiani et aliorum, qui corrigendi fuerint, coram illis tantum, qui noverunt excessus, in Provinciali Capitulo audiantur, et qui corrigendi fuerint, corrigantur, nisi talis sit excessus, qui sit poena publica puniendus. Excessus (6) Guardiani, qui mittuntur ad Capitulum Provinciale, recitentur ei in publico coram conventu suo, si ad dictum Capitulum non fuerit profecturus. Et si aliquid grave accidisset in Provincia vel contigisset in via, quod alias ad Capitulum missum non esset, debeant Fratres, quibus notum est, coram Diffinitoribus accusare ».

16. Ex eadem (7): « Isti in loco Capituli congregati, ipsa die quiescant et deliberent usque mane diei sequentis. Et tunc, audita Missa, ingrediantur Capitulum, et invocata Spiritus Sancti gratia, fiat sermo Fratribus in communi. Deinde eligant ex (8) seipsis quatuor tantum Diffinitores per disquisitionem trium, quos Minister, Custos et Guardianus loci vel duo ipsorum, si tertius defuerit, ad hoc duxerint (9) eligendos ». « Si autem (10) contingat in electionibus Diffinitorum plures quam quatuor maiorem partem vocum medietate omnium habere, illi qui plures voces habent, pro Diffinitoribus habeantur. Si vero qui pauciores ex ipsis habent fuerint in aequali numero, iteretur scrutinium quoad illos, quousque per pluralita- [fol. 44 v. col. 2ª] tem vocum, electio unius alteri praeferatur ».

17. Ex eadem (11): « In huius Capituli principio, Custodes et Guardiani (12) per se, si praesentes, vel per litteras, si absentes, semper renuntiare teneantur, quorum renuntiatio a Ministro vel ab eo, qui tenet capitulum loco eius cum Diffinitoribus in fine Capituli, si videbitur, admittatur. Si autem Minister interesse non poterit, si (13) Vicarius eius fuerit vel Custos, in cuius Custodia Capitulum celebratur, Capitulum teneat loco eius ».

18. Ex eadem (14): « Diffinitores vero possint corrigere Provincialem Ministrum, diffinire et expedire omnia cum ipso, quae ad Provinciale Capitulum pertinebunt, quae sunt haec: collatio super transmissis ad Capitulum; correctio eorum, quae Provinciali Capitulo corrigenda notificantur (15); ordinatio lectorum; ordinatio eorum, quae ad necessitatem vel ad (16) honestatem morum Provinciae videbuntur pertinere, cum diversae Provinciae diversis consuetudinibus varientur. Nullas tamen constitutiones aut ordinationes ibi faciant (17) absque maioris partis Capituli consilio et assensu ».

---

(1) Narb. Bo. Ehr. ll. cc. *cum omissionibus in hoc textu.*
(2) Ll. cc. *add.* graviter.
(3) Ll. cc. *om.* et.
(4) Narb. Bo. Ehr. ll. cc.
(5) Ll. cc. *add.* et *quod om. post* custodis.
(6) Ll. cc. Item... mittentur ad prov. capit.
(7) Narb. Bo. 461, 2, 45-52. Ehr. 181, 6-11.
(8) Ll. cc. de *cum. transp.*
(9) Ll. cc. duxerit.
(10) *Incipit* Paris. Ehr. p. 181, not. 1.
(11) Narb. Bo. 461, 2, lin. 53-4, et p. 162, 1, l. 1-7. Ehr. 181, 12 ss.
(12) Ll. cc. *add.* conventuales... praesentes fuerint.
(13) Ll. cc. *sic.* Cod. *add.* et.
(14) Narb. Bo. 462, 1, 7-18. Ehr. 181, 19 ss.: Praedicti vero *et infra transp.*
(15) Ll. cc. notificabuntur, *et om.* ordinatio lectorum.
(16) Ll. cc. *om.* ad.
(17) Ll. cc. ibidem. *et transp.*

19. Ex eadem (1): « Subditi autem, qui fuerunt (2) Diffinitores in praecedenti Generali seu Provinciali Capitulo, sequenti consimili Capitulo non sint Diffinitores. Et dicimus hic subditos omnes sub Ministris Provincialibus constitutos ».

20. Ex eadem (3) « Praedicti etiam electores quintum ex seipsis eligant, qui in hoc tantum possit articulo, videlicet ut, si quatuor Diffinitores in correctione Ministri in partes aequales se diviserint, eorum sententia praevaleat, quam idem duxerit approbandam. Idem tamen quintus, qui sic eligitur in Capitulo Provinciali, non intelligitur (4) pro Diffinitore, unde potest anno sequenti (5) eligi Diffinitor ».

21. Ex eadem (6): 1. « Electis igitur Diffinitoribus, litterae, quae super [fol. 45r col. 1a] facto Ministri Provincialis a Fratribus locorum sunt transmissae, eisdem Diffinitoribus praesententur. Et si qui sunt (7) in eodem Capitulo, qui praeter illa, quae scripta sunt, probabilia tamen habent dicere de Ministro, Diffinitoribus tantum dicant (8), qui super scriptis aut taliter relatis, habita seorsum diligenti deliberatione, Ministrum corrigant secundum formam superius praetaxatam.

2. Et quandocunque Diffinitores voluerint (9) de Ministro inquirere, teneatur ipse Minister de Capitulo exire: qui si incorigibilis fuerit, ipsum ab officio ministerii suspendant (10) et Vicarium de consilio et assensu maioris partis Capituli Diffinitores constituant, ac sine dilatione causam suspensionis et (11) incorrigibilitatis per Capitulum approbatam sub sigillo Vicarii et Custodis Ministro significetur (12) Generali. Si vero insufficiens reputetur, eidem similiter significetur, ita tamen, quod neutrum horum fiat absque maioris partis Capituli consilio et assensu ».

3. « Minister (13) vero sic suspensus non instituat Vicarium nec intromittat se de officio, donec de suspensione fuerit iudicatum, nec ei praecludatur via, quando possit, ire ad Generalem ad se, si voluerit, excusandum (14) ».

La lutte entre les partisans de Mirebeau et les frères de Ste Colette ne cessa point à la suite des interventions royales. On trouve encore, aux mêmes archives des Clarisses d'Amiens une bulle originale d'Innocent VIII accordant aux abbés de St. Martin d'Amiens et de St. Acheul le pouvoir de juger sur l'appel fait par l'abbesse de Ste Claire d'Amiens, Marguerite de Balinot, contre les frères de l'Observance qui voulaient s'emparer du gouvernement de cette maison (VII idus maii 1489. *Sane nobis dilecte in xpo filie Margarite*) (1).

Paris. *(A suivre).*

P. Ubald d'Alençon, O. M. Cap.

(1) Le 17 mai 1467, le P. François de la Rovère, dans une lettre en se[pt] articles au Provincial de Bourgogne avait réglé les pouvoirs du visiteur d[es] Réformés Colétans. Arch. Clar. Amiens. n. 9.

SPECULUM IMPERFECTIONIS FRATRUM MINORUM

COMPACTUM PER VENERABILEM ET RELIGIOSUM

P. F. IOHANNEM BRUGMAN O. F. M.

Cum animo insideat brevi e codice MS. num. 142, tunc plenius describendo Musaei archaeologici Namurcensis plura documenta ad familiam, uti aiebant, Observantium spectantia, prelo committere, in praesentiarum hic opellam utique brevem, sed ponderosam Venerabilis P. F. Ioannis Brugman O. F. M. in lucem, ex eodem codice fol. 233r.-241v. proferimus.

Quis autem, qualisque fuerit celeberrimus ille Fr. Ioannes Brugman norunt omnes, quantique ipsum et eruditissimi habeant Protestantes, satis superque patescit egregio ex opere Dr. D. W. Moll (1). Oriundus quippe noscitur Ioannes Brugman a Campis, in dioecesi Coloniensi, saeculo XIV ad finem vergente. Litteras humanas apprime edoctus, ac saeculi oblectamentis paulisper deditus, mox resipiscens, ordinem divi Francisci amplecti decrevit. Florescente iam tunc Observantia in conventu S. Audomari, Ioannes eo properavit, vilemque Franciscanorum tunicam induit, sanctitati scientiaeque operam daturus. Mox autem officio Lectoris Theologiae ibidem perbelle annis plurimis perfungi visus est.

Ubi vero Gaudani confratres Observantiam alacriter amplecti statuerunt, zelo refertus Ioannes Brugman in patriam remeavit, Observantiam strictiorem in Provincia Coloniensi suffulturus.

Ministerio sacro interea deditus, viginti ferme per annos Germaniae Inferioris oppida animarum salutis sitibundus obivit, Verbum Dei indefesse disseminans, uti praedicator et celeberrimus et efficacissimus, haud pauca passim Ordinis excitans coenobia. Dignus exinde qui Mechliniae Guardianus, moxque Provincialis Vicarius Observantium nuncuparetur.

Necessitudine interea devinciebatur Dionysio Carthusiano a Ryckel, qui amico suo Ioanni libellum de *Doctrina et regulis vitae christianae* dicare gestivit. Regulae franciscanae acerrimus propugnator, conventum Amstelodamensem, non sine luctamine quidem, ad austeriorem vivendi formam adigere sategit. Obiit tandem fortis athleta Neomagi die 19 Octobris anno 1473; quartoque post anno exuviae in novella Ordinis ecclesia ibidem conditae sunt, cervix autem sub altari maiori honorifice collocata. Templum vero a Geuzis anno 1566 funditus dirutum est.

Speculum imperfectionis quod attinet, iam indigitatum videtur a Patre nostro Petro Van den Haute O. F. M. in suis *Miscellaneis* (2), ubi fatetur

(1) *Iohannes Brugman en het godsdienstige leven onzer Vaderen in de vijftiende eeuw*, Amsterdam 1854, 2 voll. in-8°.

(2) *Chronica-Miscellanea Anecdota*. XI. voll. Archivi Provinciae Belgicae Bruxellis.

in archivo conventus Observantium Coloniae asservatum olim exstitisse opusculum Patris Ioannis Brugman, titulus cuius: *De ruinis observantiae.*

Insuper et Pater Servatius Dirks O. F. M. (1) aperte monet se copiam huiusmodi opellae reperisse in codice P. Iacobi Polii O. F. M., Chronologi quondam Provinciae Coloniensis († 1658), incunctanter fatentis se verbotenus exscripsisse vetus Confluentiani Conventus Manuscriptum, mutuatum autem ab illustri nostro Iosepho Bergaigne O. F. M. episcopo Sylvaeducensi.

Cum autem teste P. Servatio Dirks (l. c.) in « *De Ruinis observantiae* » reperiatur quasi examen conscientiae praepositorum, opusculum, hîc typis exaratum, omnino illi consonare dignoscitur, neque diversum clamat auctorem.

Quoniam Fr. Ioannes Brugman hoc in opusculo, omnes, qui accidere quasi possunt defectus, fratribus ob oculos ponat in unum collectos, minime hinc inferendum erit, talem congeriem in fratribus Observantiae, cuius ipse promotor zelosus exstitit, revera inventam fuisse. Et existentes imperfectiones increpare vehementer, et futuras quae accedere possent praecavere, prudenter studuit praedicator ille famosissimus, solitus in vitia omnia acerrime invehere. Insuper ipse Fr. Ioan. Brugman expresse se hic ad vitia obiurganda limitavit, tacens, uti ait ipse in cap. V huius tractatus (2), de bonis Fratribus, de eorum numero et qualitate, virtutibus, meritisque.

Manifestissimum est Fr. Ioannem Brugman titulum illum *Speculum Imperfectionis* opellae suae praefigendo ad librum antiquum, qui *Speculum Perfectionis* inscribitur, respexisse, quanquam Speculum Perfectionis, opus historicum sit, non theoreticum, et factis S. P. Francisci ibi narratis, praecepta et doctrinas inserat (3). Notes velim Fr. Brugmanum pluries monere, ut antiquos auctores sui praesertim Ordinis, Fratres Minores legant atque discant: (cap. VI, iuvenes; IX, novitiorum magistri, XIV, guardiani). Plura demum ab eo reprehensa optimo fructu et profectu omni aetati et loco pensanda sunt, eruntque semper!

Fusius quisquis circa Ioannem Brugman indagare voluerit praeter opus clari Dr. Moll, consulat praecipue P. Servatii Dirks O. F. M. (4), et P. Patritii Schlager (5) O. F. M. (6).

---

(1) *Histoire littéraire et bibliographique des Fr. Mineurs de l'Observance en Belgique et dans les Pays-Bas*, Anvers [1885], p. 6. — Ibi p. 1-6 alia opera Fr. Brugmani habes enumerata. (2) Cfr. infra p. 616. (3) Duae illius libri recensiones, uti aiunt, circumferuntur, alia brevis, alia longior, illam P. Leon. Lemmens O. F. M. in: *Documenta Antiqua Franciscana* Part. II. *Speculum Perfectionis* (Redactio I), Ad Cl. Aq. 1901 evulgavit; de ista, quam Sabatier edidit, cf. infra p. 617. (4) *Dirks* l. c. p. 1-7.

(5) *Beiträge zur Geschichte der Kölnischen Franziskaner-Ordensprovinz im Mittelalter*, Köln 1904, pag. 113 seq., 155; 169-79; 198-203.

(6) Exemplar, e quo hoc Brugmani opusculum edimus, insertum est in fine codicis sec. XV: ipsum vero ab imperito et satis negligente librario sec. XVI exaratum. Nam parum ignarus latinae linguae et vetustioris scribendi rationis, necnon aurem magis quam sensum secutus, saepius facile deprehenditur, cum verborum numerum, genera, desinentias, formas assimilet, confundat et corrumpat; ex. g. scribit: *veritus* pro *veriti*, *curvatur* pro *curvant*, *ales* pro *alas*, *accusationibus fratribus* pro *a. fratrum*, *naturae* pro *nomine*, *devotos et zelotos*, *salus magnus*, etc., uti in notis apparebit, in quibus principales tantum correctiones indigitavimus. Quod pertinet ad transcriptionis rationem, qua usi sumus, *j*, *y*, *ph* ad modernam orthographiam emendavimus, diphtonga semper adiecimus, in quibus scriba constans non est, reliquas formas, tempori et loco magis proprias, integras relinquentes.

[f. 233r] **Speculum imperfectionis Fratrum Minorum compactum per venerabilem et religiosum patrem fratrem Brugman.**

I. *De familiaribus.*

In primis nota, quod nostra Observantia minatur ruinam, quando et ubi familiares dimittuntur libertati suae et permittuntur ociari et vident fratrum infirma, et ex familiaritate incurrunt fratrum contemptum, et quando permittitur eis habitus ordinis; et quando permittuntur procurare pro fratribus privatim et pro seipsis sine scitu gardianorum et praesidentium, unde et postea exeunt et confundunt nos mendatiis.

II. *De Noviciis.*

Secundo oritur ruina ordinis, quia (1) non probantur novicii, neque exercitantur humilibus obsequiis aut devotionibus perfoventur, nec vident exempla, quibus trahantur ad devotionem a professis, imo scandalizantur soepissime a senibus et iuvenibus dissolutis. Unde etiam verificatur id: « *Vae vobis, qui circuitis mare et aridam, ut faciatis unum proselytum* (2) » et putant soepe invenire aurum nitreum, cum, proh dolor, inveniant lutum et auricalcum, ymo tutius esset eos relinquere in saeculo, quam voluntarie tales pusillos depravare.

III. *Item de Laicis noviciis.*

Quid dicam, cum humillimi in saeculo existentes et obsequiosissimi dum petunt habitum, tanquam *onagri in siti sua* (3), relinquuntur inculti, inepti, sine devotione quacumque, et hoc soepe fit, quia nec recte ingrediuntur ostium, sed per posticum et aliunde, utpote quia quaerunt ocium, fugiunt mendicitatem, aut consumpserunt sua prodigaliter. Secus est de his, qui spiritu Dei habitum susceperunt.

Item notandum, quod soepe notamur ab aliis (4) religiosis, eo quod recipimus homines vanos, vagos, prodigos, abortivos aliarum religionum, et infames, abiectos, debitis obligatos et huiusmodi. Notamur insuper, quod sumus causa multorum scelerum praedictis, scilicet prodigis et notoriis sic ad nos venientibus; dicunt enim in tabernis: « postquam consumpsero et dilapidavero bibendo, taxillando, fornicando, litigando substantiam meam cum meretricibus et histrionibus expendendo (5), adhuc ero bonus frater Minor »; et sic facti sumus latibulum et refugium huiusmodi malefactorum. Fit quoqüe nonnunquam, quod tales, si venerint cum armis, facibus, fustibus et balistis, reverentius et citius recipiuntur ad ordinem, quam Adam (6) pelliceis et griso habitu indutus, quantumcumque devotionem habeat et praetendat, unde: *multiplicamus gentem sed non multiplicamus laeticiam* (7).

(1) Cod. *hic et saepe potius* quare.
(2) Matth. 23, 25.
(3) Cf. Psalm. 103, 11.
(4) Cod. *bis* ab aliis.
(5) *Alluditur ad* Luc. 15, 30.
(6) *Alluditur ad* Gen. 3, 21.
(7) Cf. Is. 9, 3.

IV. *De Conventualibus et aliis religiosis.*

Tertio dico, quod sicut nobis salus ex Conventualibus fratribus provenit in Observantia, maxime qui bono spiritu ad nos declinant tamquam viri bonae voluntatis et status nostri fortissimi propugnatores, sic etiam *mors* est *in olla* (1), praesertim ab his, qui sinistro spiritu ad nos declinant, spiritum devotionis non habentes neque quaerentes in sua prima conversione, quoniam semper manent aridi, stolidi, ociosi, vagi, nugigeruli, cachinnantes, murmurantes, detrahentes, sussurrantes, consolationes quaerentes carnis, tepidi et insolentes, nunquam ad spiritum devotionis pervenientes, [234r] quia quales conantur esse in primo anno, tales perseverant usque in finem; sub vestimentis ovium facti sunt lupi rapaces (2). Item audeo dicere, quod sicut per bonos et ardentes Conventuales conversos Observantia manutenetur, ita per tales tepidos et remissos, quibus sufficit in esca, somno et potu dies huius vitae transigere, destruitur funditus et enervatur ac prorsus disruitur Observantia tota. Sufficit enim talibus ore solvere horas, non publice fornicari, non habere pecunias, non generare filios et filias; aemulando autem meliora charismata in oratione, silentio, in compunctionibus, in mortificationibus, in caerimoniis, in exemplaritate, in simplicitate, in humilitate profunda, parum cogitant et curant perminimum. Isti sunt leones, apri, vulpes et canes, qui depascunt et exterminant vineam Dei (3) et beati Francisci.

V. *De Laicis.*

Quarto dico, quod quamvis a sanctis laicis nostra religio ortum acceperit tempore beati Francisci, et etiam a nonnullis in diebus nostris, attamen minatur religio ipsa sanctissima ruinam ob nonnullos, [qui] statim cum professi fuerint, relinquuntur absque magistro seu informatore propriae libertati, et efficiuntur procaces, effrontes, stolidi, praesumptuosi, irreverentes maioribus et sacerdotibus in die conscientiarum, coeci, protervi, inflati, iracundi, ociosi, verbosi, non parcentes praelatis, pares suos vilipendentes, inferiores deridentes, de omnibus se interponentes, et tamen omnia officia conventus non facientes, clericis se aequiparantes, quia tonsuram non habent verecundantes, ministerio se substrahentes, superiores suos ad servitutem redigentes. Taceo de his, quos humilitas, pacientia, operositas, devotio, mansuetudo, [234v] caritas, ceteraeque virtutes praeclaros faciunt, quia non minori reverentia tales censeo fore dignos quam alios clericos, salvo ordinis sacri caractere. Causa erroris talium mihi videtur trahere originem ex eo, quia illico cum professi fuerint et scripturarum non habeant peritiam, relinquuntur libertati suae, plus quam clerici et etiam sacerdotes, unde ad spiritum veritatis, sic expositi consilio proprio, nunquam aut raro possunt attingere, imo Ordo gravatur per eosdem.

VI. *De Clericis noviter professis.*

Quinto dixerim quod fratres iuvenes relinquunt, proh dolor, aquae vivae fontem (4) sanctae orationis et devotionis et recollectionis ac com-

(1) IV Reg. 4. 40. (2) Cf. Matth. 7, 15. (3) Cf. Psl. 79, 14. (4) Cf. Baruch 3, 12.

punctionis, imo nec instruuntur in scriptis Ordinis, utpote in regula, declarationibus summorum Pontificum atque doctorum super regulam scribentium. Sed neque in Statutis generalibus, papalibus et ceteris, et in Actibus Sociorum (1), Speculo perfectionis (2), Legenda sancti Patris (3), neque in dictis Hubertini (4) etc., ex quorum studio omnium possent fieri zelatores ordinis, optimi praelati et directores aliorum. Item audeo dicere quod necesse est Observantiam ruinam pati eatenus, quia iuvenes huiusmodi statim post professionem spernunt libros devotionales, utpote Vitam Ihesu (5), Profectum religiosorum, Speculum novitiorum (6), Stimulum amoris (7), *Qui sequitur me* (8), Horologium aeternae sapientiae (9) et Manuale Augustini (10), meditationes eiusdem (11), meditationes Bernardi (12), Arbor[em] Crucifixi (13). Sed, proh dolor, et proh pudor, statim cum ablactati fuerint, ab uberibus (14) magistri novitiorum, vel penitus, ut frater musca (15) devotionis studium relinquentes, ocio se exponunt; garrulantes et deridentes, aut sine alis ad astra volant, necdum alas habentes, studendo leges, iura et pompatica seu curiosiora (16) quaevis, ut appareant [235r] tantum et vocentur clerici, voce tantum, non fundati in primitivis. Item replent scartabellos (17) et coacervant rapiaria (18), spiritum devotionis, quem regula adeo commendat (19), prorsus extinguentes. Denique de illis rapiolis fient amiturgia (20) vel cibus ignis, tamen per inobedientiam et ex propria voluntate et pro proprio commodo scripta sunt, contempto bono communi, vel quia soepe talibus se iuvare nesciunt, vel quia non possunt, tanquam gratia Dei merito privati, quia *quae sua sunt quaerunt, non quae Ihesu Christi* (21), vel quia talibus libellulis nemo se iuvare potest tamquam incorrectis et inordinatis, non secundum [et], per, sed praeter et contra obedientiam scriptis et a Deo abiectis et vilipensis. Item tales iuvenculi, cum vident se privatos gratia audiendi confessiones et sermocinandi ad populum, raro deplangunt tem-

(1) Est liber quem edidit cl. P. Sabatier: *Actus B. Francisci et sociorum eius*, Paris 1902.

(2) *Speculum Perfectionis seu S. Francisci Legenda antiquissima auctore Fr. Leone*, ed. P. Sabatier, Paris 1898. De codicibus pluribus huius operis et praecedentis, et quidem in regionibus, quas incolebat Brugman, cfr. AFH I, 301-412.

(3) Coniiciam eum alludere tantum ad *Legendam Maiorem* S. Bonaventurae; *Opera Omnia* VIII. Ad Cl. Aq. 1898, 504-564, et seorsim, ibidem 1898.

(4) Cf. eiusdem: *Arbor Vitae crucifixae Iesu*, Venetiis 1485, in 4°.

(5) Videtur esse celeberrima *Vita D. N. Iesu Christi* a Ludolpho Saxone, Cartusiano, qui obierat 1377, conscripta, et postea saepissime edita, cf. Hain, *Repert. Bibliogr.* III, 10288 ss. Copinger, *Suppl.* I, 10389 ss.

(6) Sunt duo opera Fr. Davidis de Augusta: ed. Ad Cl. Aquas 1899; secundum vero esse etiam poterit *Regula Novitiorum* S. Bonaventurae: *Opp. Omn.* VIII, 475-490.

(7) Cf. Fr. Iacobi Mediol. O. F. M. *Stimulus Amoris*. Ad Cl. Aquas 1905, 1-192.

(8) Est *Imitatio Christi*.

(9) Opus Fr. Henrici Susonis O. F. Praed., cf. *Quétif-Echard, Scriptores Ord. Frat. Praed.* Paris 1719, I, 653-8.

(10) Cf. Migne, *Patr. Lat.* XL, 863 seqq.

(11) L. c. XL, 901 seqq.

(12) L. c. CLXXXIV, 486 seqq.

(13) Cf. supra nota 4.

(14) Cf. Is. 28, 9.

(15) Cf. II *Celano* II, c. 46 ed. Alenconien. p. 228 (II Cel. 3, 21.) *Spec. Perf.* ed. Sabatier. c. 24. p, 49 s.; II *Cel.* II. c. 29. p. 331. (II, 25).

(16) Cod. curiosiosa.

(17) i. e. Codex sive liber; Ducange s. v.

(18) *Deest apud* Ducange.

(19) Cap. V. *Opusc. S. Fr.* 1904, 68.

(20) Ducange, amiterzia = fimbria. Cod. fiant.

(21) Cor. 13, 5.

pus, et sic per scripturas inanes inaniter expensum, rarius de sic inobedienter scriptis cognoscunt culpas suas, rarissime resipiscentes ad spiritum devotionis redeunt, sed ut vasa vacua et signata, omni vento temptationis se exponunt (1), et quod flebile est, cum illis scartabellis sic depictis velut idolis et simulacris tamquam proprietarii moriuntur et decedunt. Item dico, quod huiusmodi infructuosi scartabellorum collectores, et opus quod illis per obedientiam iniungitur a praelatis, aut charitative ab illis desideratur ab eisdem, negligunt, qui etiam aliquando in tanta copia de his libris (2), ut indigent caballis et asinis, ut de loco ad locum transmigrantes idola sua transferant, tanquam mercatores. Idem dico de novellis (3) sacerdotibus et iuvenibus.

VII. *De Sacerdotibus et celebratione eorumdem et eorum ociositate.*

Sexto dico, quod periclitatur sacra religio propter multiplicationem et promotionem inutilium ad sacerdotium, cum revera ministerium tantum sit [235v] virorum angelorum et non porcorum hominum. Et unde hoc nisi multiplicati paucis (4) nolumus esse contenti, qua ex re recipimus tricenaria, et soepius quam expediat, ad quae continuanda requiritur numerus sacerdotum et non modicus, ut quis quid accipiat. Item soepius accedunt, minus praeparati, minus recollecti, minus cum Domino crucifixi, minus reverentes, minus ordinati. Item multiplicantur et praeferuntur ex eis cantores oratoribus, clamatores lacrimatoribus, praedicatorculi garruli devotis suspiratoribus, quaeritur numerus vitae eorum; non veriti placere plus hominibus quam Deo et angelis. Interdum fastidium, non (5) misterium, non tam salus animarum in fratribus, quam gloria inanis quandoque coram saecularibus quaeritatur, unde etiam fit, ut hoc scientes, quod praelati gaudent in multitudine missarum, cantuum et praedicationum, statim, cum ut (6) pullus de testa ovi evaserint et vix XXV^m annum attigerint aetatis, statim ambitionis spiritu inflati, minus digni ad ordines, ad sacerdotium aspirant, et si non promoveantur murmurant, detrahunt et lacerant (7); promoti quoque difficiles ad celebrandum, ad cantandum, ad praedicandum, aut alias gratias graves, se faciunt. Sicque fit quod praesidentes et praelati tales iuvenes importune exaltantes et in complacentia huiusmodi propter multitudinem missarum et cantuum, praedicationum superfluarum plus debito gloriantes, postea deprimuntur ab eisdem quos exaltaverunt, et dicunt: *filios enutrivi et exaltavi* etc. (8); et filii, more vipereo, patres suos spirituales confundunt et spiritualiter occidunt. Et merito haec patiuntur atque sic ab ingratis iuvenibus subplantantur, eo quod non pure quaesierunt gloriam Dei. Scriptum est enim: *Dissipavit enim Deus ossa eorum* [236r] *qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus sprevit eos* (9). Item tales communiter furantur Deo omnipotenti laudem suam, a divino offitio se sequestrantes, tempore officii in choro particulariter legentes, tempore suo

(1) Cf. Ier. 14, 3.
(2) *Subaudi* gravantur.
(3) Cod. novelis.
(4) Cod. pacis.
(5) Cod. *bis* non.
(6) Cod. ut cum.
(7) Cod. murmuratur.... laceratur. *Itidem inferius pluries.*
(8) Is. 1, 2.
(9) Psl. 52, 6.

non celebrantes, per oraciunculas privatas ante et post missas a communi choro [se] alienantes. Item, si quid operis in scribendis aut corrigendis libris imponitur sub obedientiae merito tacite saltem, statim capita dolent, infirmos se simulant, ora contorquentur, nares incurvant, oculos subvertunt et girant, dentes exacuunt, stomachando respondent, visitare praesidentes comminantur, dolorem renum in dorso se habere fingunt, in tacito praecepto, tacitove praelati desiderio. Sed in scribendo pro seipsis diurnalia, nocturnalia, libros sermocinales, non dolent caput, paralisim in manu [non] patiuntur, nec quicquam de praedictis (1); sed laborant ut asini, saltant ut cervi, dorsum incurvant ut cameli, digitos ducunt ut citharaedi, ostendentes quod ad propria proni, non spiritu Dei acti (2) sunt vel aguntur, et ad quae sunt rei publicae seu communitatis, spiritum Dei spernunt. Item cum alia opuscula per se scripserint ex sensu proprio, et communi[ter] scribere, seu aliquid facere spreverunt, quaerentes et declinantes *in verba malitiae* et *excusationes in peccatis* (3), sic scripta opuscula alienant permutando, dando etc., non sine discrimine animarum suarum, nam revera ignoratur quandoque cui et ubi libri fratrum huiusmodi debeant remanere; quod sine lacrimis scribere non possum.

VIII. *De religiosis reformatis tam nostri quam aliorum ordinum ad nos declinantibus pro habitu, vitaque nostra suscipienda.*

Septimo dico, quod a religiosis, tam largae reformationis (4) ordinis nostri quam aliorum ordinum, si boni fueri[n]t et simplices, rectum spiritum habentes, salus magna (5) exoritur, et malis pessima ruina: utique ficus bonae, bonae valde, et malae, malae valde, ut dicit Iheronimus, 24 c. 1: tales religiosi sunt [236v] valde boni vel valde mali, aut sunt angeli vel daemones. Nam fuerunt ex eis aliqui, qui non arcioris vitae causa aut perfectionis venerunt, sed dumtaxat, ut consequerentur spiritum libertatis et commotionis in pedibus suis, ad evagandum et tractanda fabrilia sua vel mundana, resoluti (6) postmodum in dissolutionibus.

Unde postquam incorporati fuerint intus praetulerunt caeremonias suas antiquas, quas conceperunt in observantia sua prima, ad sinistram (7) partem interpretantes. Si quid aut infirmitatis humanae viderint in imperfectis, stomachato spiritu in sanctam et totam familiam nostram procaciter resilientes. Semper enim praeferunt priora novissimis et rarissime excuti (8) possunt a capitositate sensus et voluntatis suae. Ipsi soli sancti, ipsi soli iusti sibi ipsis videntur et devoti cum pharisaeo praesumptuoso, ceteris publicanis in cordibus suis despectis (9).

Nec mirum, quia sicut cera, impressionem receperunt observantiae (10) prioris, a qua nullatenus aut difficulter avelli possunt, et communiter tendunt ambitiose ad praelaturas et confessiones audiendas et praedicationes

(1) Cod. praedictorum.
(2) Cod. acta.
(3) Cf. Psal. 140, 4.
(4) Cod. remortionis.
(5) Cod. magnus.
(6) Cod. resoliti.
(7) Cod. cinistram.
(8) Cod. excori.
(9) Cf. Luc. 18, 10ss.
(10) Cod. observantia.

populo faciendas, cum vix nullam receperint ad huiusmodi a Deo gratiam, ostendentes, quod nunquam fuit vera vocatio eorum, sed ambitiosa et ex temptatione procedens.

IX. *De magistris novitiorum et iuvenum.*

Octavo dixerim, quod ruina nostrae familiae oritur ex defectu magistrorum novitiorum. Nam non minus reputandi sunt tales instructores, si idonii fuerint, quam boni gardiani vel vicarii, quia quidquid coeperint boni novitii vel mali, devotionis vel indevotionis, compunctionis vel ariditatis in primo anno, et inveterati communiter retinent et sapiunt. O quanta mala ergo [237r] oriuntur fundamentaliter ab eis, si indiscreti fuerint et indevoti et incircumspecti, si non induxerint homines ad abnegacionem sui, ad compassionem Crucifixi Domini, si non docuerint eos Deum quaerere in omnibus, pacientiam in adversis, mansuetudinem in verbis, si non instruxerint eos in regula et statutis, si dimiserint eos libertati eorum in vigiliis, ieiuniis et huiusmodi, si pueriles et familiares nimium talibus se ostendant sine causa oportuna, si ad discrete probandum patientiam et humilitatem eorum non studuerint invenire. O quam magnum cahos latet inter spiritum carnis et spiritum Dei, videlicet: antequam discere queant humilitatem, et dicere, dum reprehenduntur absque eorum culpa: *est mea culpa,* et dum eis aliquid ardui praecipitur faciendum ut respondere sciant: *aequo animo faciam libenter*. Idem de magistris iuvenum senserim. Dempto quod ablactatos ubere debent pascere eos solido cibo, studio devotionalium et scriptorum status nostri ac aliorum competentium, ut crescant in viros perfectos; hic autem si levis et fatuus ac immorigeratus, multarum animarum ruinam pariet, utpote si fuerit indevotus, carnaliter familiaris, irrecollectus (1), compellens iuvenes ad scribendos libros pro seipso, si scripta ordinis ignoraverit, curiositates eorum non compescuerit, si cellas non frequenter visitaverit, si conscientias eorum perscrutatus non fuerit, si ociari permiserit, si procaces et rebelles senioribus fratribus et irreverentes fuerint, si passim in scribendis scartabellis (2) pro fratribus occupari passus fuerit, causa utique erit destructionis ordinis, si tales multiplicaverit. Tot enim mortibus digni sunt viri huiusmodi, quot dissolutionis exempla in posteros (3) relinquunt.

X. *De confessoribus.*

Nono de confessoribus quid dicturus sim, nisi quod salus ex eis est, si rite deputati fuerint, si conscientiosi, si charitative moneant, si modeste id agant, si non ambiciosi, non voluptatis intuitu, non lucri causa, non humanae complacentiae aut huiusmodi, animas [237v] scopaverint Christi sanguine dealbatas et coeno (4) proh dolor maliciae, rursum agente sathan, inquinatas. Sed heu, *mors in olla, vir Dei* (5), si se praesumptuose ingesserint, si absque ullo timore et consciencia permoti, si libertatis onagritae fluxu, si curiose nimis peccata carnalia perscrutati fuerint, unde postea

(1) Cod. irrecollectis. (2) Cod. catabellis.
(3) Cod. posteres. (4) Cod. sceno. (5) 4 Reg. 4. 40.

reliquiae cogitationum diem festum agant (1), si superbi (2), si carnaliter delectari more pecudum quaesierint, si munuscula, vinum, carnes, species, olfactoriola et alia pro cura (3) carnis suavia receperunt, si privato amore ad fatuellas inflammati fuerint; si hominibus, timore Dei postposito, complacere studuerint, si mulierculas stulto amore *filias* suas vocaverint, si indifferenter absolverint, si personarum acceptores fuerint, si stultas et indiscretas et scandalosas poenitencias iniunxerint, si cornutas et caudatas (4) in superbia (5) sua foverint, si usurarios et lenones et adulteros et huiusmodi abusores publicos socialiter admiserint, et alia his peiora commiserint, his plurimum minatur sacratissima religio ruinam.

XI. *De praedicatoribus.*

De praedicatoribus quid dicam? Boni si fuerint et a Spiritu Sancto per praelatum missi, si caritate ardentes, si zelo discreti, si doctrina veraces, si actione modesti, si exemplares, certum est ex huiusmodi Deum et religionem exaltari, animas salvari. Mali vero si fuerint et arroganter (6) seu praesumptuose se ingesserint, si voluntate (!) exarserint, si zelo importuni, si scripturarum inscii, si opere dissoluti et inexemplares, si procaces et audaces, si quae ventris sunt quaerentes, si non casti et examinati in eloquiis (7), scandalosi si (8) fuerint in clero, si concitatores vulgi adversus rectores, si commendatores sui ipsius fuerint, si praelatorum famae denigratores, [238r] si devotorum religiosorum infirma publice in ambone detegere (9) non erubuerint, si in magnis et mirabilibus supra se ambulaverint, si vicia et virtutes, poenam et gloriam simpliciter praedicare (10) vilipenderint, si discrimini (11) opinionum et haeresum se exposuerint, si ob gratiam praedicationis inflati, ceteros fratres contempserint, si leonum (12) more intumuerint, si sine spe epulandi, commensandi, gaudendi, recreandi, libertandi, prinsandi, sermocinari recusaverint; si praelatos suos, ut gardianos et praesidentes, obsecrare permiserint, atque tamquam gratiam praedicationis non habentes, ad serviendum pro voto et libitu coegerint. Si socios sibi multiplicare pompose et ad nutum dare poposcerint, si inter scolares (13) se inebriaverint, et exemplo confuderint quod verbo docuerint. Si cellas superfluis libris compleverint, si tam ipsi quam socii eorum disciplinae regularis zelum non habuerint, si cum sociis contenderint, si chorum, si capitulum, dormitorium, refectorium et alias communitates, velut infirmi fugerint, si per recollectionem suae mentis assiduam (14) timorem Dei non habuerint, in orationis frequentia in amore Dei accendi non curaverint, si honorem Dei, salutem animarum primo et principaliter in omnibus non intenderint, revera timendum est huiusmodi, ne infructuosa

(1) Psl. 75, 10.
(2) Cod. Suberbi.
(3) Cod. pecora.
(4) *Id est* sic vestitas.
(5) *Item:* Suberbia.
(6) Cod. erroganter.
(7) *Allusio ad Regulam FF. Min.* 1223, cap. IX. *Opusc.* 71.
(8) Cod. sci.
(9) Cod. praetegere.
(10) *Regula*, l. c.
(11) Cod. discriminum.
(12) Cod. leone.
(13) *Potius legendum:* saeculares.
(14) Cod. assiduae.

sit (1) eorum praedicatio, vel cassa, vel irrita, vel vana, vel Deo minus accepta, nec populo minus efficax, et ipsi praedicanti damnabilis, vel sacratissimae religioni nostrae in posterum sit periculosa.

XII. *De discretis conventuum.*

Decimo manat et scaturit ruina ex defectu discretorum conventus. Formosi enim oculi et clari multum faciunt ad decorem faciei humanae; deformes, lippi [238v] et albuginosi seu maculosi faciem humanam plurimum deturpant. Non frustra loquitur, qui ait: *Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus* (2) *tuum lucidum erit; si vero nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit* (3). Proculdubio oculus conventus est vir religiosus probus et discretus, quo[modo] contra oculus nequam vir negotiosus, improbus, bestialis et indiscretus. Hic enim quantumcumque nomine (4) discretus vocetur et non fuerit, si praelaturam ambierit, si malignatur adversus eos et cum fratribus conspiraverit, si carnales et leves fratres ad se traxerit, si delinquente[s] contra Ordinis statuta procaciter deffensaverit, si magis pessimos (5), ne puniantur per praelatum, confortaverit, si in omnibus pie et iuste ⟨et⟩ conceptis per devotum et probum praelatum se contradictorem posuerit, si ad instar araneae, ubi mel suggendum foret (6) venenum hauserit insanabile, seu bona in mala converterit, si toto corde spiritus unus cum gardiano probo in bonum non fuerit, sed potius carnalis carnalibus praelatis dextram (7) dederit, eos talesque in officio voce, voto facto, capitose, nequitiose, per fas et nefas, et per alios in officio continuari procuraverit; breviter, si omni bono secrete propter commodum proprium et consolationes privatas sensualitati conformes, contrariatus fuerit, si caeco amore ductus quibusve coloribus malum commissum per carnales huiusmodi aperiri noluerit, si parcialitates in visitationibus active vel passive suscitaverit, si recreationes amans passim in se et in aliis relaxaverit: audeo dicere quod talis antichristus, socius peccatorum, *portionem ponens cum adulteris* (8) et inimicus crucis Christi est.

XIII. *De praesidentibus seu vicariis conventuum.*

Undecimo (9) patet ruina, videlicet: ex vicariis conventuum. Felices enim sunt [239r] praesidentes et beati si gardianos invenerint ad exstirpanda vicia, in conservandas virtutes mentibus fratrum; infelices autem et miseri et salutis improvidi merito sunt censendi, insuper et sacerrimae observantiae subversores nuncupandi ac execrandi, qui more luciferiano trahunt post se *tertiam partem stellarum* (10) fratrum conventus, ut praelatis suis depositis, ipsi intronisentur et exaltentur per eosdem; tales enim ambiciosi quaerunt suscitare et parcialitates in conventu, et in dolo suneatico (11) omnibus *ave* dicunt, fratres cunctos salutant, dant licentias largas in absentia gardia-

(1) Cod. sicut.
(2) Cod. corpus *bis*.
(3) Matth. 6, 22.
(4) Cod. naturae.
(5) Cod. pessimorum.
(6) Cod. foeret.
(7) Cod. dextras.
(8) Cf. Psalm. 49, 18.
(9) Cod. Undesimo.
(10) Cf. Apoc. 12, 4.
(11) *Vel* simeatico (?); *at quid sibi velit utrumque nescio.*

norum, recreationes lautas parari permittunt, defectus fratrum quos amant dissimulant ut reamentur, ut quandoque in praelaturam, depositis gardianis, reeligantur. Quos vero zelatores sui status conspiciunt, publice ac private in epistolis lacerant, absentiam plus quam praesentiam gardianorum suorum procurant, omnem disciplinae rigorem clanculo relaxant, non franguntur iniuriis donec assequantur quod quaerunt, benigni sunt verbis ut quandoque vindicent, inflantur secrete, agunt propere sed occulte, secrete mordent ut basiliscus, bilingues sunt, quia *quae sua sunt quaerunt, non quae Ihesu Christi* (1), voce correctionem praetendunt, factis autem negant, zelatores se simulant coram zelatoribus praelatis, et virus mortiferum effundunt detractionis, ut animos eorum, si electi fuerint, ad confirmationem inclinent.

XIV. *De gardianis.*

Duodecimo potest imminere ruina ex parte gardianorum, sicut salus fratrum ex eisdem. Nam si vigiles fuerint, Deum timentes, discreti, maturi et zelosi, nihil felicius ordini. Si vero detur, quod absit, oppositum, parum proderunt visitationes provincialium vicariorum (2) quorumcumque, quia superiorum praelatorum [239v] est arduis (!) insistere et in universalibus ambulare, gardianorum autem, specialissimorum capitum, est decreta (3) suorum superiorum effectui mancipare. Quid enim prodest quod ministri seu vicarii alte clamant in conventibus, si gardiani et praesidentes nolunt manutenere quod per illos salubriter et industriose in visitationibus practicatum est, et in capitulis proclamatum exstat adversus defectus fratrum seu conventuum? Pestis autem et ruina totius Ordinis radicaliter procedit ab huiusmodi casibus et accidentibus oppositis, quae sequuntur, utpote si directe vel indirecte insteterit implicite vel explicite pro officio, tanquam honorem consequendo, si ad hoc fratres obsequio, munusculo, recreatione, solatio vel promissione, blandimento, adulacione vel altera practica simili induxerit, si zelum Dei et disciplinam Ordinis ante oculos non posuerit (4), si libertatem et consolationem propriam, commodumve quaesierit, si fatuellis iuvenibus et remissis fratribus largam licentiam dederit, si timore depositionis ab offitio de illicito licitum gloriabundus fecerit (5), si acceptor personarum fuerit, si dissolutus animo saltem et immaturus in opere exstiterit, si communitatem refectorii, dormitorii, chori, intrare dissimulaverit; si debiles, infirmos et tristes consolari renuerit; si crudelem et impetuosum se ostenderit; si devotionem, recollectionem, orationem contemnens, se et fratres suos ad opera exteriora, tanquam mechanicos et negotiatores, indiscrete effundi permiserit; si devotos [240r] et zelotas persequi non erubuerit; si fratres passim permiserit evagari; si libentius rusticanos ad Ordinem susceperit, ut per eosdem dominari possit pro tempore, quam praelatos (!) fratres et mortificatos ad professionem retinere (6), si litteras a saecularibus, praelatis, dominis, rectoribus civitatis pro continuatione procuraverit; si cantores plus quam

(1) Phil. 2, 21. (2) *Idest Superiores Observantium tunc temporis.*
(3) Cod. Secreta. (4) Cod. posuerint. (5) Cod. fuerit.
(6) *Textus corruptus: forsan hic interpretandum:* potius quam praeelectos fratres.... ad professionem admittere.

oratores, confessores magis quam compunctionis sectatores, missarum celebratores plus quam idoneos administratores aggregare studuerit, ea principaliter intentione, ut hominibus placeat et satisfaciat; si paupertati invigilare et vilitati ac asperitati non studuerit; si positus in uno conventu, quasi si perpetuandus in illo, alios conventus fratribus et subpositis electis spoliare laboraverit. Si post annum vel duos illi[n]c recedens, relicto furfure in conventu, in quo stetit, tertiam partem stellarum (1) vel mediam, idest, fratrum electorum ad conventum, in quo translatus est pro gardiano, post se importune traxerit; si multum infirmum seu onerosum pro exercitio secum passus non fuerit; si pecuniam aut denarios incaute deponi permiserit; si epulari et gaudere laute cum indiscretione fratribus licentiaverit (2). Si vicariis suis obedire simpliciter, sicut a suis fratribus sibi vellet obediri, non curaverit; si obedientias eorum retinuerit, aut fratribus dare proterve distulerit; si onerosis, infirmis, debilibus, senibus, simplicibus, cantare, praedicare, confessiones audire, scribere non valentibus, iniuste vexantibus capitulationibus, derisionibus, immitioribus (3) laboribus et praeceptis indiscretis durus fuerit, ita ut eligant potius [240v] mortem vel fugam, quam cum eis diucius habitare velint aut possint. Si amicos antiquos, quasi nihil boni fecissent conventui aut Ordini, superbia et arroganti fronte contempserint et consolari ac visitare in rationabilibus non curaverint; si cum curatis passim bella, dissensiones suscitaverint; si Officium divinum manutenere neglexerint et ad ipsum primi recurrere et ultimi manere iuxta posse non studuerint. Item de refectorio. Si officinas et cellas fratrum invisere, visitare, reformare postposuerint; si declaraciones, statuta et scripta Ordinis legi et explanari simplicibus non curaverint; si vetera aedificia conventus damnose destrui et pompose construi fecerint; si accusationibus fratrum cito et leviter fidem dederint. Si in instituendis officiariis, utpote ad portam, ad coquinam, dispensariam, cameram hospitum, propriam consolacionem corporis principaliter intenderint; si intrando villam vel exeundo conventum, socium aliquem simplicem, vel astutum pro fatuitatibus vel voluptatibus exercendis, bonis et probis et occultis zelatoribus dimissis, si[bi] appropriaverint. Si discretos suos probos et honestos in agendis non consuluerint; si amicos conventus indiscreta et scandalosa procuracione gravaverint. Si caeci et claudi (4) in exemplaritate sua fratres suos et saeculares in baratrum damnationis demerserint. Si fratres aliorum gardianorum munusculis, promissionibus ad se commorandum induxerint, unde sic attricti (5) et addicti fratres gardianis suis, quibus actu sunt subiecti, non obedire sed rebellare visi sunt et cotidie videntur, imo omnino incorrigibiles facti. Si mulierculas [241r] et suspectas tanquam venenum non abhorreant; si ambiciose tortuosa in officio sectati fuerint, et ad hoc fratres zelatores et probos amoveri a loco diffamacionibus procuraverint; si in passionibus passivis a praelato in eum factis, instar basilisci fulminando, impatientissime se habendo, claves conventus et sigilla (6) praelato suo obiciendo, irregulariter se habuerint; si in visitatione aut depositione nomina visitantium sibi studiose revelari studue-

(1) Cf. Apoc. 14, 4.
(2) Cod. licentiaueuerit.
(3) Cod. immisioribus.
(4) Cod. caecus et claudus.
(5) *Lege:* attriti vel attracti.
(6) Cod. Sigillo.

rint; si revelantes (1) huiusmodi capituli secreta, tanquam latro latronem et complex complicem sacramentaliter, cum non liceat, absolverint; si fratribus eum visitantibus, vel deponentibus eum, comminatorie, exprobratorie timorem, terrorem et persecutionem incusserint: audeo dicere, quod si talia contigerint (2), illic sol tendit ad occasum, religio ad interitum, conventus ad ruinam, sanctitas ad suspendium, observantia in favillam redigitur. Quid plura dixerim? Vae eis qui nequiter se humiliant, quia interiora plena sunt dolo, ut praesedentiam consequantur. Item vae eis, qui postquam ut vulpes intraverint, vel ut leones saevierint, aut fratres (3), instar scorpionum (4), infirmos et impotentes et inhabiles publice et private coram praelatis suis et fratribus subditis, se proclamant quasi mortem mallent eligere quam in praesidentia continuari; sese demonstrant (5), cum tamen oppositum directe sectentur et diligant. Tertio dixerim de eis, qui postquam tantam importunitatem et molestias, patribus et fratribus, et praelatis et subditis fecerint, et legitime subportati et absoluti fuerint, mox in alias provincias currentes (6), more canum, commotioni pedes suos tribuunt, et quasi iniuriam passi, ignem spirant ut dracones; tunc permaxime claret quod per [241v] Spiritum Sanctum, ut Aaron, non fuerint a Domino vocati (7), sed potius a daemonio meridiano discriminose ad officium fuerint elevati. Non autem sic sentio de eis, qui infirmitate aut temptacione humana paulisper et pro modico tempore moti fuerint, de quibus dicitur: *Irascimini et nolite peccare* (8) etc.; et: *Sol non occidat super iracundiam* (9); et illud: *Spiritus quidem pro(m)ptus est, caro autem infirma* (10), quorum est quandoque sentire, sed non consentire. — Deo gratias.

Explicit Speculum imperfectionis status Fratrum Minorum.

Bruxellis.

P. HIERONYMUS GOYENS, O. F. M.

(1) Cod. revelationes.
(2) Cod. quod tigerit.
(3) Cod. *transp. fr. a.*
(4) *Subaudi:* momorderint.
(5) *Forsitan supplendum:* et sic exterius s. d.
(6) Cod. currere.
(7) Cf. Hebr. 5, 4.
(8) Psl. 4, 5.
(9) Eph. 4, 26.
(10) Matth. 26, 41.

COMPENDIUM CHRONICARUM FRATRUM MINORUM

SCRIPTUM A PATRE MARIANO DE FLORENTIA.

(Continuatio) (1).

Anno et mense, scilicet februarii, supradicto, in festo Cathedre Sancti Petri, in civitate Cortone, Provincie Tuscie, emisit ad Superos suum gloriosum spiritum Fratrum Minorum plantula, Christi famula Margarita de 3° Ordine, multis et magnis clarens miraculis. Cuius festum, quo etiam ad divinum officium, solempniter celebratur (2).

Adriana quoque, Gilia, socia beate Margarite, et Iohannellus, omnes tres etiam de 3° Ordine, virtutes et vestigia Beate Margherite imitantes, in eterna luce fuerunt absorte, quorum corpora in ecclesia Sancti Francisci fuerunt tumulata (3).

Eodem quoque anno, die 6 Martii, frater Petrus Iohannes (*sic*) Olivi, Doctor Illuminatus, ad Dominum migrans, et sepultus in conventu Narbonensi, multis claruit signis sanctitatis (4).

Pontius Carbonellus de Bottingata clarebat in Ordine sanctitate et doctrina, qui Magister in moribus et scientia fuit Sancti Lodovici, iam dicti, Episcopi Tolosani. Hic in divinis codicibus eruditissimus, totum vetus et novum Testamentum postillavit, nihil dimictens indiscussum, omnium doctorum dicta ponendo: qui in Conventu Barchinonensi sepultus est (5).

(**30v**:) Anno iam expresso, videlicet **1297** (*a*) Papa Bonifacius in Urbe Veteri, 11 die augusti, in dominica, ascripsit in cathalago Sanctorum Sanctum Lodovicum Regem Francorum de 3° Ordine (6) et patruum Sancti Lodovici Episcopi, post cuius canonizationem, octava scilicet die, et ipse sanctissimus iuvenis in Proventia et castro de Brincola migravit ad Dominum, anno etatis sue 23 cum dimidio, cuius [corpus] in conventu Marsilie fuit sepultum (7).

Frater Gentilis de Monte Flore, Provincie Marchie, in Theologia excellens (*b*), factus est per Dominum Bonifacium Papam Pres-

(*a*) In Cod. annus in *1299* falso correctus. Et infra *Urbe Veterum*.
(*b*) Cod. *escellens*.

(1) AFH I, 98-107; II, 92-107, 305-18, 457-72.
(2) *Conf.* 361. *Acta SS.* Feb. III, 304ss. (3) Wadd. l. c. n. 29 (e Mar.).
(4) Cf. supra p. 461, n. 1. Wadd. l. c. n. 33, e Mar.; obiit vero 14 mart. 1298; cf. ALKG III, 441.
(5) *Catal.* 43. *Conf.* 310, 324, 340, 536; cf. hoc Period. II, 189s. *De illustr.* 43 v. b.
(6) Wadd. an. 1297, n. 30s. *Acta SS.* Aug. V, 528s. Bulla est 11 et 13 Aug. 1297. BHL II, 748.
(7) Obiit 19 Aug. 1297, cf. Bulla Canoniz. BF V, 111ss. Wadd. an. 1317, n. 47. *Acta SS.* Aug. III, 788ss; BHL II, 750. *Catal.* 32, CG 433ss, 449ss etc. *Conf.* 309ss, 448, 540 etc.

biter Cardinalis, tituli Sancti Martini in Montibus, qui tandem in Assisio moriens, cum Fratribus requiescit (1).

[Vicesimum septimum] Capitulum Generale celebratum est anno **1299** et Ordinis 90, Lugduni, per fratrem Iohannem de [Muro], in quo fuit in officio confirmatus (2).

Anno **1300**, Ordinis vero 92, in Tuscia et castro Sancti Gemiani, die 12 decembris, transivit ex hoc mundo ad celum sanctus presbiter, nomine Bartolus, de 3° Ordine, sepultus in ecclesia Sancti Augustini (3).

Vivaldus quidam de eodem castro, discipulus et socius prefati presbiteri, etiam de ipso 3° Ordine, post mortem magistri, ad nemus obscurum confugit, ubi cellam sibi in castanei cavo constituit, ac in arta et austera vita vigilando et orando, usque ad extremum (*a*) vite peregit. Ambo miraculis clari. Hic prima Maii migravit ad Dominum (4).

[Vicesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est Ianue anno Domini **1302**, Ordinis 94, per fratrem Iohannem de Muro (5), qui in officio confirmatus, sed in sequenti mense Decenbris per Papam Bonifatium fuit assumptus ad dignitatem Cardinalatus, tituli Sancte Rufine (6).

In Brictannia minori<s> et Civitate Trecorensi (*b*), anno **1303**, die 19 maii, migravit ad astra Sanctus Presbiter Ivo de 3° Ordine, advocatus pauperum et pupillorum (7).

Anno Domini **1304**, die 15 ianuarii, in Tuscia apud Castrum Plebis, pro defensione bonorum Ecclesie, seu quodam hospitali, interfectus est Beatus Iacobus de 3° Ordine, vita et miraculis illustris (8).

[Vicesimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Assisii anno **1304**, Ordinis 96, per fratrem Ioannem de Muro Cardinalem, in quo fuit electus in 15 Generalem Gonsalvus de Valle bona, Provincie Sancti Iacobi, Magister Sacre Theologie, qui plurima in ipsa facultate et sacra Scriptura scripsit (9).

(**31r**:) Ipso quoque anno, in festo Omnium Sanctorum, in Burgo Sancti Sepulchri, celestia gaudia penetravit frater Raynerius de Aretio, olim socius fratris Benedicti, socii beati Francisci, per quem Deus miracula plurima patravit (10).

Apud Urbinum, Provincie Marchie, prima die Iunii, anno eodem, carne soluta, celestia regna penetravit Beatus Pilingottus de 3° Ordine, qui tot et tantis corruscavit miraculis (*c*), ut turmatim die noctuque populi veniebant ad sepulcrum eius (11).

(*a*) Cod. *estremum*. (*b*) Cod. *Trac*. (*c*) Cod. *tanta... miracula*.

(1) CG 452, 4. CGenM 704 (669). *Conf.* 338, 345, unde Mar., 512. Obiit Lucae 27 oct. 1312. Eubel, *Hier.* I, 12.

(2) CG 452. ChHLeg. I, 37. Wadd. an. 1299, n. 6. ALKG VI, 66.

(3) Wadd. an. 1300, n. 8-11; e Mar. (4) Cf. hoc Period. I, 521 ss.

(5) CG 452. Wadd. an. 1302, n. 1-2. ALKG VI, 66 s.

(6) Creatur cardinalis 15 dec. 1302. Eubel, *Hier.* I, 12. CG 453. CGenM 704 (669).

(7) Wadd. an. 1303, n. 9-23. Sbaralea, *Suppl.* 479-80. *Acta SS.* Mai. IV, 581, 608. BHL I, 685-7. Cf. vitam ipsius a Mariano conscriptam in Cod. MS. Palatin. 147 (E. 5, 9, 30). *Bartholi*, 157 ss. (8) Wadd. an. 1304, n. 1-3, e Mariano.

(9) CGenM 704 s. (669). CG 454-467. Wadd. an. 1304, n. 18 ss. Idem, *Script.* 147, 100^{2}, 101^{3}. Sbaralea, 310, I^{2} 328.

(10) *Catal.* 10. *Bartholi,* XLIV ss. 27 ss. Wadd. ad an. 1304, n. 12. Golubovich I, BTS. 130. *Acta SS.* nov. I, 391-402. (11) Wadd. an. 1304, n. 4-11.

Per hec quoque tempora, Robertus rex Hierusalem et Sicilie, Sancti Lodovici Episcopi germanus, non sine magnis sumptibus et laboribus gravibus, obtinuit a Soldano, quod Fratres Minores infra ecclesiam Sancti Sepulchri possent continuo divina celebrare, sicque in sacro monte Syon et in Bethlem, ubi Christus natus est, et in Sepulchro Beate Marie in valle Iosaphath. Quod totum fuit confirmatum per Papam Clementem quintum et per Martinum V (1).

Anno **1306**, die 12 decembris, ex hoc seculo transivit ad sidera sanctus frater Corradus de Offida, in loco Bastie apud Sanctam Mariam de Angelis, qui tanti meriti apud Deum (*a*) fuit, quod ipsum patenter tam in vita quam in morte multipliciter honoravit. Hic etenim magnus predicator fuit, cuius predicatione stantibus signis Deus illum celebrem reddidit (2).

Hac (*b*) quoque tempestate, 25 decembris, migravit ad Dominum frater Iacobus de Tuderto, alias Iacobonus (*c*), vir utique sanctus. Qui plures annos detentus in severo carcere a Bonifatio VIII, propter veritatem multa passus est. Hic utilissimum tractatum scripsit et magnum volumen Canticorum in rictimis vulgaribus (3).

In Ordine tunc, licet in diversis Provinciis, plurimi Fratres sanctitate clarebant, videlicet:

Guglelmus, in prefato loco Tudertino plurima miracula fecit et, inter alia, Clarucciam in aquis molendini submersam et duos avos mortuos sua invocatione suscitavit (4).

Paulus, in loco de Aquasparta miraculis fulget (5).

Electus, sepultus in Assisio cum Sancto Francisco, etiam spiritu prophetico claruit (6).

Iordanus, laycus, de Eugubio, vir perfectus atque sanctissimus, in loco de Bitonio sepultus est (7).

Iacobus, laycus, in civitate Castelli miracula patrat (8).

(**31**v:) Electus, in Araceli conditus. Hic post[quam] 10 annos steterat sepultus, multis videntibus surrexit, et seipsum in sepulcro reposuit (9).

Franciscus Cathalanus, in Provincia Marchie et loco de Ausmo sanctitate fulsit (*d*) (10).

Guido de Spatis Bononiensis, magnus predicator et precipue passionis Iesu Christi, mira vivens operatus, et post mortem preclaris miraculis sua sanctitas innotescit (11).

(*a*) Cod. *apud eum.* (*b*) Cod. *Hec.* (*c*) Cod. *alius Iacobus.* (*d*) Cod. *fulxit.*

---

(1) Nonnisi an. 1342 hoc vel paulo prius factum est: cf. Bullas Clementis VI (!), 21 nov. 1342 Eubel, BF, 95-6, Wadd. an. 1342, n. 17ss.

(2) *Catal.* 8. *Sp.* Sab. c. 71. *Actus* c. 50, 53, 65. CG 422-30. ALKG II, 308. OCH I, 370. MF VII, 132. *Conf.* 233s. 276, 450s. 504.

(3) *Catal.* 9. CG 251, 460. *Conf.* 235-40, 510. Cf. editionem operum ipsius ed. Tresatti, Venet. 1617 etc. et Chevalier, *Rép.* II[2] 2299s. Wadding, 180, 123[2], 122[3]s. Sbaralea, 366.

(4) *Catal.* 9. *Conf.* 235, 510.

(5) *Catal.* 11. CG 254. *Conf.* 243, 511.

(6) *Catal.* 4. CG 252. *Conf.* 188, 362, 504.

(7) *Catal.* 11. *Conf.* 243, 504.

(8) *Catal.* 10. *Conf.* 241, 505.

(9) Iisdem verbis. *Catal.* 12. Cf. CG 264. *Conf.* 249, 515.

(10) *Catal.* 18. *Conf.* 278, 513.

(11) *Catal.* 16 not. c. *Conf.* 263, 521s. Melloni, *Uomini ill.* II, 143ss. 336ss

Gerardus etiam, magnus predicator, in Mutina requiescit, multis clarens miraculis (1).

Guglelmus de Placentia, sua perfectione et sanctitate, ut lux, fulgebat in Ordine (2).

Iohannes Barontii, signis claruit et miraculis in Arimino (3).

Carissimus de Clugia (a), arborem siccam (b) subito frondere fecit et fructus facere. Venetiis ob<ed>iens, inventus est postmodum genuflexus in sepulchro, cum supinus fuisset positus. Hic multis miraculis claruit (4).

Franciscus, laycus, cognomento Poverellus, ibidem iacet; vir utique sanctus, assiduis fulget miraculis (5).

Belongerius de Monte Acuto, Ianue conditus iacet, qui signis et miraculis in vita et post mortem exstitit (c) gloriosus (6).

Leo de Laude, sanctitate preclarus, factus Episcopus, dum suos corrigeret clericos, ab eis est deterrimo veneno potionatus, sed in nullo lesus fuit (7).

Petrus de Archagnano, inquisitor, cum noluisset aliquos hereticos de libro inquisitionis abolere, ab eis coronam martirii recepit (8).

Gandolphus, in Sicilia plura egit miracula, in loco Politii (9).

Iohannes in Siracusa conditus, inter multa sua signa sanctitatis lapidem ignitum et ardentissimum portavit in manibus, sine lesione, de coquina ad infirmariam uni Fratri infirmo (10).

Petrus, Minister Provincie Calabrie, sanctitate clarens, miraculis corruscavit (11).

Landus, Minister Provincie Apulie, in Andria sepultus, vir sanctus et signis decorus (12).

Philippus de Duratio, in loco de Orta quiescit, signis clarus, qui septem annis panem non comedit (13).

Gerardus, Provincie Ianue (14), Laurentius, cui crucifixus fuit locutus (15), et Iohannes de Auricalco (16), omnes multis corruscant miraculis in prefata Provincia Apulie.

(a) Cod. *Elugia*. (b) Cod. *sicham*. (c) Cod. *estitit*.

---

(1) *Salimbene*, 30ss., 401ss. (70, 75-7, 96, 105-6, 162, 595). *Ecclest.* 242. *Catal.* 16. *Conf.* 263, 523. Picconi, *Serie*, 29, 31, 47.

(2) Wadd. an. 1305, n. 3.

(3) *Catal.* 16, not. c. *Conf.* 264, 524. Wadd. l. c. Picconi, *Serie*, 82.

(4) *Catal.* 17, not. b. *Conf.* 274. 525, quem repetit Marianus, nonnullis inversis. Item Wadd. l. c.

(5) *Conf.* 275.

(6) Ex *Conf.* 289, 526. Wadd. l. c. n. 4.

(7) Ex *Conf.* 526. Rodulphius, f. 272. Wadd. an. 1343, n. 13. Est Leo de Pallatinis, ep. Laudensis 1318-1343. Eubel. *Hier.* I, 308.

(8) *Catal.* 24, nota a. *Conf.* 302, 526; iam an. 1254 (!) mortuus erat: BF I. 720, 139, not. 6.

(9) A Binasco. *Catal.* 22. CG 497. *Conf.* 297, 532. *Acta SS.* sept. V, 704-19. BHL I, 488.

(10) *Catal.* 22, inde alii CG. 497. *Conf.* 277, 533.

(11) *Catal.* 24. *Bessa* 669. *Conf.* 296, 532. *Min. Erph.* MG SS. XXIV, 205. Thomas Papiens. (Tuscus) l. c. XXII, 516. Wadd. an. 1264, n. 10.

(12) *Catal.* 26. CG 498s. *Conf.* 293, 531.

(13) *Catal.* 23. CG 498. *Conf.* 293, ubi ubique vocatur Franciscus.

(14) *Catal.* 23 not. a. Wadd. an. 1305, n. 4. (VI [2], 64).

(15) *Catal.* 23 not. a. *Conf.* 300.

(16) CG 499. Wadd. an. 1305, n. 4.

(**32r**:) Franciscus de Aprutio, vir utique sanctus et signis clarus (1).

Antonius de Duratio, Provincie Dalmatie, ultra mare pluribus annis predicavit Sarracenis. Demum obedientia factus Archiepiscopus Duratii, miraculis corruscavit (2).

Adam, primus socius prefati fratris Antonii inter infideles, vir bonus et perfectus, gloriaque insignis in Cathara requiescit (3).

Monaldus, vir vite sanctitate et scientia preclarus, omnium iuristarum sue etatis princeps, et etiam magnus theologus. Qui Summam fecit in legibus et decretalibus per ordinem Alphabeti, que Monaldina dicitur. Scripsit etiam super 4 libros Sententiarum, questiones satis profundas. Item, multos sermones predicabiles. Et tandem miraculis clarus, Iustinopoli<s> migravit ad Christum (4).

Iulianus de Vallibus, ibidem sepultus in Custodia Istrie, de quo ibidem festum agitur (5).

Matheus et Petrus de Nigroponte, ibidem humati, signisque gloriosi (6).

Bernardus Bollega, Provincialis, vir magne perfectionis et sanctitatis, in Arelate requiescit (7).

Galterius de Brugis, Episcopus Pictav[i]ensis, vir sanctus et prodigiis insignis, anno **1306** obdormivit in Domino (8).

Trigesimum Capitulum Generale celebratum est Tolose, Provincie Aquitanie, anno Domini **1307**, ab exordio vero Ordinis 99, per fratrem Gonsalvum Generalem, in quo fuerunt noningenti nonaginta Fratres (9).

Frater Gentilis, tituli Sancti Martini Presbiter Cardinalis, per Papam Clementem anno Domini **1308** destinatus est ad regnum Ungarie legatus, ut pacem poneret infra Ungaros, qui inter se discordabant de electione Regis. Qui ivit et pacem posuit, et ad Curiam reversus est cum gloria sui et honore Ordinis (10).

Frater Petrus de Cassano, Episcopus Ruthenensis et Patriarcha Hierosolimitanus, eodem anno missus est Legatus cum Magistro hospitalis Sancti Iohannis Hierosolimitani, contra Sarracenos. Qui in sequenti anno, magno cum apparatu applicarunt Rodum, quam insulam cum magno dampno Sarracenorum et Turcarum obtinuerunt in festo Assumptionis Beate Marie Virginis, anno **1310** (11).

(**32v**:) Eodem quoque anno **1308**, idem Dominus Papa misit ad Regem Tracie fratrem Egidium, Ordinis Predicatorum, Patriarcham

---

(1) *Catal.* 20. CG 267. *Prov.* 188. *Conf.* 290.

(2) *Catal.* 42, not. 47. *Conf.* 302s. unde Mar., 528. Episc. fuit 1349-1363. Eubel, *Hier.* I, 241. (3) *Conf.* 303s. 528. Wadd. l. c.

(4) *Conf.* 303s. 341, 528. *De illust.* 44 r, b. Wadd. *Script.* 261; 178²; 176³. Sbaralea, 547. AFH I, 231-4. (5) *Conf.* 302s. 528. Wadd. l. c. *Acta SS.* nov. II, 517-9.

(6) *Catal.* 42. *Conf.* 303, 533.

(7) *Catal.* 32, unde *Conf.* 317 (539) et Mar. (CG 406).

(8) Cf. supra p. 462, n. 3. CG 435s. *Conf.* 307. Obiit 21 Jan. 1307. Eubel, *Hier.* I, 419. (9) CG 455 unde Mar. Wadd. an. 1307, n. 1 e Mar. ALKG VI, 68. Rodulphius, f. 240.

(10) Wadd. an. 1308, n. 1-4, cf. Baluze, *Miscellanea,* ed. Mansi, Lucae 1764. IV, 617ss. *Monumenta Vaticana historiam regni Hungariae illustrantia,* Series I. Tom. III. Budapestini 1885, (an. 1307-1311). Cf. p. 2, n. 1.

(11) Petrus de Plana Castanea (Pleine-Chassagne), Eubel, *Hier.* I, 449. Eubel. BF V, 615, n. 157, cf. Wadding, ad an. 1311, n. 3. Ruthen. i. e. *Rodez.*

Gradênsem, et fratrem Gonsalvum Generalem, et Procuratores Fratrum Minorum et Predicatorum in Romana Curia; qui cum suo regno submittere se volebat fidei et Romane Ecclesie. Qui cum ad prefatum Regem venissent, debito cum honore fuerunt recepti. Finis tamen intentus nullus fuit, quia Rex ipse, matris sue et fratris metu retractus, penitus nihil egit (1).

Item eodem anno **1308**, in Conventu Coloniensi Agrippine, Germanie Superioris excessit frater Iohannes de Donis, theologus magnus et eximius doctor, ubi honorifice sepultus, in magna veneratione habitus est. Hic natione de Scotia fuit, qui ab Universitate Parisiensi inter ceteros doctores Doctor Subtilis appellatur. Fuit enim toti seculo stupendus, quia ita in scribendo et disputando fuit acutissimus, ut a nullo suo tempore vinci poterat. Scripsit ⟨in⟩ duo egregia et diversa scripta super Magistrum Sententiarum, quorum primum Oxoniense, alterum vero Parisiense appellatur. Scripsit etiam super omnes ferme Aristotilis libros, presertim super Methaphisicam. Item, super 4^{or} Evangelistas. Item, super Epistolas Pauli. Item, super Genesim ad literam. Item, sermones tam de tempore quam etiam de Sanctis, per totius anni circulum. Item, Quodlibeta aliqua. Item, Tractatum de Primo rerum Principio. Item, Collationes Parisienses. Item Tetragreumatha quedam (2).

Hic etiam lacte sue sapientie multos discipulos enutrivit; sed qui maxime profecerunt hii fuerunt, scilicet:

Franciscus Maironus (3), Iohannes Occam (4), Gualterius (5) quoque et Burleus (6), Gualterius alter (7), Antonius Andreas (8), Iohannes Grandonus (9), Iohannes Scorps (10) et Iohannes Canonicus (11), quorum ingeniis mirum in modum philosophia crevit.

Alii nonnulli erant insignes, videlicet:

Petrus Casuel, Anglicus, qui cum esset utriusque Iuris Doctor atque Sacre Pagine Professor, scripsit Summam uberrimam, et valde dilatatam, que vulgariter dicitur Directorium Iuris (12).

---

(1) Secundum diplomata Pontificis Summi ad regem *Rassiae* missi fuerunt, 1 april. 1308 una cum Patre Gradensi Fr. Lapus et Artanisius [de Bononia] procuratores gles, ille O. Pr., hic O. M. sed *non* Generalis minister. Eubel, BF V, 49s. Wadd. ad an. 1308, n. 4s.

(2) Est celeberrimus Iohannes Duns Scotus, de quo CG 455. *Conf.* 337 (544, 47s.) Chevalier, *Rép.* I^2, 1249s. Wadd. *Script.* 201-4, $137\text{-}9^2$, 136^3ss. Sbaralea, 408-15, 729. *De illust.* XLII b.

(3) CG 485s. *Conf.* 339, 523, 540, 44. *De illust.* XLII v. a. Wadd. *Script.* 123^1s, 84^2, 85^3. Sbaralea 267s; I^2 283ss.

(4) Wadding, 216^1, 147^2, 146^3. Sbaralea, 445.

(5) Alludere videtur ad Gualterium Pictaviensem. *Conf.* 338, cf. supra p. 462, n. 3; sed melius omittendum *et*, ac legend. Gualt. qu. Bal.

(6) Sbaralea, 314; I^2, 332, qui tamen recte dubitat, fueritne ord. min. necne.

(7) Gualterus Caepton? *Conf.* 339, cf. supra 315, n. 4. *De illustr.* XLIV r. b. Wadd. 149, 101^2, 102^3. Sbaralea, 314, I^2, 332s.

(8) Wadding, 20, 29^3, 23^3s. Sbaralea, 67ss.; I^2, 71ss.

(9) Ioh. Garau? GG 375. Erit potius Iohannes Jandunus cf. infra, p. 639, n. 12.

(10) Forsan Ioh. Bassolius, a Wadd. an. 1308, n. 46 inter Scoti discipulos cum reliquis computatus. Wadd. 193, 132^2, 131^3; Sbaralea, 395.

(11) Wadd. 195, 133^2, 132^3. Sbaralea 400. Little 224s.

(12) *Prov.* 8. *Conf.* 341. *De illust.* XLIV r. b. Wadding, 287^1, 195^2, 192^3, Sbaralea, 604. Little, 225 nota.

Francicus Rubeus de Pignano, Provincie Marchie, qui inter ceteros doctores Doctor prefulgidus appellatur. Scripsit luculenter super 4 Sententiarum libros, et super omnes ferme Aristotelis libros et super 4 Evangelistas et plurimos Tractatus et questiones in Theologia et philosophia, in predicatione quoque, et aliis suo tempore valde carus fuit (1).

(**33**r:). Antonius Andree Aragonus, inter ceteros Doctores Doctor dulcissimus appellatus, doctrine sui magistri Scoti precipuus defensor, scripsit super omnes libros Sententiarum, et ferme super omnes Aristotelis codices, maxime super Logicam, secundum mentem Scoti, et multa Quotlibeta (2).

Ugo de Novo Castro, qui inter ceteros Doctores, Doctor Scholasticus appellatur, scrutator et defensor doctrine Scoti, scripsit egregie super quatuor Sententiarum libros et Reportata super eosdem. Item, Tractatum de materia Antichristi (3).

Iohannes de Monte Casale, doctor precipuus, qui plurimas questiones edidit in theologia et philosophia (4).

Antonius de Valentia Lombardie, Magister singularis in theologica facultate, ut sua scripta demonstrant. Ob suam singularem sufficientiam Episcopus Gaitanus creatus est (5).

Clarus de Florentia, in iure canonico Doctor, plurima scripsit et Summam Casuum compegit; qui non solum scientia, sed religiositate claruit (6).

Iacobus de Grisanto de Castro Florentino, egregius predicator et in theologia Doctor magnus, qui quadraginta duo quadragesimalia et sermones alios tam dominicales quam festivos peregit (7).

Benedictus de Senis, theologus excellens et famosus predicator, sermonales composuit (8).

Antonius de Luca inter alios maximus predicator, quamplurima quadragesimalia fecit, quibus claruit sua subtilitas ingenii et scientie (9).

Karolus secundus, rex Sicilie et Hierusalem, pater Sancti Ludovici Episcopi, et de 3° Ordine, cum dolore totius Ordinis moritur anno **1309**, prima die maii (10).

Clarebat in Hispania et Regno Castelle frater Iohannes de Cambia, vir doctissimus et devotissimus, ac omnium virtutum ornatus, prodigiorum etiam varietate mirandus, tam in vita, quam post mortem. Cuius corpus honorifice requiescit in Conventu Aurie Provincie Sancti Iacobi (11).

---

(1) CG 486. *Conf.* 338, 511, 544. Wadding, 112^{1}; 83^{2}; 77^{3}. Sbaralea, 243^{1}; 1^{2}, 257s. *De illustr.* f. 43r, b. Quocum modo plus, modo minus convenit Mar.

(2) Wadd. 29^{1}; 20^{2}; 23^{3}s. Sbaralea, 67^{1}s.; I^{2}, 71-3. *De ill.* l. c.

(3) *Conf.* 544. *Prov.* n. 8. Wadd. 179^{1}; 122^{2}; 121^{3}. Sbar. 361^{1}; I^{2}, 383. *De ill.* l. c. a.

(4) *Prov.* 305. Wadding, 215^{1}; 117^{2}; 115^{3}. Sbaralea, 413.

(5) *Conf.* 527. Wadding, 39; 27^{2}; 30^{3}. Sbaralea 94; I^{2}, 99. Eubel, *Hier.* I, 258.

(6) *Salimbene,* 208, 317, (403, 549). Wadd. 91^{1}; 62^{2}; 64^{3}. Sbaralea, 196^{1}; I^{2}, 209.

(7) Wadding, 183, 186^{1}; 125, 127^{2}; 124, 126^{3}. Sbaralea, 370, 378.

(8) Terrinca, *Theatr. Etr. Min.* Florentiae 1682, 266. (*Theat. E. M.*)

(9) *Prov.* 229. *Conf.* 517. Wadd. 34^{1}; 24^{2}; 27^{3}. Sbaralea, 79^{1}, I^{2}, 83.

(10) Wadd. an. 1310, n. 19. Obiit 5-6 Maii 1309. Chevalier. *Rép.* I, 887.

(11) CG 462s. Wadding, ad an. 1309, n. 5 e Mar. Obiit vero 1309, 5-6 mai. cf. Minieri-Riccio, *Genealogia di Carlo II d'Angiò,* ap. *Archivio storico per le prov. Napoletane,* VII, Napoli 1882.

Martinus, vir perfectus, signis et prodigiis admirandus, in Conventu de Burgo, Provincie Castelle, sepultus (1).

Ademarus de Fulzineo clarebat etiam isto tempore in Provincia Aquitanie, filius incliti Domini de Monte Murato, et maximus predicator. Qui cum signo Crucis sanabat infirmos, sepultus in Conventu Figiaci, ubi multis miraculis coruscare non cessat. Suscitavit etiam mortuos, illuminavit cecos et curavit a demonibus vexatos (2).

(**33v**:) Anno eodem in Fulgineo, Valle Spoletane (*sic*), die 23 decembris, carne soluta, radio claritatis eterne absorta migravit ad celos beatissima Angela de 3° Ordine, que de voluntate Dei librum dignissimum composuit. Qui per octo famosos Lectores, deinde per Dominum Iacobum de Columna Cardinalem, approbatus fuit (3).

In prefata etiam civitate, sub ipsa Regula Tertii Ordinis, sanctitate emicuit beata Pascalina (4). Et in Monte Falcone beata Margarita (5).

Anno Domini **1310**, kalendis ianuarii, in oppido Sancte Crucis Vallis Arni, migravit a seculo beata Cristiana, Virgo devotissima, multis virtutibus et miraculis clarens (6).

Anno eodem, ex commissione Domini Pape Clementis V, deceptatio (7) que orta erat in Ordine, inter zelatores et transgressores paupertatis, examinata est per fratrem Berengarium Cardinalem Tusculanum, et Dominum Guglelmum tituli Sancte Potentiane Presbiterum Cardinalem. Ex qua re Dominus Papa precepit Fratribus zelatoribus, ut omnes transgressiones in scriptis reducerent sibique traderent. Qui simul convenientes, 25 articulos super relationem, et 10 super Declarationem Nicolai III formaverunt (8). Super quos formata est Declaratio ipsius Domini Clementis (9).

[Tricesimum primum] Capitulum Generale celebratum est Padue (10) per fratrem Gonsalvum Generalem, anno Domini **1310**, Ordinis vero 103, in quo Capitulo facta est translatio Arche Sancti Antonii ad medium Ecclesie (11).

Anno Domini **1311** Dominus Papa Clemens apud Vien[n]am convocavit Concilium Prelatorum et inchoavit primam sessionem Sabbato ante festum Sancti Luce. Et in sequenti anno in festo Sancti Iohannis ante Portam Latinam celebravit tertiam et ultimam sessionem (12). In qua promotus fuit modus vivendi Fratrum, qui accusabantur, per Constitutionem, que incipit *Exivi de Paradiso,* et ponitur extra. de verborum significatione in Clementinis (13).

---

(1) CG 463s. Wadd. an. 1309, n. 6 e Mar.

(2) CG 464-7. *Conf.* 308, 538. Wadd. l. c. n. 7-10 e Mar.

(3) CG 361. *Acta SS.* Jan. I, 186. Faloci, ap. MF III, 173s. Wadding, l. c. 11-22.

(4) Wadd. 1313 n. 11 ss. e Mar.

(5) Wadd. an. 1360 (sic) n. 3 (VIII, 148).

(6) Terrinca, *Theat. E. M.* 280.

(7) Cf. praecipue ALKG III, 1ss. Knoth, *Ubertino von Casale,* Marburg 1903, 64ss. Huck, *Ubertino von Casale,* Freiburg 1903, 20ss.

(8) Cf. *Rotulum* Fr. Ubertini ALKG III, 93ss. super *Exiit* cf. supra 465, n. 3-4.

(9) *Exivi* BF, V, 80. Clement, l. V, titul. XI.

(10) Ehrle ALKG VI, 68-70. Wadd. 1310, n. 6 (VI ², 172). CG 458. *Mem. Ord. Firm.* ¹ f. XXIII r.

(11) Hoc ap. Wadd. l. c.

(12) *Collectio regia* XXVIII, 701. Raynaldus, *Annales,* 1310, 41; 1311, 52ss: 1312, 1-26. Labbe, *Coll. Concil.* XI, 1537-69. Mansi, *Suppl.* III, 713, (XXV, 367). Ehrle, l, c. II, 353-416, III, 1-195; IV, 361-470. Duravit concilium a 16 oct. 1311 usque ad 6 maii 1312.

(13) Cf. supra n. 9.

Frater autem Gonsalvus Generalis post Concilium attendens ad Ordinis reformationem, per Ordinem discurrens hedificia sumptuosa dirui faciebat, vestes excessivas Fratribus aufferebat, elemosinas perpetuas relinquere et annualia reddere suis dominis quibuscumque obbligationibus compellebat: et quantum potuit pro reformatione Ordinis laboravit (1). Qui Parisius, visitando, diem clausit extremum, anno Domini **1313**. Hic magister realissimus, unus de maioribus licteratis suorum temporum. Hic tam in theologica facultate, quam super Sacram Scripturam plura scripsit et alios plurimos tractatus (2).

(**34**r:) Iohannes, rex Armenie, hac tempestate dimisso regno nepoti suo Leoni, Ordinem Fratrum Minorum intravit (3). Sed quia contra Regnum Turce insurgebant, et dictus Leo rex eis resistere non valebat, tunc frater Iohannes, zelo fidei succensus, cum habitu arma sumit, infideles quamplures fugat, prosternit; finaliter tamen ab infidelibus occisus ianua celi gloriosus penetravit. Cuius corpus in Aquitania[m] translatum, ibi claret miraculis.

Philippus Pulcher, rex Francie, filiam suam Blancham beato Francisco et beate Clare in monasterio de Longo Campo, prope Parisius, obtulit, sororemque fecit (4).

Henricus 7, imperator, anno **1312**, per agrum Aretinum transiens contra Florentinos, ex devotione Beati Francisci sacrum visitavit Montem Alverne et a sancto fratre Iohanne informari voluit, quem cum attentione et devotione maxima audivit. Ipsumque sacrum Montem et Fratres sub sua protectione suscipiens, per suas litteras dominis illius regionis efficacissime commendavit (5).

Ugo de Prato, Provincie Tuscie, cognomento Pantiera, vir venerabilis et bonus theologus, qui etiam tante humilitatis fuit, ut Ordinem intrans, in statu (*a*) laycorum requiescere voluit. Hic opus edidit in lingua materna de vita contemplativa, subtilissimum et contemplativum, et plure[s] epistolas, in quibus se magnum theologum ostendit (6). Qui ob zelum fidei cristiane ampliande ad Tartaros ivit, ubi plurima tempora fuit, et de illis partibus hoc anno **1312** ad socios suos de cippo Pratenses (*b*) epistolam scripsit (7).

Ipso quoque anno Papa Clemens fecit ordinationem 9 Cardinalium (8), inter quos fuit frater Vitalis de Furno, Provincie Aquitanie, sacre Theologie Magister, tituli Sancti Martini in Montibus Presbiter Cardinalis, quem postea fecit Episcopum Albanensem (9), et frater Guglelmus Petri de Gondine, magister Curie Ordinis Predica-

(*a*) Cod. *stato*. (*b*) Cod. *Pratensos*.

(1) Sic CG 459 s, et *Memor. Ord.: Firm.*[1] f. XXXIII, Wadd. 1312, n. 9; Idem 1310 n. 8 litteras Gonsalvi talis tenoris editas iam 27 Oct. 1310.

(2) CG 467, *Memor. Ord.* l. c., cf. Wadd. 1313, n. 1. Sbaralea *Suppl.* 626 s.

(3) CG 462, Golubovich, BTS I, 328-39, tumulatus fuit Sisii, in Ciliciae capite.

(4) CG 472. Wadd. 1315, n. 24 e Mar. Anno 1318; cf. G. Duchesne, *Histoire de l'abbaye royale de Longchamp*[2], Paris 1904, 72.

(5) Wadd. 1312 n. 5 ubi imperatoris litterae; cf. l. c. 1322, n. 32, (VI[2], 387).

(6) Wadd. *Script.* 179. 122[2], 121[3]. Sbaral. *Suppl.* 361; I[2], 388 s. Chevalier, *Rép.* I, 2213.

(7) Wadd. 1313, n. 8. i. e. ad societatem Cippi dictam.

(8) Eubel, *Hier.* I, 14, die 23 vel 24 dec. 1312.

(9) L. c. et p. 34, mense iunio dicti anni.

torum. Erant tunc in Curia quatuor Fratres Minores et quatuor Predicatores Cardinales (1).

Anno Domini **1313** frater Iohannes de Muro, Ordinis Minorum, Protector Ordinis, ad suos Patres appositus est (2). Isto quoque anno Papa Clemens, apud Avinionem in cathalago sanctorum ascripsit Sanctum Petrum de Murrone (3).

[Tricesimum secundum] Capitulum Generale celebratum est Barchinone, Provincie Aragonie, per Regem Petrum anno **1313**, Ordinis vero 105. In quo, presente ipso rege, fuit electus in Generalem (**34v**:) frater Alexander de Alexandria, Provincie Ianue (4).

Anno **1314** in crastino Beati Francisci, Rome in Araceli, frater Alexander Minister Generalis ad sanctos Patres positus est, post cuius mortem per 17 menses, sine Ministro Generali fuit Ordo (5). Hic Generalis vir excellentissimi ingenii fuit, et multa edidit. Scripsit enim super quatuor Sententiarum libros. Item, super omnes ferme Aristotilis libros, maxime super Methaphisicam, in qua alios dicitur excellere Doctores. Scripsit etiam plurima Quodlibeta. Item Postillam copiosam super Iohannem. Scripsit et tractatum de Usuris. Item, super Epistolam ad Romanos. Hic ad differentiam Alexandri de Ales, vocatus est Alexander iunior (6).

Eodem quoque anno, 15 mensis Martii in Arzenga, civitate Vicarie Orientis, pro fide Christi passi sunt frater Monaldus de Anchona, frater Franciscus de Firmo et frater Antonius de Mediolano; quos Patriarcha Armeniorum ascripsit in cathalago Sanctorum (7).

Robertus filius Comitis Guidonis de Battifole, vir utique bonus et perfectus, qui diu in Ordine laudabiliter et sancte vixit, in Conventu Assisii, tempore Indulgentie moriens, devote fuit sepultus, tam a Fratribus, quam a secularibus (8).

Ubertinus de Sancto Cassiano, vir quippe magne orationis et vigiliarum, cui in nocte Ascensionis oranti plurima fuerunt revelata in Conventu Prati, et post paucos dies a seculo migrans, cum omni devotione humatur (9).

[Trigesimum tertium] Capitulum Generale celebratum est Neapolim, anno **1316**, Ordinis 108, per regem Robertum et reginam Sanciam. In quorum presentia<m> electus fuit in 17 Generalem frater Michael de Cesena, Parisius existens, ubi noviter fuit magistratus (10).

Quo tempore in Ordine clarebant in doctrina:

Michael prefatus, qui super 4 sententiarum libros pulcerrime scripsit. Item, super Ezechiellem, et alios plures Tractatus (11).

---

(1) L. c. I, 14 Godin. Quia Gentilis de Monteflorum iam 1312 oct. 27 obierat, non remanserat tunc cardinalis ex ordine Minorum nisi Fr. Ioh. Minius, cf. nota 3 et supra p. 627 n. 1 et 630 n. 10.

(2) Cf. supra 472, n. 2. Wadd. *Script.* 145, 98², 99³. Sbaralea, *Suppl.* 302; I², 320. (3) Scil. 5 maii huius anni; Chevalier, *Rép.* I, 330-2.

(4) CG 468. Wadd. 1313, n. 3. (5) CG 467 n. 4. Wadd. l. c. n. 1.

(6) Wadd. *Script.* 7, 5², 9³, Sbaral. 10s, I², 11s.

(7) CG 412-5, n. 3. Wadd. 1314, n. 9. Acta SS. Mart. II, 412-4. Golubovich, BTS I, 325. (8) Wadd. 1315 n. 1. (9) L. c.

(10) CG, 470. Rodulphius, 240. Wadd. 1316 n. 3. Saltem 1318 fuit magister theologiae, Denifle, ChUP II, 217.

(11) Conf. 332, 339, 524. Wadd. *Script.* 259, 177². Sbaralea, 541, 731. Gudenatz, *Michael von Caesena*, Breslau 1876,

Beltrandus de Turre de Combolito, Caturcensis diocesis, tunc (a) Minister Provincie Aquitanie, qui inter ceteros Doctores, Doctor famosus appellatur (b), vir in divinis codicibus valde eruditus atque expertus. Scripsit Collationes et Sermones valde prolixos super omnes epistolas et lectiones et prophetias, que in ecclesia leguntur per totum annum. Opus valde prolixum, tria volumina continens. Scripsit etiam super omnia evangelia, tam domenicalia, quam quadragesimalia, que per totum annum in ecclesia leguntur. Qui fuit Archiepiscopus (**35**r.) Salernitanus ac Sancte Romane Ecclesie Cardinalis et Episcopus Tusculanus creatus (1).

Petrus Aureoli, qui inter ceteros doctores, Doctor facundus appellatur, qui duobus annis Parisius cathedram magistralem tenuit, et factus est Archiepiscopus Aquensis. Scripsit super 4 Sententiarum libros. Item, plurima scripta multum profunda. Item, Sermones tam de tempore, quam de Sanctis, per totum annum. Item, Compendium Theologie, elegantissimum in sex libros divisum. Item, duos Tractatus insignes de Conceptione Beate Marie (2).

Franciscus Mayronis, qui inter ceteros Doctores, illuminatus, sive acutus, appellatur. Hic Parisius primus Actum Sorbonicum (c) inchoavit. Scripsit subtiliter super 4 libros Sententiarum. Scripsit preterea aliud opus insigne super Primum Sententiarum diversum a priori scripto, et in eo habet singularem prerogativam pre ceteris doctoribus. Scripsit etiam questiones subtiles super Secundum Sententiarum librum, preter suum scriptum principale. Scripsit Sermones de tempore et per totum annum; lecturam super Decretales: multa et diversa de Formalitatibus; commenta brevia et succin[c]ta super multos libros Beati Augustini, videlicet super librum Confessionum, de mirabilibus Sacre Scripture, super Retractationum, super librum diversarum questionum, super librum contra Epistolam fundamenti et super alios plurimos. Item, commentum super Dionisium de mistica theologia. Item, brevia commentaria super aliquos libros beati Anselmi. Scripsit etiam Tractatum insignem et prolixum de paupertate evangelica, et alia quamplurima (3).

Guglelmus Ockam, Anglicus, Doctor singularis appellatus, inceptor dicitur omnium nominalium monarcha. Scripsit super omnes 4 Sententiarum libros. Item, super omnes ferme Aristotilis libros, presertim super Logicam. Scripsit volumen per modum dialogi. Item, multa Quolibeta. Item, Apologiam. Item, opus nonaginta dierum. Item, de Sacramento altaris. Item, Compendium Theologie. Et aliud de erroribus Iohannis XXII (4).

Astesanus de Aste, omni doctrina excellentissimus, utriusque iuris atque Theologie doctor, scripsit Summam copiosissimam atque prolixam in octo libros divisam, que Summa Astensis vocatur (5).

(a) Cod. *nunc.* (b) Cod. *appellatus.* (c) Cod. *Cerbonicum.*

---

(1) *Conf.* Wadd. *SS.* 60, 64^2, 45^3. Sbaralea, 138ss, I^2, 145ss. *De illustr.* XLIIv. b.

(2) Wadd. *SS.* 276, 188^2, 184^3s. Sbaral. 584ss. 731. Chevalier *Rép.* I. 386. *Hist. litt. de la France* XXXIII, 479-527. *De ill.* l. c. a.

(3) *Conf.* 338, 544. Wadd. *SS.* 123 ss, 84^2, 85^3ss. Sbar. 267 ss, 728, I^2, 288ss. Chevalier II, 3171. *De ill.* l. c. Cf. p. 631 n. 3.

(4) *Conf.* 339, 341, 547. Wadd. 155ss, 106^2, 106^3. Sbaral. 326ss. Chevalier II^2, 3385s. *De ill.* l. c.

(5) *Conf.* 341, 527. Wadd. 42, 30^2, 33^3. Sbaral. 100s. I^2, 104s. Chevalier I, 350. *De ill.* XLIIIr, b.

Astesanus alter etiam in Theologia Doctor, scripsit super 4 libros Sententiarum, super Apochalipsim et Sermones multos (1).

(**35**r:). Lodovicus de Castilione Aretino, Oxonie clarus, scripsit super Sententias, in materia de paupertate Christi, et Sermones quamplurimos de tempore et de Sanctis (2).

Philippus de Florentia, Ultranensis appellatus in Theologia et philosophia multotiens, et Sermones feriales et festivos per totum annum scripsit, atque tractatum pulcrum de compositione sermonis seu collationis (3).

Iohannes Papa XXII Cardinalem fecit anno Domini **1316** fratrem Bernardum de Monte Favesio, de Castro Novo, Rutheni dioceseos (*a*) diaconum Cardinalem, tituli Sancte Marie de Aquiro (4).

Anno Domini **1317**, Ordinis vero 109, 27 septembris, Parisius inter brachia Magistri Francisci de Maironis, migravit ad celum gloriosus Comes Ariani, Sanctus Elzearius de 3° Ordine (5), cuius corpus eodem anno delatum est ad Proventiam et in Conventu Fratrum Minorum, Apte, honorifice est sepultus.

Eodem quoque anno, die 7 aprilis in Avenione Iohannes XXII cathalago Sanctorum ascripsit Sanctum (*b*) Lodovicum Episcopum Tolosanum (6).

[Tricesimum quartum] Capitulum Generale celebratum est Marsilie anno **1319**, Ordinis vero 112, per fratrem Michaelem de Cesena (7). Et octava die subsequentis mensis novembris, Corpus Sancti Ludovici Episcopi, de loco ubi fuerat sepultum, translatum est supra maius altare, in pretioso sepulchro de argento, presentibus quatuor Cardinalibus et Roberto Rege Sicilie et Sancia Regina, ac regina Francie, ipsius Sancti nepte (8).

Frater Beltrandus de Turre, Provincie Aquitanie Minister, fuit ad Archiepiscopatum Salernitanum assunptus et in sequenti anno fuit ad Cardinalatum (*c*) tituli Sancte Crucis promotus, postea Episcopus Tusculanus factus (9).

Anno Domini **1320** Florentie in monasterio de Monteceli indormivit in Domino sanctissima Soror Helyas de Pulcis, Ordinis Sancte Clare, mulier quidem doctrina et sanctitate ac spiritu prophetico clara (10).

Anno Domini **1321**, 9 aprilis in India et civitate Thana passi sunt sacrum martirium pro fide Christi frater Thomas de Tolentino, frater Iacobus de Padua, frater Petrus de Senis et frater De-

(*a*) Cod. diocesim. (*b*) Cod. *sanctus* etc. (*c*) Cod. *cardinalatus*.

(1) Esse videtur Ascensius *Conf.* 840, 527, 544. Wadd. 42, 80², 88³; cf. Sbaral. 100s, I², 104, 254. *De ill.* XLIII v. b. (2) Wadd. 164², 162³. Sbaral. 496.

(3) Wadd. 298s, 199²s, 196². Sbaral, 617, 622.

(4) Wadd. 1316, n. 39 contra Mar. recte negavit hunc fuisse card. O. F. M. Eubel, *Hier.* I, 14.

(5) CG 485, *Acta SS.* Sept. VII, 576 ss. obiit an. 1323. BHL I, 378. Chevalier, *Rép.* I, 1315s. (6) CG 471, BHL II, 750s. BF V, 111ss. Chevalier, II, 2898.

(7) CG 478. Wadd. 1319 n. 1.

(8) CG 472, Wadd. l. c. *Acta SS.* Aug. III, 500.

(9) CG 478. Eubel, *Hier.* I, 452: archiep. 1320, sept. 3; l. c. 15: tit. S. Martini in Montibus: 19 vel 20 dec. 1320; l. c.: 1323 ep. Tuscul. Cf. p. 636, n. 1.

(10) Wadd. 1320, n. 2 e Mar; cf. *Bartholi,* 152. Rodulphius, 139v.

metrius Georgianus; quorum sacras reliquias collegit et sepulture tradidit frater Iordanus Ordinis Predicatorum, eorum socius, ac ipsorum passionem descripsit (1).

(36r:) Anno **1322** in sacro monte Alverne 10 augusti de ergastulo carnis solutus, sanctissimus Iohannes de Firmio migravit ad celestia regna (2).

Eodem anno, licet 22 aprilis, in Fabriano, Provincie Marchie, migravit ad suum Creatorem frater Franciscus de Fabriano, ibidem honorifice sepultus, doctrina, vita, virtutibus et miraculis clarus (3).

In castro Montislisii, Provincie Burgundie, ab hereticis diversis plagis incesi et interfecti sunt pro defensione catholice fidei frater Cathelanus et frater Petrus Pascali, ubi innumeris claruerunt miraculis (4).

[Tricesimum quintum] Capitulum Generale, celebratum est, anno Domini **1322**, Ordinis vero 114, per fratrem Michaelem de Cesena in Perusio (5). In quo diffinita et determinata est questio nuper orta in curia de paupertate Christi per fratrem Iohannem de Belna Ordinis Predicatorum inquisitorem (6). Quod audiens Dominus Papa, indignatus contra ipsam determinationem et Ordinem insurrexit, ac proinde scandala in dies graviora suborta [sunt et] tribulationes multe in Ordine fuere (7).

[Tricesimum sextum] Capitulum Generale celebratum est anno Domini **1325**, Ordinis vero 118, apud Lugdunum per fratrem Michaelem a Cesena (8), qui postea, recedens a Curia, Italiam peragravit (9).

Anno **1327** dictus Papa per suas litteras personaliter citavit ante suam beatitudinem fratrem Michaelem Generalem (10). Qui cum venisset, et se ita reverenter non habuisset, propter questionem ortam paupertatis Christi, et ita prudenter et viriliter et constanter restitisset in faciem eius, quod ipsa determinatio non erat heretica, sed sana, catholica et fidelis. Ex qua responsione Dominus Papa magis contra ipsum et Ordinem indignatus est (11).

Interim Lodovicus Bavarus, Imperator, Rome existens, contra Vicarium et Ecclesie unitatem barbarice se erexit, ac Papam Iohannem deposuit, et fratrem Petrum de Corbario (12) apostatam Ordinis Minorum, in dedecus et dampnum (*a*) ipsius Ordinis, in Antipapam elegit, ipsum a Romanis, clericis et laycis, faciens ipsum sic[ut] Papam bestialiter adorari. Qui Petrus se fecit appellari Nicholaum V, Cardinales multos et Episcopos diversis locis de facto creans (13). Parvo deinde tempore lapso, conscientia ductus, sponte ivit Advinionem ad

(*a*) Cod. *dedeca et dampno.*

(1) *Catal.* 41 45 CG 474ss. *Conf.* 332s. AF III, 597ss. BHL II, 1294s.

(2) CG 489ss. *Acta SS.* Aug. II, 459ss. BHL I, 650.

(3) *Acta SS.* April. III, 984ss. Wadd. *SS.* 115, 78^{2}, 80^{3}, Sbaral. 252, I^{2}, 267s.

(4) *Catal.* CG 477s. Eubel, BF V, n. 458s, 485, e quibus bullis apparent iam occisi fuisse 1321.

(5) CG 480 falso sub anno; Wadd. 1322, n. 52ss. (VI^{2}, 396ss). Eubel, BF V, p. 224s.

(6) Loc. cit. Holzapfel, § 14. p. 64 (64) ubi bibliogr. AFH II, 272.

(7) Eubel V, 233.

(8) CG 487. Wadd. 1325 n. 6.

(9) AF III, 480, 487. BF V, 341, 347s.

(10) BF V, n. 667.

(11) Cf. CG 481. BF V, 341.

(12) K. Eubel, *Der Gegenpapst Nicol. V und seine Hierarchie* ap. *Historisch. Jahrbuch*, XII, München 1891, 277ss.

(13) Idem, BF V, p. 353s.

Dominum Papam, recognoscens suum errorem, quem Dominus Papa gratanter recepit cum honore. At ipse coram Papa et toto concistorio humiliter recognovit culpam suam (**36v**:) et benigne fuit receptus, et in camera curialiter detentus, biennio supervixit, et in pace quievit (1).

[Tricesinum septimum] Capitulum Generale celebratum est Bononie anno **1328** et Ordinis 121, per fratrem Beltrandum Cardinalem Ostiensem (2). Dominus autem Papa non permisit ad Capitulum fratrem Michaelem accedere, quia nolebat immutare statum Ordinis et revocare litteras determinatorias Capituli Perusini. Sed misit ad Capitulum suas litteras, intimans suam voluntatem (3). Quibus perlectis in Capitulo, prefato Domino Beltrando, legato apostolico presente (4), Patres ad electionem procedentes, eumdem fratrem Michaelem in Generalem elegerunt, non obstantibus litteris Domini Pape et Cardinalis persuasionibus, nescientes, ut dicebant, propter quod deberent ipsum deponere. Et eletionem ei Avinionem miserunt (5).

Frater Michael in Avinione existens et nesciens an esset depositus vel reelectus, timore humano ductus, existimans sibi periculum mortis imminere, clam recessit de curia et ab obedientia Domini Pape, et venit Pisas, ubi tunc frater Petrus antipapa cum sua curia residebat cum Lodovico Imperatore (6). Et ibi nomine suo et vice omnium Fratrum sibi adherere volentium in scriptis solempniter appellationem suam pubblicavit, ad hostium Ecclesie Cathedralis appendit, appellans ad Sanctam Ecclesiam Catholicam et ad Generale Concilium (7). Interim venerunt Fratres a Capitulo Bononiensi ei litteras de sua reelectione portantes Avinionem. Quod cum Dominus Papa audisset, valde turbatus est: sed veniente appellatione fratris Michaelis magis indignatur, et ipsum excommunicatum et contumacem et depositum ab omni officio declaravit (8), et Dominum Beltrandum Cardinalem in Generalem Vicarium instituit (9), et Extravagantem edidit, que incipit: *Quia vir reprobus* (10).

Frater autem Michael contra ipsum Pontificem et suas decretales scripsit plurima, in quibus ostendit et probat et declarat ipsum Dominum Papam in plurimas hereses incidisse (11): ex quibus valde indignatus et accensus fuit Dominus Papa, tam contra Religionem, quam contra fratrem Michaelem, cui plurimi ad[h]eserunt, et inter alios Fratres in mundo famosi Doctores fuerunt:

Iohannes de Ianduno (12), Berengarius Pisanus (13), Bonagratia de Bergamo (14), Hemricus de Thalem (15) et Marsilius de Padua (16). Qui omnes fugientes faciem Domini Pape, in Bavaria cum Imperatore abierunt, predicantes ipsum Papam Iohannem non verum esse Papam, (**37r**:) sed hereticum, unde multi tam clerici, quam

---

(1) L. c. n. 843, 854, 859ss, 875. Antipapa obiit 16 oct. 1333.

(2) CG 487. BF V, 341s, n. 706. Wadd. 1328, n. 16s; non erat tamen « *Frater* » Bertrandus, sed Bertrandus de Poietto, ep. Ostien.

(3) Cf. bull. cit. (4) BF l. c. 342s. Wadd. l. c. n. 16.

(5) Wadd. l. c. n. 16. BF V, p. 390 nota. (6) BF l. c. cf. p. 347s.

(7) BF V, p. 347s, 410s; cf. 426ss. (8) BF V, 346s. (6 iun. 1328).

(9) L. c. 349s; i. e. Bertrandum de Turre O. F. M. (13 iun. 1328) cf. supra 636, n. 1. (10) BF V, 408ss, n. 820. (11) Cf. nota 8.

(12) Chevalier, II, 2426. *Hist. litt. de la France*, XXXIII, Paris 1906, 528-623. Non erat Frater Minor. (13) Wadd. 1328, n. 19.

(14) Sbaralea, *Suppl.* 141, 726; I² 147.

(15) L. c. 336, I², 355s. (16) Chevalier, II, 3094. *Hist. litt.* l. c.

Religiosi, principes et nobiles, precipue in terris Gibellinorum, eis adheserunt, quapropter hec causa maioris tribulationis Ordinis fuit (1). Plurimi enim capti et inquisiti, ostinati in sua oppinione inventi, fuerunt diversis penis in carceribus afflicti et occisi; quamplures etiam diversis penitentiis post publicas confessiones ad Ordinem redierunt. Inter quos fuit Frater Franciscus de Esculo (2).

Articulus autem pro quo orta est hec tempestas, est quod Ordo asserebat Christum et Apostolos viam perfectionis sequentes nihil habuisse iure proprietatis et dominii in speciali nec etiam in communi. Hunc articulum diffinierunt et determinarunt Patres in Capitulo non esse hereticum, sed sanum et catholicum et fidelem, et quod talis abdicatio propter Deum meritoria est et sancta (3).

[Tricesimum octavum] Capitulum Generale celebratum est Parisius anno **1329** et Ordinis 122, per fratrem Beltrandum Cardinalem et Vicarium Ordinis, in quo fuerunt quasi de toto Ordine eruditissimi Magistri, qui cum toto studio Parisino Papam Iohannem fuisse catholicum et fratrem Micha[e]lem Generalem tamquam hereticum iuste fuisse depositum determinarunt (4). Et tunc vocarunt in decimum octavum Generalem fratrem Gerardum Odonis (5), sub quo sedata fuit questio a fratre Michaele orta.

Formam caputii, quam Beatus Franciscus portavit et tradidit Ordini, Dominus Papa removit, ac tradidit illam, qua modo utitur Ordo, et hoc, ut Fratres Ordinis di[f]ferant inter illos rebelles supradictos (6).

Frater Odoricus de Foro Iulio, vir sanctissimus ac miraculis luminosus, 14 ianuarii, anno Domini **1331**, obdormivit in Domino (7). Quem Patriarcha Aquileie in suo Patriarcato (*sic*) in cathalago Sanctorum ascripsit. Hic in 16 annis, quibus moratus est in partibus meridionali[bu]s et orientis multa miracula vidit, ac viginti milia infideles baptizans, fidei catholice subiugavit. Unde in Italiam reversus, per obedientiam librum de Mirabilibus mundi intitulatum scripsit.

[Tricesimum nonum] Capitulum Generale celebratum est Perpiniani, licet debuisset celebrari in Assisio, per fratrem Gerardum Odonem, anno **1331**, Ordinis vero 124 (8). In quo Generalis cum pluribus aliis voluit totis viribus et conatus est, quod illum punctum Regule de non recipiendo pecunia[m], auctoritate apostolica penitus tolleretur, propter scandala orta in Ordine. Cui Fratres minime acquiescere voluerunt.

(**137v**:) Anno **1332** Generalis ad requisitionem Zacharie Patriarche Armeniorum misit in Armeniam Minorem multos Fratres ad

---

(1) Cf. Eubel, BF V, s. v. p. XLI n. 2, 3.

(2) Wadd. *Script.* 112. 83[2], 77[3], Sbaral. 243, I[2], 257 s.

(3) In epistola Capituli glis Perusini; supra 638, n. 6.

(4) CG 488ss. Wadd. 1329 n. 1ss. BF V, p. 384ss. AFH II, 163.

(5) LL. cc. AFH II, 271s, BFV, 389 ss.

(6) Sic explicare videtur prohibitionem curiositatis habituum Spiritualium (Fraticellorum), a Iohanne XXII factam bulla: *Quorundam exigit*, 1317. oct. 7. BF V, 128s, 130.

(7) CG 499-504. *Conf.* 274, 525. H. Cordier, *Les voyages en Asie au XIV[e] siècle du Bx. F. Odoric de Pordenone,* Paris 1891. Teof. Domenichelli, *Sopra la vita e i viaggi del B. Od. d. P.* Prato 1881. Wadd. *Script.* 270, 184[2], 181[3]. Sbaralea, 330, 569. BHL II, 911-3.

(8) CG 504 AFH II, 269-92, 412-430, 600-10.

convertendos sibi subditos Armenos et alios infideles (1). Qui ibidem multos ad unitatem Sancte Romane Ecclesie reduxerunt, et multos alios baptizaverunt.

Frater Gratia Arnaldi, pergens Armeniam, Constantinopolim adhesit Imperatrici Grecorum latine, de domo Sabaundie; virum suum Imperatorem ad veram fidem et unitatem Ecclesie [reduxit]. Qui ipsum fratrem Gratiam remisit ad Dominum Papam, supplicando, ut sibi doctores catholicos micteret, ad suum populum convertendum (2). Pontifex autem summus tunc elegit ad hoc opus fratrem Gerardum Generalem. Sed interveniente morte Domini Pape et electione Benedicti XII, ipse Benedictus legationem ipsam revocavit.

In civitate Sarai, Vicarie Orientis, imperii magni Regis Osbeth, Imperatoris (a) Tartarorum, celebre martirium passus est frater Stephanus de Harodin Ungarus, die 22 aprilis, anno **1334** (3).

In Salamastro, Vicaria Aquilonari, etiam frater Guglelmus de Anglia pro predicatione nominis Christi, in confessione vere fidei a Sarracenis multis vulneribus crudeliter fuit occisus (4).

Frater Iohannes de Vallibus (5) sanctitate fulgebat, in Provincia Sancti Francisci precipuus zelator observantie regularis, qui a Ministro Generali obtinuit asperrimum locum de Pisquia, milliario 7 super Fulgineum (6), ubi cum Fratribus sibi adherentibus in pura et simplici seu litterali observantia Regule vixit in magna perfectione usque ad mortem, et ibidem sepultus assiduis refulsit miraculis. Ab isto enim fratre Iohanne propagata est, aut originem habuit, familia regularis observantie (7).

(Continuabitur).

DIRECTIO PERIODICI.

(a) Cod. *Imperatorem.*

(1) CG 506, Wadd. 1332, n. 1. Marc. da Civezza. *Storia d. Miss.* III, 390ss. 535ss.

(2) Wadd. 1333, n. 19.

(3) *Catal.* 41, 46. CG 515-21. *Conf.* 333-4. Wadd. 1331, n. 6ss.

(4) CG 521. Wadd. 1334 n. 19.

(5) *Conf.* 242, (240, 510). Wadd. 1334 n. 21 e Mar. B. Bernardinus Aquilanus, *Chronica Fratr. Min. Obs.* ed. L. Lemmens, Romae 1902, 6ss. Gubernat. II, 1ss.

(6) Pist(r)iae, i. e. S. Bartholomaei de Bruliano. Bern. Aquil. 8.

(7) Holzapfel, 91ss (81s). § 18.

CODICOGRAPHIA

DESCRIPTIO CODICUM FRANCISCANORUM

QUI IN BIBLIOTHECA D.D. MATTHAEI CAMPORI MARCHIONIS MUTINENSIS EXSTANT (1).

Cod. n. 73. Chart. saec. XIV ante medium, mm. 224×152, folia habens numerata 134, ex quibus ff. 84, 108, 124, 133, avulsa fuerunt, et duo in fine absque numerationis nota, ab unica manu, scriptura gothica cursiva, nunc binis columnis, nunc lineis plenis, exaratus, multis additis in marginibus adnotationibus. Ligatura consumpta, ex corio, sec. XVI ineuntis. — Eadem manus, quae codicem conscripserat, in margine superiore verso ultimi folii notavit: *Iste liber est ad usum fratris Michaelis Ranerij de Perusio, de ordine fratrum minorum.* Quis sit iste Fr. Michael penitus ignoro, cum nullus huius nominis circa haec tempora apud rerum nostrarum scriptores, quod sciam, occurrat; an vero ipse sit auctor eorum, quae in codice nullum scriptoris nomen praeseferunt, pene certe dixerim, ob multas adnotationes, correctiones, additamenta ab eadem manu in marginibus apposita. Ad melius haec scrutanda inservire poterunt notae, quae habentur: in f. 16v: *Bissestus est semper quando anno domini possunt dividi in .IIIIor. scilicet in .M°.cc°.LXXXXVI°. fuit bisestus et in .M°.ccc°.IIII°. et in M°.ccc°.VIII°. et sic de singulis;* et in margine superiori f. 52v: *Nota quod de nazareth in ierusalem, sicut dixit mihi frater* Conradus, *sunt .lxxv. milliaria. Et de ierusalem in bethleem sunt .v. milliaria;* et in recto ultimi folii: *Anno domini* M°.ccc°. xl. xiij kal. Julij Giangnarellus Giagnoli *reemit bibliam nostram, mihi furtive sublatam, pro .x. florenis. Cuius biblie signa sunt hec,* etc. Continet ergo codex:

1. [Fratris **Michaelis Ranerii de Perusio** O. F. M. Sermones].

Sunt 325 argumenta, summarie redacta, in dominicalia et ferialia evangelia et principales Sanctorum festivitates. Habes argumenta *de beato Francisco* in ff. 10v, 18-19, 86v-87, 88, 95, 100; *de beato Antonio*

(1) In hac praedivite rarioribus tum manuscriptis tum typis editis libris Bibliotheca, quatuor hi tantum codices franciscani, quos breviter describere aggredior, supersunt. Amplam manuscriptorum seriem, ab se studiosissime conlectam, Ioseph Campori, huius pater, mutinensi Atestinorum publicae Bibliothecae adhuc vivens donavit, inter quos multi de re franciscana codices eminent, mihi quam primum in hoc Periodico describendi. Interim de humanissima facultate suum studiorum sacrarium libere adeundi et perscrutandi nobis facta, munifico Marchioni hinc congruas grates redditas volo.

de Padua in ff. 29, 79, 84, et quaedam eiusdem miracula f. 10v. In margine superiore f. 79v nota est inscripta, quam hic referre opportunum censuimus:

[f. 79v.] « Miraculum. Tempore quo beatus Antonius predicabat Padue, quidam magister heresiarcha et hereticus predicans populo hereticorum ex adverso, et videns quod prevalere posset virtute humana et multitudine populi contra beatum Antonium et populum fidelium quibus predicabat, insurrexit adversus hereticus ille et fugavit quasi totum populum cui predicabat beatus Antonius iuxta quemdam fluvium, paucis remanentibus fidelibus. Fugientibus autem illis, beatus Antonius non obmisit predicare, et quia Deus voluit remunerare fidelitatem et constantiam eius, videntibus illis qui remanserant ad predicationem, de fluvio illo surrexit pisciculorum maxima multitudo elevantium se supra aquam, et tamdiu sic steterunt, quamdiu ipse predicationem protraxit et finivit ».

Cf. de hac leg. de Kerval, *S. Antonii Leg. duae,* Paris 1904, p. 166, 176, 181 s, 242, 263, 268 s.

Nota quod f. 10rb inscribitur titulus: *Collationes Fratris Ia. de Gaieta in lectura sua,* quem usque ad f. 30rb sequuntur brevia schemata sermonum, nihil tamen ab aliis differentium, ita ut erui nequeat quantum et ad quot sermones titulus protrahatur.

2. [Fratris **Simonis de Ragusa**] Tractatus de sensu Sacrae Scripturae.

Opus inscriptum est ff. 30b-48a, exceptis ff. 32v et 37-47, ubi sunt sermones inserti, quin tamen nihil operis desit. *Inc.* « Quia auctor sacre scripture trinus est et unus, idcirco et ipsa trina est et una: una in sensu licterali, trina in sensu spirituali ». *Des.* « filius hominis non venit animas perdere sed salvare. Quod ipse facere dignetur qui cum patre etc. Amen. *Explicit opusculum et tractatus fratris Symonis de Ragusya lectoris, ad faciendum sermones, scribendum et pronunciandum* ». Tam de auctore quam de opere nullum alibi vestigium invenimus. — Folio 135 exhibetur tabula argumentorum sermonum, ordine alphabetico digesta; f. 136 varia nulli momenti sunt inscripta, inter quae tamen haec referenda puto ex verso: *Iste sunt indulgentie generales et communes per totum ordinem minorum* etc. *in festivitate beate Marie virginis, beati Francisci, beati Antonij nostri, beate Clare. Et in consecratione ecclesiarum* etc.

3. f. 97r-97v [Sermo **Fratris Ubertini** in morte domini Thebaldi de Acerbis].

Inc. « Habitu est inventus ut homo, Phil. II. Omnia nomina rationabiliter imposita denominantur a sua perfectione, unde in statu quo conditus est primus homo, innocentia dicebatur habitus suus, quia erat perfectio eius. — *Des.* Anus similiter in habitu sancto non criminatrices. Licet autem habitus indumenti corporalis non sit de perfectione, est tamen signum perfectionis, quedam occasio perfectionis que per vilitatem. Hic narratur de superfluitate vestimentorum ». Sic explicit pars III^a^ sermonis, qui nihil de vita Theobaldi enarrat, sed tantummodo ad eius virtutes alludit: itaque neque de laudatore neque de laudato inde aliquid erui potest.

Cod. n. 217. Chart. saec. XIX, mm. 305×210, ff. 11. Ligatura chartacea. — Est epistola cuiusdam D. Mariani Bedetti Canonici, Anconae data die 1 Maii 1829 et ad D. G. Baraldi missa, in qua scriptor, inter alia, loquitur etiam de missionibus Tonkini orientalis, secundum relationes oretenus acceptas a *P. Vincentio Frontini de Auximo Ord. Min. Obs.,* qui per 24 annos missionarius fuerat prius Terrae Sanctae, deinde Tonkini.

Cod. n. 222. chart. saec. XVIII exeunt., mm. 288×207. ff. 8. Ligatura chartacea.

(ff. 1-8) [**P. Iosephi Mariae Platina** Ord. Min. Conv. Sermo in gratiarum actionem].

Titulus: « Discorso del P. Gioseffo Maria Platina Minore Conventuale in rendimento di grazie a Dio, che ha preservato ad intercessione di S. Rocco la Città di Bologna dal contagio ».

Inc. « Ecco un discorso in rendimento di grazie a Dio ». *Des.* « sive ergo vivimus, sive morimur, sui sumus. Così è, e così sia ».

Cod. n. 231. Chart. sec. XVI ineunt., mm. 185×130, ff. 190 non numer., lineis plenis ab una manu exaratus. Ligatura chart. cum dorso membran. super quo aurea inscriptio legitur: PICI MIRAN. | CONCLUSIONE[S] | CABALISTICE | ALIA ANONYM. | MSS. CARTACEO. In verso primi folii est recens nota: *Acquistato dal'a libreria Constabili* [di Ferrara] *1859. Cesare Campori.* Codex miscellaneus continet in prima parte *a)* 170 conclusiones cabalisticas Pici Mirandulensis; *b)* mutilum « *Exemeron mysticum* » anonymum, quod *inc.* « Alta verba et mysteriosa » et *des.* « qui fuit perfectus Ioseph, Iosue et Danielis »; *b*) et brevis « *Expositio cantici* », eaque anonyma, quae *inc.* « Pro introductione huius expositionis plurima sunt praeponenda: primum, quod auctor huius libri fuit Salomon » et *des.* « quare sunt bona quae fiunt ab electis in ecclesia ». Haec omnia, cum tabula conclusionum, quae expositionem Cantici sequitur, transcripsit quidam Frater Minor, uti habetur f. 140v: *Finis. Conclusio conclusionum Iohannis Pici Mirandulae; earumque scriba fr. Christoforus forliviensis* [Ord. Fr. Min. de Obs.[a]] *ac istius totius opusculi, ad laudem Iesu etc.* Sequuntur miscellanea tria anonyma de re franciscana:

1. (ff. 152r-159v.) Trifaria votorum oratio.

Inc. « Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: sardius, topatius et iaspis. Ezech. 28. Quum in hodierno die de re omnium propemodum maxima ». *Des.* « ac maioribus missarum sacris praestat, et necessum est. Dixi ».

2. (ff. 160r-168v.) [Summaria Sermonum].

Saepius orator Fratres Minores affatur in istis sermonibus, inter quos habes de re nostra: f. 164r « *In die sancti Ludovici;* f. 164v. *Item de Sancto Ludovico;* f. 165v. *Sermo* [in festo] *B.[mi] P. nostri Francisci* ».

3. (ff. 169-172). [Anonymi Quaestio super quadam in Ordine reformatione].

Rubr. « Quaestio super quodam vivendi modo, seù super quadam reformatione, ut vulgares fratres appellant, in ordine sancti Francisci, quo ad Fratres de Observantia temporibus istis ». *Inc.* « Quia non modica nec inutilis disputatio orta est inter Fratres Minores de Observantia super quodam vivendi modo, vel super quadam reformatione, secundum vulgares, in partibus Italiae diversis, in provinciis et praesertim in provincia Sancti Antonii, à rever.do patre Ministro generali totius ord. seraph. Francisci, nunc autem romanae sanctae ecclesiae D. Cardinali dignissimo, in capitulo generali Assisij celebrato anno domini M. D. 26. in solemnitate penthecostes instituta, an si talis modus sit laudabilis, an non; ideo ad honorem sacratissimae

Virginis, seraphici Francisci, totius celestis curiae, ad investigandam quoque veritatem et solatium spirituale proposui cum dei adiutorio, secundum ingenii mei parvitatem, hanc dilucidare materiam, submittendo me semper iudicio patrum religionis et cuiuscumque sapientioris. Quaeritur ergo an praefatus vivendi modus sit laudabilis, an detestabilis ». Evolvitur quaestio tres in partes divisa, more scholastico. — *Des.* « Et sic patet solutio argumentorum et questionis. *Laus sit Christo Iesu* etc. *et beato Francisco. Finis* ».

Cf. *Chronol. Hist.* Leg. I, 255, Neapoli 1650.

Folia 173-179 sunt vacua. Sequuntur ff. 177-182 *Casus valde perutiles*, maiorem partem de matrimonio; quibus finitis, habetur:

4. (ff. 183-184) [Fr. **Bonaventurae Curcurti** O. F. M. Tractatus de potestate Summi Pontificis in dispensationibus matrimonialibus].

Rubr. « Tractatus de potestate summi pontificis in dispensationibus matrimonialibus cum declaratione omnium impedimentorum Fratris Bonaventurae Curcurti Dalmatae Ord. san. Francisci reg.is observ. ad R.mu Patrem Paulum Par[mensem Pisottum] totius ord. san. Franc. Ministrum generalem. *Inc.* « R.me Pater, commendatis ac filiali reverentia premissa, salve. Iubebas litteris tuis ad patrem Commissarium Provintie nuper datis ». *Des.* « nec non potest dispensare contra 4.or evan. ». Mutilus in fine.

Mutinae.

P. Seraphinus Gaddoni, O. F. M.

BIBLIOGRAPHIA

Eubel Conradus, O. F. M. Conv. *Bullarii Franciscani Epitome, sive summa bullarum in eiusdem bullarii quattuor prioribus tomis relatarum, addito Supplemento, in quo tum gravissima illorum quattuor voluminum diplomata verbotenus recepta, tum nonnulla, quae in eisdem desiderantur documenta sunt inserta...* Apud Claras Aquas, MCMVIII, typis Collegii S. Bonav. — Prostat Lipsiae, ap. Ott. Harrassowitz, bibliopolam, 1 vol. in fol. pp. [IV], 349.

Postquam eruditissimus P. C. Eubel O. Conv. quattuor Bullarii tomos P. Hyac. Sbaraleae, vulgatos Romae 1759, 1761, 1765, 1768, annos 1218-1303 tractantes, aliis tribus tomis ibid. 1898, 1902, 1904, complectentibus spatium 1304-1430, auxit, eius erat animi, ut Sbaraleae operi vastissimo, rarissimo et pretii carissimi, maiorem diffusionem procuraret Epitome, Supplementoque istis, quorum indolem titulus iam pandit. Plurimis bibliothecis, quae voluminibus Sbaraleae carent, maximo erit commodo Epitome ista 1-224, summa cura, laboreque confecta, aliis autem bibliothecis tomos illos habentibus non minimae utilitatis erit eiusdem libri Supplementum 225-319, cuius postrema pars 306-19, revera ad volumina V-VII Bullarii spectat. Diplomata gravissima inibi reedita, ea sunt, quae ad totos Ordines trinos S. Francisci quodammodo se referunt, et nostratibus, exterisque saepius usuveniunt, ob quaestiones sive historicas, sive canonicas vel asceticas, quaeque insimul habere collecta placebit cuique. Alia, hac in secunda operis parte collata, modo generalis, modo specialis aut localis interdum momenti sunt, tracta praesertim ex Archivo secreto Vaticano, ex Archivo S. Conventus Ass. (cuius diplomata ipse auctor ap. AFH I, 601-16, II 108-122 recensuit), ex Arch. O. F. M. Hallis in Tyrolio, Clarissarum Brixinae, O. M. Conv. Herbipoli, e *Supplemento Bull. Franc.* a Fr. Flaminio Annibali de Latera O. F. M. ad, et interdum contra Sbaraleam edito, Romae 1780, in-fol. pp. XXIV, 260, opere ut erudito, ita et rarissimo, aliisque passim e libris, documenta nostra vulgata ferentia.

Epitome ipsa brevia indicula seu regesta, quae vocant, bullarum praebet, prae se ferentia personas, ad quas singulae directae fuerunt, earumque tenorem, cum initio et nota temporis. In notis ad calces paginarum appositis habes praeterea *numerum* bullae ap. Sbaraleam: ubi iste bullas invenerit indicatur, saepiusque P. E. alia etiam loca indicat, ubi adhuc adserventur dictae bullae; vel notitias dat explicantes bullarum tempus, et facta in eis relata etc. Plurimum laborem notae istae, saepe extensae condensarunt, operisque utilitatem valde augent, quia alias etiam notitias opportunas, immo et documenta alia, v. gr. 164 n. 1 litteras Fr. Ladislai, custodis Gazariae ad Ministrum Glem 1287 missas;

cf. p. 233, 241 etc., offerunt. Iuste bullam plane supposititiam, quam Sbaralea III, 71, edidit qua authenticam, et de Latera *Suppl.* 103 ss acerrime impugnaverat, omnino explodit P. E. 125 not. 7.

Expeditius invenirentur in Epitome omnes bullae a Sbaralea editae, si unaquaeque in textu indicaretur, nec solum valde summarie in nota tangeretur, quod saepissime fecit auctor, cf. 33 n. 3, 47 n. 6, 187 n. 10, 175 n. 1, etc, etc. Grandi forsan commodo plurimis fuisset, si P. E. etiam numeros apposuisset semper, non solum quandoque, bullarum earum, quae in editionibus Regestorum SS. PP. a schola quam gallicam dicunt, Romae editorum, quamvis nondum completae ullo modo sint. Si auctor Chartularia plurium urbium, conventuumque, ne dicam eorum archiva, perlustrasset, certe plures adhuc bullas apud Sbaraleam desideratas Supplemento suo inserere valuisset, etiam concesso, quod 'valorem potius localem' haberent (p. I). V. gr. messem non parvam bullarum ineditarum reperisset inter documenta archivi Clarissarum Barcinonae, quae cl. F. Fita publicavit, *El monasterio de S. Clara en Barcelona, Bulas ineditas de Gregorio IX* etc. *ap. Bolletin de la Reál Academia de la Historia,* XXVII, Madrid 1895, 273-315, 436-90, XXVIII, 1896, 54-62. Alias habes supra AFH II, 600-13. — P. 141 n. 1394 falso attribuitur Iohanni XXI, cum sit Innocentii V, cf. AFH II, 5s. — P. 120 not. 110 lege episc. *Perusin. pro Parisien.* uti iam contextus manifestat. — P. 276 n. XLII l. 10 legas: *hanc petra* [*pro petram*] *Christus lapidem esse voluit,* prout habet etiam Guiraud, *Reg. d'Urb. IV* n. 449, (II, p. 210). Iam anno 1904 'Societas internationalis studiis franciscanis colendis' annuntiaverat quoddam « *Supplementum ad Bullarium trium Ordinum S. Francisci* », quod ubi in parando nunc sit, vel cuius generis, penitus ignoramus.

Indefessissimus et eruditissimus P. Conradus Eubel O. F. M. Conv. definitor generalis, qui tot maximae molis operibus Ordinis, Ecclesiaeque historiam illustravit, Epitomen-Supplementum nobis praebens, historiae Ordinis investigandae iuvamen efficax ministravit, quo saepissime et utiliter uti non praetermittent studiosi.

P. Michael Bihl, O. F. M.

1. **Lemmens Leon.** O. F. M. *Bruchstück der ältesten Chronik der sächsischen Franziskanerprovinz* apud: *Die sächsische Franziskanerprovinz vom hl. Kreuz, Jahrbuch* 1906. Düsseldorf, L. Schwann 1906, in-4°, pp. 154 [p. 7-13; separat. 1-7]

2. **Boehmer H.** *Chronica Fratris Iordani, edidit, notis et commentario illustravit H. B.* — Paris, Fischbacher, 1908, pp. LXXXII, 95. ap. *Collection d'études et de documents sur l'histoire religieuse et littéraire du Moyen-âge.* tom. VI, Frc. 7.

Quantum Chronica Fr. Iordani a Iano O. F. M. ad origines religionis S. Francisci praesertim cognoscendas inde ab anno 1217 contulerit, nemo est quin sciat. Anno 1262 in capitulo provinciae Saxoniae, Halberstadii habito, Fr. Iordanus, qui rerum narrandarum pars maxima fuerat, chronicam suam, iubente ministro prov. Fr. Bartholomaeo, Fri Balduino de Brandenburg dictavit, quam fragmentarie editam habes ap. AF I, 1885, 1-19. Ibi usque ad an. 1238, medias scilicet in

appellationes, contra Fr. Eliae excessus factas pertingit, quin earum exitum indigitet. Paucis autem ab hinc annis alius codex Chronicae Iordani in urbe Karlsruhe (Badeniae) Bibl. publ. n. 357 inventus est, qui, ut in initio mancus, (anno 1230 incipit) ita in fine perfectior est. Prosequitur enim narrationem Iordani non solum ad an. 1262 usque, sed seriem Ministrorum provincialium cum aliquibus notitiis in an. 1359 deducit, quod additamentum cl. Boehmer, recte *Continuationem Saxonicam* scil. Iordani, appellat. Hoc in fragmento novo narratur exitus disceptationis contra Fr. Heliam n. 64, nonnullaque alia de successione Ministrorum Glium proponuntur, quamquam maior pars ad Saxoniae provinciam referatur, cuius erat Fr. Iordanus.

1. Fragmentum istud primus publici fecit iuris R. P. Leon. Lemmens, in folio periodico supra allegato, caeterum parum aliis noto atque pervio. L. opinari videtur (2-3) continuationem Chronicae, 1262-1359, partim esse Fr. Balduini, scribae Fr. Iordani, et fidem Fr. Nicolai Glasbergeri hoc invento codice probari, augerique (3). Si minutias litterarum et aliquarum vocum respicias, editio P. L. et sequens (nº 2), saepius inter se differunt; quae res nova codicis collatione, quam P. L. L. fragmentum ignotum *hoc in periodico* denuo mox vulgaturus, conficiet, certe undequaque explicabitur et decidetur.

2. Maiore longius apparatu, magna diligentia et acri perspicuitate totam Chronicam Iordani, utrumque codicem B. i. e. e Berolin. Bibl. reg. Theol. lat. 4º 196, quo usa sunt AF I 1-19, et K. i. e. Karlsruhe, [cuius editionem praevie factam non allegavit, forsan quia liber suus iam 1904-05 maiorem partem e prelo prodierat, p. 95] adhibens, atque insuper chronicam Fr. Nic. Glassberger: AF II, 1887, et Iohannis de Komerowo O. F. M. *Tractatum Cronice*, ed. Zeissberg, Viennae 1872 et *Breve Memoriale* O. F. M. edd. Liske et Lorkiewicz, Leopoli 1888, qui uterque Iordani libello usi fuerat, edidit, illustravitque cl. v. H. Boehmer, prof. Universitatis Bonnensis, auctor libri: *Analekten zur Gesch. des Franciscus v. A.* 1904. Utriusque nominati chronistae vitam, operaque accurate discussit, de Komerowski cf. XIX-XXV, de Glassbergero XXV-XLVII, ut videtur sibi saltem, cum fructu ubere fontium litterariorum hucusque indubitatorum. Tunc optime inquirit in Vitam Fr. Iordani LVI-LXVIII, et valorem suae Chronicae LXVIII-LXXI, quam certe, recteque pretiosissimam, veracemque profitetur. Cum Iordanus ipse lectores moneat, uno saltem in loco, n. 7, se non reminisci indubitate notae cuiusdam chronologicae, H. B. speciatim disceptat de chronologia annorum 1217-1219, LXXI-LXXX, concludens LXXVIII, duas missiones esse distinguendas scil. 1º) *ultramarinam* an. 1217 versus Tunisiam (Fr. Aegidii), Syriam (Fr. Heliae), et forsan in Hispaniam saracenam, 2º) ultramontanam an. 1219: in Franciam, Germaniam, Hungariam, Hispaniam et aliquot Italiae provincias quo primum isto anno Fratres Minores pertigerint. — Textum libelli, annalium, seu chronicae Iordani (1-62), sequitur *Continuatio* (Iordani) *Saxonica* I, 1262-1359, 63-7 e cod. K; tum e Glassbergero excerpta similis *Continuatio* 1359-1488, 68-71; duae *Fr. Iordani epistolae* 72-5, quarum prior data fuit 10 april. 1242; *Epitome Lipsiensis* atque additiones 76-81, e cod. 1525 Bibl. Paulinae Lipsiae, ex eodem (codice edita AF II, 585-5); *Fragmenta Benosowiensia* 82-86 e Glassbergero ab ipso editore excerpta; index demum adest, si non copiosus, saltem sufficiens.

Ut ultimo loco proposita primum aggrediamur, negemus oportet. Fragmenta illa Benosowiensia O. F. M. (Beneschau in Bohemia) unquam

sic extitisse. Primum enim non est, cur in Frag. Benos. requirantur notitiae de conventu O. F. M. Ratisbonae p. 82 s, adeo inde distanti. Dein de aliis etiam conventibus O. F. M. bohemis ibi sermo occurrit. Ea ergo Frag. Benos. potius nominarem *Notitias Bohemiae*, quas ipse Glassberger, natione Moravus, qui Norimbergae degens, saltem 1479 Bohemiam, patriamque suam invisit, AF II, 460 s, collegerat pluribus in locis, cf. XL-XLIII. — Quod Gl(assberger) Norimbergae, XXXVIII s, notitias speciales de O. F. M. et O. Clar. in hac civitate invenerit, illico supponendum est, quare eo vel minus *redactionem Norimbergensem Chronicae Minoris* admittam, quo verba, quae e Chr. Min. hausta vult H. B. nequaquam adeo penitus cum Gl[i] vocibus consonant XXXVII, XXXIX, XLVI; *Monum. Erphesfurt.* Lipsiae 1899, 651, et factum relatum vix aliis verbis exprimi possit. — Dicam quoque in genere, tot breves notitias circa conventus Provinciae Argentinae ab ipso Gl[o] singulis in urbibus, ex archivis vel documentis sumptas vel deductas probabiliter esse, non vero semper e fonte quem litterarium modo dicimus. Neque ullo modo *Chronicam Saxoniae* deperditam, a Gl[o] 85 allegatam, uti B. XLVss. probare nititur, credere valemus fuisse *Continuationem* aliam ignotam *Chronicae Minoris*. Etenim loci allegati a B. XLVI, non adeo conveniunt cum Chronica S. Petri Erford. Moderna, cum modo haec, modo illa plura habeat. Insuper *plura* ista respiciunt non iam Ordinem in genere, uti locus Gl. 85, sed Fratres Provinciae *Argentinae!* Poterat praeterea Gl. directe e Chron. S. Petri haurire. Recte utique sentit B. *Chronicam Sax.* penitus a *Contin. Sax.* a se vulgata, differre, quia locus Gl. 85, in ista non invenitur. Videtur revera Balduinus *aliqua addidisse* Chronicae Iordani, Gl. 21, sed pauca, B. 50-3, ita ut, in genere loquendo *Scripta Balduini copistae Iordani*, eadem esse ac *Libellum Iordani* constet, cfr. B. XXXV, XLIII; secus Gl. certe plura ex isto fonte assumpsisset libenter. Constat quoque, B. XLVIII, certissime *Chronicam Anonymam* ap. AF I, 279 ss e Gl[o]. excerptam esse. Inculpandus vero denique venit cl. B. quod severius et hunc XXXIII, et Iohannem Komerowski XXII s., tractaverit, si non nostri aevi exigentias, sed illius aevi methodos consideres. Aequius de illo P. L. L. iudicavit, l. c. 3; qui tamen arbitrarie praetendit Gl[um] inde ab an. 1292 (p. 107 ss), alio «penitus modo et longius» loqui de ministris provincialibus Saxoniae. Origo Hildesheimensis MS[i] K sine ratione postulatur XVII, cum plerique in Saxonia *tunc* Fratres factum allegatum vix ignoraverint. — Quod B. Iordano Janensi tribuat duas litteras de Tartaris 72-5, non vero tertiam eodem loco, scil. MG. SS. XXVIII, 207 s, editam et inscriptam: *Fr. R. de ordine Praedicatorum et Fr. I*[*ordanus*], *de ordine Minorum*, valde miramur. Quia auctores tertiae epistolae, (quae non secus ac secunda est sine loco et nota temporis), non magis in Saxonia quaerendi sunt, uti vult B. LXII, quam in Bohemia vel Moravia. *Fuerant* utique in Saxonia, antequam litteras has scripserunt, cum dicant, L. c. XXVIII, 207 s: «*Narraverunt* nobis profugi de terra illa in Saxonia precipue....». Deinde de invasionibus Tartarorum lamentantur, atque de Polonia, Moravia, Hungaria depopulatis lugent. Iordanus vero e Saxonia utique venerat! Praeterea tertia ista epistola argumento suo cum duabus aliis intime colligatur.

Quoniam Cod. K nonnisi numero 38, — quos numeros optime ex AF I, transsumpsit — incipit, et B iam n. 62 desinit, utriusque codicis collatio parum ad diligentem editionem novam conferre poterat; saepius ad Komerowskii, saepissime ad Gl[i] textus appellat cl. B. — n. 27 l. 16 rectissime pro *cottidie* (sic cod. B et AF) posuit cum Gl(assb.) *theuto-*

nice; n. 51 item adiunxit l. 7-11 *frater-frater Iohannes* e Gl., quia ap. AF locus sensu omnino carebat. Minus probatur additio in se *erronea* n. 22 l. 4 e Gl., scil. nominis episcopi Sybotonis et quod ex eodem n. 17 l. 14 *cereis* non mutaverit in *ocreis,* quod adiectivo *largis* certe melius correspondet; quod n. 68 inseruerit l. 17-9, e *Catalogo* quodam Ministrorum, uti patet desumptas; cf. *Epit. lips.* 77. — N. 55 l. 6 forma: *propter assiduum fratrum* [*ab*]*usum* [equitandi] *ad personas ministrorum*, vix laudanda est, quia vox *usus* certe sufficiebat, neque vox *equitandi* plane mucronem attingit, quia vertitur comparatio inter *asinum* Fr. Iohannis de Plano Carpinis et *personas ministrorum!* — N. 59 duplici in versione praebetur, quarum altera Balduini esse possit. — P. 38 n. 2 in plures typorum mendas offenditur; cf. 47 n. 1 etc. ubi notes J. E. Weis, iam 1900 aliud de Fr. Iuliano opus evulgasse. — P. 55. not. parum dicitur de Alexandro Hal. et Ioh. de Rupella, qui certe iam 1245 obiit, non 1271; Felder, *Gesch. d. wiss. Studien* etc. 215s. — Fr. (Wilhelmus?) Anglicus 'iurisperitus', quomodo idem erit cum illo 'simplici' ap. *Chron. 24 Gen.* 217, 252, 335. — De Fr. Bartholomaeo Anglico, cf. Felder, l. c. 248ss. — P. 70 l. 22 lege: *fratres.* — Chronologiam an. 1217-1219 ne nunc quidem satis a doctissimo prof. H. B. qui prius a se ipso propositis, ap. *Analekten* 125ss, aperte contradicit, stabilitam crediderim; inter alia occursum S. Francisci et Card. Hugolini Florentiae certo tempori assignare non valet eruditissimus editor. LXXIVs; cf. AFH I, 632, 642. — P. XXXIII l. 3 lege *Confessorium.* — *Speculum Minorum* p. 81 a Gl.° allegatum, vix fuit Spec. Iacobi Perusini, sed unum e *Speculis vitae* tunc aevi publicatis. — P. 26 l. 19 alluditur ad Ioan. VI, 9. — Gl. non obiit « post an. 1509 » p. XXVII, sed certe iam an. 1508; Cf. *hoc fasc.* p. 669-70.

Editio nova, quae prima est completa Chronicae Fr. Iordani, cum pro Ordinis exordiis in genere, tum speciatim in Germania pretiosissimae et *Collectioni* a cl.mo P. Sabatier editae ornatui, et utilitati est magnae rerum franciscalium studiosis.

P. Michael Bihl O. F. M.

Biebrach Kurt, Dr. Phil. — *Die holzgedeckten Franziskaner- und Dominikanerkirchen in Umbrien und Toskana.* — Berlin, Wasmut. 1908. kl. Fol. pp. 701. [Mit 130 Abbildungen]. 4 M.

Obiectum huius dissertationis laurealis est, quaedam species ecclesiarum, quae omnibus filiis S. Francisci in Italia existentibus certe sunt notae, scil. ecclesiae in Umbria et Thuscia sine concameratione extructae, ideoque trabibus tantum tectae. Sunt enim ex hoc ecclesiarum numero quaedam magni momenti, v. gr. ecclesia Sti Francisci Bononiae et Stae Crucis Florentiae. Huius speciei ecclesias *franciscanas* enumerat et summarie describit auctor viginti quattuor, *dominicanas* undecim atque earum originem nititur reperire. Clarissimus ille Burckardt aliquando has ecclesias, cum forma externa omni careat pulchritudine, cum horreis comparavit, quae quidem comparatio cum semper mihi displicebat, tum maxime postquam earum plurimas visitavi. Biebrach mitius, et mea quidem sententia, rectius iudicans, in ecclesiis illis, omisso ornatu externo, gravitatem quamdam et dignitatem admiratur. Quodsi auctor Fratres Ordinis Minorum hunc ornatum omittentes atque negligentes regulas architecturae gothicae, magnam ostendisse audaciam

putat, eum errare mihi persuasum est, cum nulla audacia, sed diligens paupertatis observantia isto saltem modo, in his ecclesiis elucere videatur. Insuper ille apud lutheranos historicos communis error etiam hic legi potest: illas absque columnis ecclesias speciatim ad praedicandum destinatas fuisse, cum econtra ecclesiae cum tribus navibus, uti vocant, praeprimis pro celebratione missarum et pomparum quasi ecclesiasticam approbrationem accepissent. Quis est inter catholicos, qui hanc sententiam esse erroneam nesciat?

Licet igitur auctoris benevolo iudicio de huius generis ecclesiis libenter assentiar, eique pro tractatu multis imaginibus atque lineamentis ornàto gratias agam, tamen objectum suae dissertationis non plane absolutum et fusiore etiam expositione dignum esse puto.

In Collegio S. Ludovici Harreveldiensi.

P. Beda Kleinschmidt O. F. M.

Little, A. G. — *Liber Exemplorum ad usum praedicantium, saeculo XIII compositus a quodam Fratre Minore Anglico de provincia Hiberniae, secundum codicem Dunelnensem editus per A. G. L.* — Aberdonie, typis academicis MCMVIII, in-8° pp. XXX, 177.

Liber iste Exemplorum ad clericorum et praedicantium Fratrum usum, unus e plurimis illis est, qui medio aevo prodiere (et hodie adhuc, prodeunt), eo fine, ut sacro oratori narrationes quasdam thema pertractatum illustrantes vel probantes suppeditarent. Generatim fontes suos indicat auctor huius collectionis exemplorum, qui maximam partem e *Gemma Ecclesiastica* (seu Sacerdotali) Giraldi Gambrensis († 1223) inter eius opp.: *The works of Giraldus Cambr.* ed. I. S. Brewer etc. London 1861-1891. 8 voll., II, 3-364 (extracta quaedam ed. R. Pauli ap. MG SS XXVII, 512-4), hausit; tum plura desumpsit e *Vitas* (sic ille semper!) Patrum, e Dialogo S. Gregorii Magni, e Summa Virtutum et Vitiorum Fr. Guil. Peraldi O. Praed. (obiit c. 1260?). In narrationibus aliunde haustis et iam notis, momentum libri non residet, sed in aliis quas oretenus ipse a Confratribus suis vel aliis coaevis audivit, vel e libris hucusque ignotis desumpsit, v. gr. exemplum n. 51, quod in libro suo *quidam frater noster* scripserat. Editor istum anonymum (p. XX n. 2) eundem ac **Iohannem de Kilkenny** O. F. M. credit, e cuius libro auctor n. 136 (p. 81-2) excerpsit, cf. p. 135 et 148. — Factum de malo testamenti exsecutore n. 136 sic incipit: « Quidam Frater de Burgundia oriundus, nomine **Vincencius** narravit Fr. *Iohanni de Kylkenni,* quondam custodi in diversis custodiis in Hybernia, aliquando de Ponte [Drogheda], aliquando de Corkagio [Cork], viro sancto, discreto et fide digno eventum subscriptum. Frater vero Vincencius memoratus, tunc temporis erat custos in Terra Sancta et venit tunc pro custodibus(!) illius terrae ad capitulum generale ». De narratione ipsa, quia ordinem FF. Min. nullatenus spectat, hic nihil notamus; et sic deinceps quoque procedemus. Uti diligentissimus et eruditissimus editor adnotavit Fr. iste *Vincencius* ceterum ignoratur etiam a R. P. Golubovich: *Bibl. della Terra S.* I, 1906; ignoratur quoque Ioh. de Kilkenny. — N° 36 Miraculum, B. M. Virginis, ait, « hoc refero, quod a Fr. **Nicholao de Wesefordia,** [Wexford], fratre bono et veridico audivi.... Hunc eventum narravit Frater memoratus michi et multis aliis Dublini, secundum quod ab ore predicti penitentis inter peccata sua,

que confitebatur, audierat ». Alii narratores O. F. M. hucusque ignoti commemorantur narr. 213, « quod narravit nobis, scilicet multis fratribus Cork., frater **Nicholaus de Aquis**, [Aachen, Aix-la-Chapelle], quondam visitator Hibernie »; n. 112, p. 67: « Hoc exemplum predicavit frater **Hugo de Succone** [Sutton] in partibus transmarinis, dicens, quod hoc ita evenisse audierat enarrari »; N° 66 p. 41. « Sicut audivi a Fratre **Thoma de Uffordia**, fratre quondam famoso in Hybernia, qui et Fr. **Hugonem** quondam gardianum Londoniarum, tunc temporis vero Cantabrigie studentem, audivit hunc eventum in sermone suo recitare ». (Fr. Hugo guard. London. memoratur: ap. Eccleston, *de adventu Min. in Angl.* Coll. I. *An. Fr.* (AF) I. 220; *Monum. Franc.* I, London 1858, 9; II, ibid. 1882, 8. — N° 95 p. 51: « Fr. **Adam Habe**, bone memorie, frater utique sanctus et religiosus, necnon et predicator famosus et absque dubio fructuosus, fuit in tempore meo in ordine nostro, qui et custos meus [Dublini?] aliquando fuit.... p. 53. De ista narratione nemo dubitet, nam ab ore dicti fratris totam seriem eventus huius audierunt Fr. **Iohannes de Galetrun** et Fr. **Thomas de Upofordia**, qui hec michi et multis aliis retulerunt, et multi alii fratres a dicto fratre Adam. Et nescio, utrum ego hec ab eo audirem vel non(!); scio quod illud bene audissem nisi negligentia vel incuria fuissem impeditus. Et hoc accidit prope Dublinum ». N° 99 p. 55 « Unum exemplum... narravit mihi quidam frater, de cuius veritate non dubito... Inter Dowisky et Ros habitabat quidam paterfamilias cognomento Palmarius, qui<a> peregrinus fuerat in Terra Santa; nomen autem eius mihi modo non occurrit ». Sacrilege hostiam in vini dolium dimitti a quadem muliere permiserat. Cum facti poenitens ista hoc sacerdoti saeculari confiteretur, « non est ausus mulieri poenitenciam imponere, sed dixit ei, ut Fratres adiret, consilium securius et salubrius ab eis habitura. Que veniens ad Fr. **Donekanum**, Fratrem nostrum, humiliter ei confessa est ». Qui eam absolvit, imposita poenitentia salutari. « Hoc exemplum michi retulit frater ille, qui ab ore domestice pretextate huius rei audierat veritatem ». Sapienter autem monet tunc auctor: « Sane, si quis timeat, ne exprimendo totum casum, maliciosis et fatuis det occasionem male agendi in exprimendo immissionem particule sacre hostie in dolium.... poterit qui voluerit, si melius nesciverit, ».... dicere.... « quod mulier illa malefica docuit domesticam facere dolio suo quandam fatuitatem peccato plenam,.... ita quod de sacra eukaristia nichil penitus preponatur. Videat quisque quod sane dicat in talibus »!

Similia consilia aliis exemplis addidit quae mala suadere potuissent. V. gr. n° 155 p. 94 ex Beda, *Hist. eccl.* V, 14, de quodam religioso ebrietati dedito. « Vides, quod hoc exemplum de quodam religioso.... scriptum est, nec expedit de religiosis talia populo pronunciare. Set cum iste utique fuerit homo[!], totum de quodam homine, salva veritate, narrari poterit »! — Pag. 116 n. 198 idem monitum repetit, pro exemplo e S. Gregorio, *Dial.* IV, 53, de quadam episcopo luxurioso. — N° 166 p. 98. « Erat quidam frater noster quondam in Hybernia, qui etiam vixit post adventum meum in terram istam, predicator famosissimus, quem populus de patria in patriam sequi consueverat propter efficaciam predicationis sue. Hic ergo quodam tempore in Ultonia [Ulster] predicans, comitante eum Fratre **Dunekano**, adhuc superstite staciones suas de villa in villam protendebat. Sequebatur autem eos multitudo magna continue, cum propter predicationem, tum propter indulgencie relaxacionem. Et ecce inter alios vir quidam popularis sequebatur eos de die in diem, de loco

ad locum, sumptus secum portans secundum suas facultates, et hunc laborem precipue sustinuit propter indulgencias magnas, quas tunc dabant consequendas. Pecunia autem consumpta, quam secum tulerat, oportebat eum reverti ». Rediens autem in quodam diversorio cauponi, « domestico », omnes indulgentias pro filio suo nuper mortuo emere volenti, easdem pro summa pecuniae expensae vendidit: « et cum hoc tamen unum poccum servissiae [cerevisiae] in biberagium » [supra constitutum]. Commercio completo, circa auroram hospiti filius suus gloriosus apparuit. Quod audiens venditor fatuus, denarios reiciens, frustra indulgentias repetiit. « Eventus iste satis fuit divulgatus, in Ultonia et F. etiam *Dunekanus* narravit Fratri **Roberto de Dodintone**, quod hoc occasione predicacionis eorum evenerat, et quod factum eis retulerunt domesticus simul et fatuus mercator memoratus ». *Robertus* ille denuo occurrit n. 9 p. 5: « Exemplum... quod et scriptum esse in libro qui dicitur Gemma Sacerdotalis [ubi tamen deest!], vel qui dicitur Marini [=?], asseruit mihi frater *Robertus de Dodinton;* unum autem ad minus de communibus exemplis est ». — N° 43 p. 25. Exemplum habes de patrefamilias « quod retulit michi et multis aliis frater **Henricus de Foxtune**, de ordine nostro, vir bonus, viridicus et fide dignus. Hic cum esset canonicus de Premonasterio in Anglia, antequam intraret ordinem nostrum, audivit ab ore prioris monasterii sui » etc. — N° 117 p. 69. « Cum Fratres nostri *Dublini*, me presente et consilium, heu, prebente, induissent *David de Burgo*, fratrem Domini Walteri, nunc [tunc? p. IX] comitis Ultonie, venerunt milites eius et armigeri et satellites, et frangentes medium intersticium ecclesie et violenciam crudelem per totam domum facientes, ipsum violenter extrahentes, habitu spoliaverunt et ad seculum reduxerunt, et timeo, quod ad damnum anime sue. Nam, cum postea uxorem duxisset, quasi subito sublatus est de medio ». E violatoribus ecclesie unus postea egressus, statim inanimis corruit. — Walterus ille obiit probabiliter 28 iul. 1271. (p. 147). — N° 180 p. 104. De iuramento « retulit mihi Fr. **W[ilhelmus] de Kancia**, vir sanctus et fide dignus per omnia » etc. — N° 67 p. 41. De advocatis, retulit michi *Normannus* quidam, de quo certus sum, quod non referret michi nisi verum... Erat in civitate Rothomagi, quidam clericus nomine magister Wilhelmus Bodin..... p. 42.... advocatus autem erat et consistorium curie *Fratris Rigaldi* [O. M.] tunc temporis archiepiscopi Rothomagensis [1248, mart. — 1275, 2 Iul.] frequentabat ».

Plura « inter exempla... **Deodati** » reperit auctor, uti ait n. 98 p. 54, de muliere quadam vafra, quae adiuvante diabolo, ditata fuerat, et moriens tardius sacerdotem vocaverat. Quam sic mortuam « videns filius [eius, clericus], confitebatur pro ea et accepit VII annos in poenitencia. Quibus expletis, apparuit ei mater sua, dicens: Gratias tibi ago, fili mi, quia penitencia tua me liberavit ». N° 149 p. 91 legitur: « Inter exempla *Deodati* ». item n. 207 p. 121 « inter exempla *Deodati* » in cuius fine subnectit: « Hoc autem exemplum reliquid **Frater de Wycumbe** in sermonibus suis ». — Ex his ergo inferam auctorem nostrum librum *Fr. Deodati* prae manibus non habuisse. E Codice Oxoniensi *Balliol Coll.* 228. fol. 309b cl. A. G. Little p. 142 subnectit aliud exemplum *Deodati*, ubi legitur « Quidam Frater de ordine Fratrum Minorum *Deodatus* nomine, quondam minister Hybernie, referebat, quod in partibus transmarinis » etc.; in fine (p. 143): « Hanc mulierem confessus est predictus Fr. *Deodatus* se vidisse et ea que nunc recitata sunt, audisse ab eadem ». In *addendis* additur coniiciendo, Deodatum istum forsan esse eundem

ac Fr. *Adeodatum,* cuius meminit Iordanus ad an. 1231, AF I, 18. — N° 110 p. 192. « Adhuc autem de ludis inordinatis hoc pretereundum non puto, quod Fr. **Petrus**, quondam socius **Concedi** visitatoris, qui et eidem mortuo successit in officio, michi et quibusdam fratribus aliis Dublini narravit. Dixit itaque, quod in patria sua, videlicet in Dacia consuetudo est » inordinata in puerorum partu etc. Hunc passum Axel Obrik illustravit in diss. *Kvineyilde i Middelalderen en Graamunks Vidnesbyrd fra 13 Aarhundrede* ap. *Danske Studier,* Kjobenhavn 1907, p. 175ss. — N° 44 p. 26 Cum Ferdinandus III Castellae rex an. 1248 Sibilliam obsideret « erant.... in exercitu nonnulli sacerdotes propter confessiones populi audiendas [MS. audientes], inter quos erat quidam religiosus, qui postea Frater nostri ordinis erat et in provincia *Arragoniae* morabatur. Sane Frater iste veniens vice quadam propter quedam negotia Parisius, in domo Fratrum nostrorum, coram quamplurimis fratribus eventum.... referebat », de milite scil. quem B. M. Virgo ad confessionem hortata est. — Definiri nequit, quis ille « quidam Fr. **Bartholomeus** nomine, *de Ytalia,* vir religiosus et admodum litteratus [fuerit qui] predicavit fratribus in capitulo, de gemma celi gloriosa, de qua et hoc exemplum referebat.... quod audivi Parisius quadam vice infra octavas assumptionis gloriosissime Domine nostre » n. 45 p. 28. 'Capitulum' illud ex se nullum capitulum generale designat, uti doctus M. G. Little in notis p. 133 innuere videtur, sed potius conclave illud, in quo Fr. Bartholomaeus coram Fratribus concionabatur. L. c. ab editore erudite sex Bartholomaei Itali enumerantur 1°) Barth. Guisculus, Parmensis, obiit c. 1257, cf. Salimbene, *Chron.* 92; ed. MG. SS. XXXII, 220, 236; 2°) B. de Corradino, guardianus Paduae 1256, AF, III, 157; 3°) B. Calarosus Mantuanus c. 1250-70. Salimbene, 131; MG 302. 4°) Barthol. Bononiensis, minister Bononiae c. 1278 et 1285 *Bull. Fr.* III, 545. Salimbene 350; 593; 5°) Bartholomaeus de Amelia, legatus in Graecia etc.; 6°) Barthol. Senensis, eius socius, Golubovich, *Bibl. T. S.* I, 299ss. Coniicit cl. editor narratorem fuisse *Bartholomaeum de Bononia,* qui solus cum Francia relationes habuerit; nam « Parisius fuerat magister conventatus », Salimb. 350, (593). Nil hic definiri potest, et enumeratis Fratribus dicti nominis alii quoque adiungendi forent. Exemplum autem currit de quodam Fratre qui « adhuc vivit » et qui, cum pro malo procuratore orasset, vidit B. Mariam V. Filio suo supplicare pro isto misero, quem mane adiens facile ad meliorem frugem reduxit. — N° 104 p. 59 « Exemplum quod michi retulit Frater **Bonaventura de Tuscia,** tunc conscolaris meus Parisius ». Est de mago, daemonem consulente de Merlino. Daemon ei respondit: « Illum Merlinum vestrum, bene utique novi eum. Et in proximo est, inquit, ut floreat Britannia super Edwardo, sicut floruit sub Merlino. Hoc autem erat aliquot annis ante guerram Anglie, in qua felicis recordacionis Simon de Monteforti interfectus est ». Phrasis est ironica, quia ad continua bella sub illo Merlino, ceterum fabuloso, alludit. Monet optime in fine auctor: « Caveat qui hec legit ne unquam nomen principis memorati [regis Angliae] exprimere in hoc exemplo publice presumat ». Apparet igitur clare scriptum hoc oraculum sive haec 'prophetia', regnante Edwardo I (1272-1307), qui successerat Henrico III (1216-1272). Bonaventura ille, fuitne *S. Bonaventura de Balneoregio,* cuius patria prope fines Tusciae sita est? E chronologia nil obiici potest. Opinatur autem cl. editor auctorem vix eum nominasse simpliciter « Fr. Bonaventuram de Tusciae ». E contrario inferam; quia aliis in exemplis, scriptor auctoritates suas ex industria laudat: 'bonae vitae, veridicos' etc.,

huic autem Fr. Bonaventurae tanquam omnibus noto nulla epitheta ornantia affigit! Malumus ideo illum Doctorem Seraphicum fuisse credere, quam alios tres: 1°) Bonaventuram de Mugello (Tuscum ergo, qui 1273 ad Graecos missus est, Golubovich l. c. I, 283, et ad quem inclinat auctor; 2°) Bon. de Yseo prope Brixiam! qui tamen revera necromaniciae etc. addictus apparet AFH I, 116s. 3°) Bon. de Forlivio in Romandiola, Salimbene MG 161, 322.

Aliud magiae exemplum item Parisius habitum narratur n. 38 p. 22: « Quoddam *mihi* et *Fratri* **Rogero** *dicto* **Bacun** Parisius quondam relatum de festo assumpcionis gloriose Virginis » Hoc retulit « quidam cirurgus compatriota meus, nomine magister Petrus de Ardene... [qui] civis erat Parisiensis. Hic michi et Fr. *Rogero Bacum* narravit, quod quidam magus Hispanus erat ei familiaris ». Qui magus quatuor in noctibus coram eo, in campis circa Lutetiam daemones apparere facile fecerit; quinta nocte, quae erat vigilia Assumptionis B. Marie V. daemon nonnisi difficulter et lugens venit ob illud festum. — Celeber est Fr. *Rogerus Bacon,* qui hic nominatur, quin videamus, quid de re illa senserit. — N. 142 p. 85s. Exemplum « retulit michi Fr. **Thomas de Okoyn,** frater ordinis nostri, vir bonus et fidelis et admodum litteratus, qui etiam ad episcopatum Clonensem [Cluanensis, Clonmacnois in Hibernia] assumptus est, postquam per plurimos annos in paupertate et humilitate et predicacione autentica et edificatoria obsequium sedulum Deo exhibuerat. Episcopus autem existens [1252-1279], retulit michi rem gestam dicens: Ego quando predicacionis officium exercebam in ordine, veni quadam vice ad predicandum in Connackia. Et ecce tunc temporis in episcopatu Clufertensi [Clonfert], mirabilis, immo miserabilis erat pestilentia. Ubi enim homines ibant ad carrucas [currus] suas vel alias in agris aut in nemoribus ambulantes, videre solebant, ut michi refereba[n]t, exercitus demoniorum transeuncium et aliquoties inter se compugnancium ». Quam ob rem, cum plures ob timorem mortui essent et alii aegrotarent, venit ad eos praedicandi causa Fr. *Thomas O'Quinn,* proclamans daemones ipsos nocere ob fidei defectum, quia homines nimis timerent daemones, neque in Domino confiderent! E suggestu inter alia peroravit igitur (p. 86): « Et vos, inquit, videtis et scitis, quod nos O. F. M. sumus homines de mundo, qui plus facimus contra eos et plura mala dicimus de eis; et ego sum hic stans et omnia hec mala dicens de eis et predicans, et ego volo et dico eis, quod veniant ad me et faciant michi, quidquid possunt. Veniant, inquit, demones, si audent, et omnes veniant! Quare non veniunt? Quid faciunt? Ubi sunt? Huiusmodi verba insultatoria replico in auribus totius populi. Et ecce ab illa hora evanuerunt demones... et statim cessavit pestilencia... »!! Frater ille *Thomas O'Cuinn* vel *O'Quinn,* an. 1244 propositus in episcopum Elphinensem, sed non electus fuit, *Annals of Loch Cé* I, 357 (*Rolls Series*); erat custos Pontensis, cum capitulum Cluanense eum in episc. postularet. Quia illegitimus erat, Innocentius IV, 26 Nov. 1252, *Bull. Fr.* I, 641, cum eo dispensavit; obiit 1279; Eubel, *Hier. cath.* I, 201; *Annals of. L. C.* I, 403, 483.

In notis p. 127-157 eruditissimus editor magno zelo plurimas narrationes sive parallelas sive consimiles et fontes proposuit, pro qua parte, maximo amore confecta, ei plurimas gratias referimus et pro duplici indice, altero personarum et locorum 159-170, altero auctorum in notis citatorum 171-77. Etiam plures Fratres Praedicatores nominantur, vel ignoti hucusque, vel, uti videtur, falsae epochae temporis adscripti, v. gr. Fr. *Simon de Heytone* (Henton), prior provincialis Angliae, quem Anony-

mus noster n. 51 (cf. supra 651) nominat et generatim credebatur saeculi XIV; cf. Quétif-Echard, *Script. Ord. Pr.* I, 648; idem sit cum *Simone* ap. Reichert *Mon. Ord. Praed.* III, 110, 117. Erga Fratres O. Pr. ne levissimam quidem zelotypiae notulam in libro Exemplorum inveneris (cf. XIII); quanquam alia ex parte omnem expressionem vel allusionem ad ideas, legendas, historiam, etc. specifice franciscanas ab eo penitus abesse forsan maerens intelliges. — Certe Anonymus animi moderatissimi exstitit, omnem offensam (cf. supra n. 99 p. 56s.: n. 198 p. 116; ac n. 73 p. 44; n. 154 p. 93), devitare volens; librum ad usum omnis generis praedicantium certe intendit. — Lugemus revera MS. unicum in bibliotheca Cathedralis Dunelmensis (Durham) adservatum mancum esse ita, ut doct.mo editori quasi tertia eiusdem pars deperdita lamentanda sit. Abest quoque prooemium, quod nobis auctoris nomen forsan revelasset. Capitula sive exempla 213, quae supersunt, duas in partes discerpserat auctor, in partem I (n. 1-60) « quam de rebus superioribus » inscribit (agentem de Christo, B. Maria V., de Angelis et de S. Iacobo Apostolo), et in partem II quam « de rebus inferioribus » nominat n° 61-213, (ubi de vitiis virtutibus, de statibus hominum etc.).

De ipso auctore Anonymo ea sola cognoscuntur, quae ipse de se prodit hoc in libro ceterum ergo incomplete conservato. Erat Anglus probabiter ex 'Warwickshire' regione, quia ait n. 22 p. 13: « Novi ego clericum nomine Iohannem, utique compatriotam meum michi quondam admodum familiarem, qui sicut ore suo retulit michi, qui et de veritate sua satis certus fui, quadam vice de nocte ivit de Honestleia [Astley], villa scilicet ubi manet pater meus, ad villam propinquam nomine Aruleiam [Arley], ad unam concubinam quam ibi habuit, que etiam tunc temporis michi satis nota fuit ». Iter faciens diabolum in specie canis apparentem fugavit. Petrum quoque de *Ardene* chirurgum 'ex nativitate comparochianum meum' nominat n. 38 cf. supra p. 655. Ex iam supra allatis locis n. 62, 95, 117, 142, 166, 180, apparet eum in Hiberniam missum fuisse, ubi Ponte, Dublini, Corkagii vivebat, et quidem Dublini c. 1256-58, « tenente Domino Alano de la Schuche [Zouche] iusticiariam Hiberniae » n. 117 p. 69 cf. p. 146 s. Studuerat Parisiis cum (S?) Bonaventura (n. 104) [1238-48] et Rogero Bacone n. 38, et postmodum, uti videtur, lector erat Corcagii. N. 62 p. 38 « Huius rei [accidiae] exemplum habes, predicator, de quadam muliere, vidua honesta et religiosa occisa ante annos VII in Desmonia apud Caricohele [Carrigtohill] iuxta Corkagium, ubi ego tunc temporis officium lectoris pro modulo meo, exercui. Sane mulier illa in guerra, que tunc temporis fervebat in Vallia, de terra Domini David de Barry senioris in Wallia, ubi permanserat, prius, fugerat ad dictum dominum suum in Hybernia et accepit unum burgagium a domino supradicto apud Caritothele, ubi braxabat » etc. David de Barry iustitiarius Hyberniae fuit 1267; cui 1268 successit Robertus de Uffordia. (p. 137). Bellum illud Wallense fuisse videtur 1259. (l. c.). Exemplum aliud de se et illa occisa auctori nostro retulit soror miserae illius; « venienti michi ad ecclesiam de Car[i]thoele... occurrit ista et in simplicitate sua... retulit michi omnia, que audierat a sorore sua » etc. Ex supra iam allatis n. 67, n. 142 concludendum ergo est, librum exemplorum compilatum fuisse infra annos 1275-1279.

Aliquae voces editoris perspicaciam fefellerunt: p. 29 l. 7. lege *superius* et *inferius*, pro *miserius;* p. 81 n. 136 l. 28: *quantum*, pro *quam;* l. c. l, 13 *infirmatus;* p. 110 l. 5 *mirum* (miraculum); p. 118 l. 9 *universaliter*, pro *viliter*. p. 69 n. 117 p. 4 n. 8 l. 13 *nona* pro *nova* l. 21 *hae-*

rens muro pro *habens*; p. 114 l. 19 *odorati* pro *adorati*; p. 117 sensus optime currit sine transpositione proposita ab editore. Alios locos, si scivisset auctor esse textus S. Scripturae, implicite citatos, tersius eos edidisset: v. g. p. 13 n. 21 ubi alluditur ad II Macch. 12, 46 (deest: *exorare*); p. 63 n. 111 l. 4-5 ad Iob 1, 8; p. 64 l. 7s. ad Ioel 2, 13; p. 75 l. 7 ad Psl. 76, 11; p. 81 n. 136 l. 14s. ad Is. 38, 15; p. 104 l. 3s. ad Matth. 24, 27. P. 91 n. 150 videtur esse principium Cantici trium puerorum: Dan. 3, 57ss. — P. 30 n. 49 *Ave maris stella* est notus ille hymnus, Chevalier, *Repert. hymnol.* I n. 1889; p. 24 n. 41 est antiphona, l. c. 6756. — Aliam 'recensionem' exempli n. 86 de Lanfranco ap. Caesarium Heisterbacensem, *Homiliae*, ed. Coppenstein, Coloniae 1615, (et 1627 et 1628), III, 10, (Dom. I. post Pont.), habes, sed tacito nomine 'eximii magistri'; cf. Schönbach, *Studien zur Erzählungslitteratur des Mittelalters* IV, Wien 1902 (*Sitz.-Berichte Wien. Akad. Wiss.* CXLIV), p. 80s. — Partes originales huius Exemplorum libri iam evulgaverat cl. Paul Meyer, ap. *Notices et extraits des Manuscrits de la Bibliothèque Nationale et autres Bibliothèques*, XXXIV, I, 399-437. Idem P. Meyer de editione praesenti disserens ap. *Romania*, 1908, XXXVII, 615-6, « Honestleiam » (p. VII) non iam *Astley*, uti ipse prius (l. c.), credit, sed *Ansley*, uti dixerat ap. *Romania* XXI, 303. — Quoad versus anglicos n. 76 p. 45 remittit ad eosdem ap. *Rom.* XXXV, 593; et (p. 616) pro n. 80 ad *Notices et Extr.* XXVII, II, 369, ad editionem suam poematis *La Croisade albigeoise* II, 380, ad *Dialogum Creaturarum* ed. Graesse, p. 264 et ad *Publications of the modern language association of America*, XX, 396. P. 141 Buxetum esset unum e pluribus *Boissay* vel *Boissey* (Dép. Eur-et-Loir). — « Manuale » n. 119 citatum est *Manuel des péchés* Guillelmi de Waddington, ed. *Early English Text Society* p. 281 et cf. G. Paris, ap. *Hist. litt. France*, XXVIII, 203; allegat revera auctor noster textum gallicum non anglicum.

Volumen istud summa diligentia vulgatum atque illustratum a cl. mo Prof. A. G. Little, notum reddit Fratrem Minorem anglum, anonymum quidem, sed hucusque immerito ignoratum. Cum sit primus tomus operum Societati Britannicae pro Studiis Franciscanis publicandorum, ominamur eidem, ut et tomi subsequentes tanti valoris, tantaeque eruditionis sint futuri.

Ad Claras Aquas. **P. Michael Bihl,** O. F. M.

Carlini Armando. — *Di alcuni Manoscritti Malatestiani attribuiti a Fra Michele da Cesena.* (Nozze Giovannini-Neri). Cesena, Tip. G. Vignuzzi e C. 1907. In-8° pp. 33.

Idem. — *Della ritrattazione di Fra Michele da Cesena e del falso* « MISERERE » *edito sotto il suo nome nella* RACCOLTA MURATORIANA, ap. « *Archivio Muratoriano*, N. 5 » Città di Castello, Stamp. Scipione Lapi, 1908. In-4° pp. 233-273.

In nova, quae iam longe processit, editione (1) percelebris operis « Rerum Italicarum Scriptores » a Ludovico Muratori collecti et vulgati, expositio Fr. Michaelis de Caesena Min. Glis O. F. M. in psalmum *Miserere*

(1) Città di Castello, coi tipi dell' Edit. S. Lapi, 1900ss.

